UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118790

urn:nbn:de:hbz:466:1-67204

Visual Library

Th. 5778.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CLAUDII FLEURII
ABBATIS

HISTORIA ECCLESIASTICA

A

R. P. ALEXANDRO

A S. JOANNE DE CRUCE CARMELITA EXCALCEATO
EX PROVINCIA BAVARICA, OLIM S. THEOLOGIÆ
AC SS. CANONUM LECTORE
CONTINUATA.

CONTINUATIONIS
TOMUS VIGESIMUS NONUS
SEU IN ORDINE
TOMUS LIII.

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605.

Colleg Universit Paderb 1778

AUGUSTÆ VINDELICORUM
IMPENSIS JOSEPHI WOLFF. MDCLXXVI.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Monitum ad Lectorem.

Hunc, quem tibi offero tomum, Benevole Lector, ordine totius operis Historici quinquagesimum tertium *inscriptum cernis, quamvis illum præcoce typo duo Indicis Universalis volumina præcesserint: hæc ipsa vero extra priorum voluminum seriem & numerum posita eo consilio deprehendes, ne subsequentium tomorum ordo Indicis intercapedine interruptus censeatur, ac hic ipse Index semper tuis in Scriniis postremum inter totius Historiæ tomos, qui subsequentur, locum sibi vendicare valeat.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Approbatio.

Continuationem Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Fleurianæ, cum fidei Chriſtianæ, bonisque moribus diſſonum in ſe nil contineat, & clariſſimi Fleurii tum ordinem, tum methodum teneat, tam luce publica, quam Continuatoris commendatione dignam cenſeo. Auguſtæ Vindelicorum die 4ta Novembr. Anno 1775.

Joſeph. Anton. Steiner,

SS. Theol. Doctor, Eminentiſſ. ac Sereniſſ. Archiepiſcopi Trevir. & Epiſcopi Auguſt. Conſil. Eccleſ. Major Pœnitentiarius, Viſitator Generalis, & Librorum Cenſ.

Joannes Herz,

SS. Theol. Licent. Eminent. ac Sereniſſ. Archiepiſc. Trevir. & Epiſcopi Auguſtani Conſil. Eccleſ. Fiſcalis, necnon Provic in Spiritual. Generalis ac Canon. ad S. Gertrudem. mppr.

PRÆFATIO.

Oeconomicis, *quæ pro impoſiti Officii ratione me totum ſibi per triennium vendicabant, curis interruptæ Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ laborem, nacto otio an reſumerem, vel aptiori calamo relinquerem, dudum anceps valde hærebam, ac diu mecum ipſe luctabar. Abſterrebat primo operis difficultas, cui ſuperandæ non modo ingenii mei tenuitas, viriumque imbecillitas impar eſſe videbatur. Haud parum quoque repugnantia creſcebat potiſſima ex parte ex ipſo depravato Hiſtoriæ Eccleſiæ ſtatu: cum enim hucusque per aliquot annos deſudato ad Cleontæ lampadem labore ac ſtudio Hiſtoricis veritatibus indagandis animum adjeciſſem, plane ſatque luculenter deprehendi, quod Hiſtoria Eccleſiaſtica a duobus abhinc ſæculis & amplius tam ambiguæ fidei, & tantopere Scriptorum vitio ſit adulterata & depravata, ut magna illius pars fabulis, falſitatibus, & corruptis relationibus ſcateat, & quod pejus eſt, eædem hæ falſitates, invaleſcente ejusmodi Scriptorum numero & auctoritate, tam profundas egerint radices, ut illæ ſine ulla hæſitatione, falſique ſuſpicione in Lectoribus non paucis veritatis poſſeſſionem ſibi vendicent, jura arrogent, atque uſurpent. Quæ autem hujus mali radix & origo, quam impudens partium ſtudium, quo nonnulli nequiter abrepti,*

abrepti, ut ſuæ familiæ, gentis, patriæ, ſectæ, Societatis vel Inſtituti decus, & ſplendorem vindicarent, vel augerent, vel ſiniſtri, parumque honorifici eventus maculam, aut infamiam a ſuis Majoribus vel Corpore vel Inſtituto, cujus membra ſunt, abſtergerent, & in poſterorum memoria delerent, primigenios etiam Hiſtoriæ fontes aut corruperunt, aut falſa relatione aut veri ſuppreſſione, & etiam quandoque interdicto importune ac ſubdole extorto obturarunt? Accidit forte, quod ante ducentos annos unus, vel plures ejusdem Societatis, Congregationis, aut familiæ Sacræ vel profanæ geſſerint aliqua præpoſtera, commiſerint defectus in Annalibus Hiſtoricisque commentariis nigro lapillo notandos: tum hujus familiæ Socius unus alterve mox calamum arripuit, etſi tum quidem ejusmodi probroſum facinus omnino negare auſus non fuerit, nimis recenti adhuc ejus memoria, aliisque integra fide id referentibus, præterfluxere tamen vix octo vel decem annorum intervalla, cum jamjam e Regione longinqua, plures erumperent ejusmodi Inſtituti Scriptores, qui primo in ſua Hiſtoria alieno idiomate edita idem facinus vel tanquam dubium, dubiæque fidei *expoſuerunt, vel confictis variis circumſtantiis enormitatem criminis ita temperarunt, vel excuſarunt, ut pene virtutis opus fuiſſe crederetur: alii hanc labem interpretationis benignæ pallio contegere, & non raro culpam in alios rejicere, fœtumque ſuum non minus ſubdole, quam caute per emiſſarios in vulgus ſpargere non dubitarunt,*

runt, non ſine aliquo ſui conſilii proventu; cum potiſſimi de inquirendo vero fonte parum ſolliciti, jamjam de facti antea lecti vel auditi veritate dubitare incæperint.

Hujus primi auſus felicitate animati, audacioresque facti, evoluto plurium annorum curriculo jam in variis Regionibus, plures ejusdem Inſtituti vel Societatis Scriptores telam bene exorſam pertexere aggrediuntur, ac primi ſui Auctoris non ita pridem editi auctoritatem & verba allegantes, novaque monumenta fingentes, diverſis linguis libros edunt, in quibus totum factum negant, longe aliter exponunt, cuncta in ſuum ſuorumque favorem detorquent, coevos Authores, cum horum pauciſſimos eſſe ſciant, falſitatis, invidiæ, odii, ignorantiæ, ſimplicitatis & oſcitantiæ inſimulant, & de genuini facti veritate mendoſa ſua relatione triumphant, approbationis & licentiæ, quam ſuis libris præfigunt, & forte etiam privilegii, quod extorſerunt, auctoritate ſuffulti.

Tandem noviſſimi Scriptores, cum ſpurium hunc partum obſtetricante ejusmodi dolo ac fraude in lucem fuiſſe editam vel ignorarent, vel ignorare ſimularent, Univerſum Orbem tam innumeris libris idem factum, ab anterioribus corruptum, recenſentibus inundant, ut prævalente eorum potentia, numero & auctoritate, necnon ejusmodi libros ubique divulgandi facilitate ac dexteritate, nullus de talis eventus veritate dubitare audeat; unde oritur, ut plerique liberc oppoſitam veram, quæ forte adhuc ſupereſt, relationem

lationem tanquam fabulam exſibilent, & velut calumniam in hujus Inſtituti vel Familiæ odium nequiter divulgatam deteſtentur: alii quoque exteri Scriptores in fide priorum peccantes & vervecini gregis more illos cæca & quandoque ſtupida credulitate ſequentes, paſſim in ſuis Hiſtoriis eadem, quæ ex corruptis hiſce fontibus hauſerunt, absque omni falſitatis ſuſpicione diffundant: non deſunt etiam Scriptores, qui eodem tempore ſat opportune privatas talis Inſtituti Hiſtorias edunt, in quibus horum, quorum malefacta ingenue primitus fuere deſcripta, vitas edunt, & de iis nonniſi heroica geſta, virtutum exempla, injuſte perpeſſas vexationes, exantlatos pro honore Dei, Eccleſiæ, & Reipublicæ labores immenſos, necnon Sanctitatis prodigia magnificis verbis, plenisque buccis enarrant & deprædicant, Si vero quisquam Religione ductus, ac deluſæ Reipublicæ literariæ, veritatisque corruptæ ſortem miſertus, coevi ac integri Scriptoris librum, fidemque opponere, atque ex eo hoſce recentiores Authores falſitatis redarguere, & convincere præſumpſerit, quid aliud exſpectare poterit, niſi quod ejus liber vel configatur, vel millenis dicteriis, ſatyris, & apologiis mordacibus obruatur, atque in ſuo veluti partu ſuffocetur, ipſe vero Author velut innoxii, inclyti atque inculpati Inſtituti juratus hoſtis, calumniator, imo & Hæreticorum fautor ore & calamo diffametur?

Porro has falſitates ſenſim authorizandi artes, quantum novioribus noſtris temporibus in-

valuerint, non ſemel ordinata Scriptorum ſerie usque ad primigenium fontem, coevumque authorem acurate decurſa deprehendi. Quam lethale autem vulnus exinde Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ integritati per hoſce Viros fuerit inflictum, mecum deplorabunt illi, quos impigro ſtudio in æqualia falſitatum ac depravationum exempla inquirere non pigebit. Quot igitur difficultatibus, quot periculis, invidiis, & inimicis ſeſe exponit ille, qui hodierno ævo ingenua ſtyli libertate veritatis patrocinium adverſus hoſce falſarios in ſe ſuſcipere aggreditur. Hæc ipſa nec infima erat difficultas, quæ me diu ancipitem tenuit.

Huic inſuper acceſſit ponderata rerum memorandarum gravitas, frequentia, ac geſtorum, eventuumque concurſus, quorum ingenua narratio alterutri parti infeſta eſſe poſſet: hæc ratio haud immerito abſterrere poteſt illum, qui una ex parte nullum offendere, ac neminem lædere deſiderat, ex altera vero probati Hiſtorici leges non ignorat, vi quarum facti veritatem ingenue, & ut dicam, audacter proferre tenetur; ſicut enim ex odio falſum dicere, nefas foret, ita & verum ex privato amicitiæ ſtudio aut diſplicendi formidine diſſimulare, in Hiſtorico turpe eſt. Hæ pluresque aliæ rationes Fleurii Abbatis Hiſtoriam, cujus continuationem ab anno Chriſti milleſimo quingenteſimo nonageſimo quinto ante initum Auguſtani Conventus mei Regimen proſecutus ſum, ad ſubſequens ſæculum usque protendere diſſuadebant. Ex

Ex adverſo urgebant Literatorum non pauci, qui ad Fleurianæ Hiſtoriæ normam totum opus tandem abſolvi, atque ad ætatis noſtræ ſeriem protendi exoptabant, necnon ultra meritum in me conſiſi impenſe petebant, ut ad interruptam hactenus Hiſtoriam, quæ a nullo alio hucusque alibi continuata fuit, me reciperem, huicque labori ſucciſivam ſaltem, præter alias curas, operam dicarem: Reluctanti quoque calcar addidere, qui pro ſua humanitate ac benevolentia laborem meum, quem per plures annos in eadem hac Hiſtoria tam latinitate donanda, quam proſequenda impenderam, æqui bonique conſuluere.

Superanda adhuc erat formido, ne alio ex capite nonnullorum offenſionem, aliorum odia, quorumdam invidias, criminationes, atque infeſtas multorum cenſuras mihi accerſerem; quo vicinius enim Hiſtoria ad noſtrum progreditur ævum, eo plura occurrunt de variis Nationibus, familiis, Societatibus, Inſtitutis, Sectis & Hominibus geſta & eventus, quorum memoriam refricare, ac mundi Theatro per recentem narrationem introducere, ſicut ſcribentis modeſtia quodammodo refugit, ita introductorum poſteritas non ſine dolore concoquit. Quis enim non optaret æterna potius nocte premi, atque ad omnis lucis deſperationem obvelari ea, quæ vel ex gente ſua, patria, vel Inſtituto nonnulli geſſere præpoſtera? Quis ergo Genitorum ſeditiones, homicidia, fraudes, prava exempla, perverſasque

doctrinas ea, quæ decet, Hiſtoricum, ſinceritate referet, quin filiis, ſociisque diſpliceat ſuperſtitibus? ſilere autem, aut cum veritatis diſpendio ea excuſare, Hiſtorico propudioſum, in medium proferre, invidioſum eſt Scriptori: Senſim tamen hunc quoque offenſionis lapidem, timoremque ſubmovere cæperam, ſpe fretus, quod etiam in illis, quibus talium narratio minus grata accidere poſſet, eorum prudentia moderationem allatura ſit; nec enim ea ſunt recens adinventa vel excogitata, ſed ab aliis bono ex fine jamjam ad poſteros translata; minus vero offendendi animo, ſed veritatis ſtudio narrata. Quis prudens Lector cujuscunque demum conditionis, ſtatus, aut Inſtituti ſit, ejusmodi Scriptori ſuccenſere poterit, ſi perpendat, quod Hiſtoricus, qui poſteritati deſervire tenetur, ſimul tempori ac Perſonis placere nec debeat, nec poſſit? quem latere minime poteſt præcipua Hiſtorici Lex, ut non modo verum ſcribat, ſed & verum ſcribere audeat? nudam enim veritatem Luci publicæ exponere obſtringitur, ſoli autem moderatæ libertati datum eſt, imo proprium eſt cognoſcere, & palam facere veritatem, hanc ſi tollas Hiſtorico Libertatem, veritati eruis oculos, librisque adimis vitam, qua alias animati genuina mortuorum geſta ad poſteros, atque immortalem pene vitam transferre poſſent, eo fine, ut Viventes ex malis etiam mortuorum geſtis vitia abhorrere, atque ex bene geſtis virtutes imitari diſcant. Si e contrario Hi-

ſtorici

storici libertas vel restricta est, vel potentum timore, partium studio, vel in recensendis Scholæ controversiis Magistrorum, haustæque doctrinæ præjudiciis, aut in describendis Nationum litigiis Principum, suorumque popularium formidine vel affectu, aut demum Instituti vel Societatis illius, cujus membrum est, defendendæ studio, tunc ejusmodi Historicus in eam detrudetur necessitatem, ut vel ad turpe silentium, vel ad propudiosam adulationem descendat, ac nonnisi ægerrime declinare valeat, quin non organum erroris factum ad falsitatis scopulos allidat, & conterratur, posterosque eo destituat proventu, quo mores suos ex genuina Historiæ Lectione probe instituere possent.

Ut vero Historicus, quantum humana patitur imbecillitas, omnibus hisce præjudiciis exutum habeat animum, plane oporteret, ut nullibi patriam, nullumque haberet amicum præter veritatem: considerare deberet, quod nullum Corpus, seu Communitas, nulla regiminis norma, nulla Instituti ratio hodiedum suoque ævo sit eadem, qualis olim fuit, & qualis longiori temporis progressu erit; nunc mutata est, & postea mutabitur, qui hodie velut solis radii splendescunt, cras extinquentur, & velut fumus evanescent: Cuncta ergo anteacta ad posteros ita transferre oportet, quin proposita nuda veritate illorum, quibuscum vivimus, odium timeamus, vel amicitiam favoremque quæramus; licet enim veritas odium pariat,

riat, licet ea, quæ vera enuntiamus, non omnibus placeant, non tamen displicebunt illis, qui post nos sequentur, & quos animi celsitudo, mentis æquitas, ac judicii maturitas ejusmodi præjudiciis superiores efficit.

Enimvero illi, qui ab Historico legitimam scribendi licentiam, honestumque criticæ animadversionis aculeum eliminare volunt, opposito conatu non raro effrænem dicendi, scribendique libertatem, quam semper detestor, irritare atque extorquere solent.

Has Historici leges, quamvis me assecutum haud glorier, in hac tamen mea lucubratione Historica assequi conatus sum, & si quid (& quis sine nævo?) in eadem improvide peccavi, non pravæ voluntatis vitio, sed humanæ imbecillitatis necessitati adscribi rogo: gaudeo autem, de his quoque mendis admoneri, ac corrigi, præcipue ab iis, qui absque convitiandi animo, sed amica reprehensione, eodemque mentis candore, quo hanc conscribo Historiam, eam quoque castigare dignabuntur. Haud quidem moror censuras illorum, qui soli sapere sibi videntur, ac quicquid ab aliis prodit, tanquam spurium Theonino dente rodere certant, & maligno calamo, mordacique lingua passim tenues etiam aliorum lapsus perstringere solent, perinde ac si ipsi extra errandi periculum positi ceteros omnes solute & proterve arguendi imperium sibi solis demandatum haberent. Horum, inquam, acriorem etiam ferulam, aut Orbilii sceptrum haud vereor; omnes enim, quotquot

hodie

hodie eruditi Viri, præcipue ex Catholicis ſcripſere, eodem, quo Achilles fato geniti videntur, ſuosque Therſites habent, qui res etiam cum laude geſtas probris obterunt: ſaniores autem ac vere eruditi ineptos hoſce Momos ſilentio ac contemptu magis, quam calamo aut ratione refellendos cenſent.

Effrœnis autem hæc cavillandi libertas non raro ex Religionum diverſitate ortum trahit; ſic Calviniſtas in Lutheranos, Lutheranos in Calviniſtas, & ambos in Catholicos Scriptores acerrimo ſtylo invectos comperimus; ex his enim, qui inſano ſectæ ſuæ fanatismo abripiuntur, quicquid ab aliis Religione ſua alienis ſcriptum perlegunt, certe non veritatis amore, ſed contradicendi ſtudio, vel ex invidia, aut oppoſitæ Religionis odio carpunt, vilipendunt, ac mordaci cenſura perſtringunt. Pervolvatur Literaria Scriptorum Hiſtoria a Guilielmo Cave edita, & me Hercle, quilibet a partium ſtudio alienus Scriptorem illum, cujus opera præfatus Caveus ibidem recenſet, mox Religione Catholicum, etſi id ignoraverit, fuiſſe dignoſcet ex conjectis in ejus libros cavillis, acerrima criſi, inofficioſis dicteriis, & contemptu, quo ipſius ſcripta Guilielmus exagitat: quis non ſtomachetur immoderatas, livoremque ſpirantes notas, & cenſuras Petri Bœlii, Weismani, Sagittarii, aliorumque plurium, quorum immoderatam vehementiam, ſatyras, livorem, ac maledicentiam ipſimet ſanioris judicii ac moderatioris animi Proteſtantes damnant, atque a-

verſan-

verſantur. Similibus igitur fanaticis diſplicere haud curo, placere autem nefas foret: nefas, inquam foret, ſi, ut vanam ab illis laudem aucuper, non ſine veritatis diſpendio, ac propriæ Religionis injuria fabulas, dicteria, & invidioſa ſcomata in Eccleſiam, Pontifices, Præſules, Monachos &c. a Sectariis effuſa meo quoque calculo, ſervilique complacendi ſtudio comprobarem, vel ut hujus ſæculi genio me conformarem, in ipſa Matris meæ viſcera graſſari præſumerem; longe aliena eſt a me abjecta ejusmodi ſervitus, nec aliam (ſi tamen vel minimam promeritus eſſem) exigo laboris mercedem, quam ut meam libertatem in profitenda veritate etiam odioſa, ſed neceſſaria, meumque candorem æquitatemque in bonam partem vertant, nec me de immoderato in Catholicos favore, nec de odio in ceteros inſimulent; non enim Catholicorum Panegyricas, nec Adverſariorum Philippicas ſcribo, ſed tam horum, quam illorum bene vel perperam geſta, ſicubi res, factique veritas exigit, refero; ſi quæ minus placent, in illos, qui ante me ſcripſerunt, querendi anſam rejiciant: ego autem optarem, ut hi unico viſus compendio intueri poſſent omnia monumenta, ex quibus hanc meam concinnabam Hiſtoriam; inde enim compertum haberent, quanta moderatione delinire, ad æquiorem partem inflectere, vel benignius ſalva rei geſtæ veritate interpretari ſtuduerim ea, quæ in Catholicæ Religionis odium ac detrimentum vel ab adverſariis attentata, vel ab iis, qui ſuis ſcriptis

hac

hac in re meum prævenere calamum, nimia acrimonia, acerbitate ac impotenti animi fervore elucubrata fuere: si denique pauca quandoque a metipso acriori stylo contra eos scripta offenderint, non mihi, sed furiosis eorum Authoribus imputent, qui tam diu Catholicorum patientiam lædere solent, nec prius quiescunt, quam sibi accesserint adversarios, qui, læsum honorem, veritatemque vindicandi studio, vicem illis rependunt.

His pauca adhuc addere libet de genere ac modo præsentis continuationis meæ; præprimis igitur monitum volo benevolum Lectorem, ne in hac lucubratione mea phaleratum sermonem, aut sublimioris styli nitorem exspectet; simplici rerum narratione clarus esse malui, quam crispata latinitate obscurus fieri: nec insuper in Annalistarum leges nimis religiose me jurasse deprehendet; haud quidem ignoro, quod Annales conscribendi ratio exigere videatur, ut ad illum duntaxat annum ea solum gesta rejiciantur, quæ intra hujus anni limites contigere, atque horum progressus, vel exitus illis reserventur annis, in quos incæpta eventus continuatio vel finis incidit: nihilominus tamen sæpius ab hac lege recedendum existimabam, rerumque magis memorabilium narrationem seriemque uno velut contextu intra unius anni spatium absolvi, aut saltem rei progressum, exitumque paucis verbis, & strictim magis, quam pleniore enarratione prælibavi; non raro enim illos, qui priores Historiæ Fleurianæ tomos pervolverant,

aut

aut publice ab aliis prælegi audierant, querentes percepi, valde tædioſum eſſe, quod incœpta ſingularis facti narratio intercalari tot aliorum omnino diſparatorum geſtorum relatione interrumpatur, lectorisque attentio atque orexis in avidam exitus cognitionem excitata per prolixam aliarum rerum intercapedinem non ſine moleſto memoriæ tormento ſuſpenſa teneretur, & veluti famelica dimitteretur: neque facta illa, inquit Fleurius Abbas, de quibus annus, diesque, quo contigere, ſcitur, ſecundum exactam temporis ſeriem recenſere ſemper conſultum eſt; nam ſi ſæpiſſime interrumpatur, valde exſucca erit narratio, fietque, ut geſta non cohærentia ſine guſtu perlegantur, & ſæpe neceſſe erit ex Oriente in Occidentem, Roma Antiochiam commigrare, . . . & plurima vel ſine nexu erunt ponenda, vel tranſitionibus longe quæſitis conſuenda. Præſtat aliquot annos prævertere, vel ad jam præteritos retrocedere, ut factum memoratu dignum a principio ad finem usque narrando deducatur (*).

Fateor inſuper, quod quandoque Hiſtoriæ meæ politica, profana, & quæ exiguum cum Eccleſiaſticis factis nexum habere videntur, immiſcuerim, necnon in civilia bella, ſeditiones, aliaque profana excurrerim, id vero duntaxat tum a me factum reperiet Lector, quando in iis Eccle-

(*) Differt. 1. §. 24.

Ecclesiæ vel Religionis causſa vertebatur, aut ſummi Pontifices in Principum diſſidiis, & regnorum vel urbium negotiis partem habuere, aut ejusmodi eventus veluti ſuturi tumultus, & vexationis in Eccleſiam intentatæ prodromus exſtitere, aut inde proficua Eccleſiæ acceſſio, gloria, vel incrementum emerſit; proin alienas hasce excurſiones haud ingratas fore cenſebam, eoquod prudens, ſolersque Lector exinde ad ipſam originem, fontemque ejusmodi viciſſitudinum, ex quibus Eccleſiæ augmentum vel decrementum ortum traxit, facili negotio retrogredi poterit.

Non deerunt tamen, qui meum calamum in recenſendis Scriptorum vitis librisque, fuſius præcipue in hoc primo volumine excurrentem ſugilaturi ſint: varia autem ſunt hominum ingenia, & multa his placent, quæ diſplicent aliis: deſiderant nonnulli, non modo de Scriptorum nominibus, ſuarumque lucubrationum titulis, typi loco, atque editionis anno, ſed etiam de ipſis Authorum fatis certiores fieri: alii ex adverſo hasce notitias in aliis libris quærunt, atque ab Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ commentariis exulare volunt: mediam inibo viam, utque horum faſtidio parcam, illorum vero curioſitati conſulam, ſuccincte Scriptorum celebriorum vitas, eorumque ſcripta, quæ ad forum Eccleſiaſticum reduci valent, indicabo, donec a prudentioribus aliam terere ſemitam edoctus fuero.

Præterea in ſubjungendis animadverſionibus criticis fors me plus æquo parcum eſſe cenſebit Lector: aſt in ea fata rerum ac temporum inci-

dimus, ubi nimium delicatus eſt hominum genius, ubi non pauci criſes minime ad ſaporem coctas exiſtimant, niſi mordaci ſale ex Novatorum ſalinis deprompto condiantur: nihilominus non raro ea, quæ ſanam merentur criſin, adeo claris indicavi verbis, ut quæ animo, tenuique meo judicio conceperam, facile ac tutius ſagax Lector proprio ſuo Marte aſſequi poterit: ſtudioſe Lectori ſeſe in ejusmodi reflexionibus ſuam Phantaſiam exercendi copiam reliqui; gratius enim quandoque proprio palatui eſt pabulum, quod proprio labore in vaſtis pratis quæritur.

Ceterum alter hic continuationis meæ tomus Ordine quinquageſimus tertius, quem tibi conſecro, Benevole Lector, præter alia hujus ſæculi decimi ſeptimi non minus diverſa, quam multiplicia, eaque ſat memoranda, per celebrem etiam exhibet controverſiam, quæ per plures annos circa Gratiæ Divinæ efficaciam inter PP. Dominicanos & Jeſuitas in Hiſpania, & Romæ coram ſummis Pontificibus agitata, ac tandem abſoluta fuit. Enimvero ab Inſtituti mei ratione alienum foret, ſi hujus cauſæ merita utrinque expoſita diſcutere, aut doctrinæ caput inter utramque partem controverſum ad Theologicam trutinam revocare præſumerem: mearum partium duntaxat eſt, ea, quæ ultro citroque geſta fuere, libere ac ingenue proferre, quin ex eadem hac relatione, vel Auctorum teſtimoniis, ex quibus hanc Hiſtoriam deprompſi, aut pro hac vel illa parte vel contra alterutram in contentioſo, ut inquiunt foro, quicquam fide pu-

blica

blica *allegari posse, contendam: Haud tamen dissimulare valeo, quin fatear, vix ullum aliud in Historia Ecclesiastica factum reperiri posse, quod ob Authorum diversitatem, ac repugnantiam magis implicitum, magis ambiguum, cujusque relationes anteriores, ac præcipue noviſſimæ de partium studio magis suspectæ, ac circa cujuslibet facti veritatem sibi magis dissentientes esse videantur. Exstant quidem publica harum disputationum acta, celeberrimi Francisci Pegnæ testis locupletissimi, Sacræ Rotæ Romanæ Decani, qui hisce Congregationibus ipsemet præsens Diarium conscripsit: Asservantur primigenia acta Gregorii Nunnii Coronelli, qui Sacræ Congregationi toto controversiæ tempore a secretis erat (*). Insuper Jacobi Bossutii, qui unus e Consultoribus Romanis erat, necnon Thomæ Lemosii, qui ipsus contra Molinæ Vindices in arenam descenderat, acta & Diaria exstant, asservanturque ea Romæ in Bibliotheca Angelica, Arce Sancti Angeli, atque in Archivio Barbarino. Hæc omnia sunt acta a Scriptoribus coevis, in dignitate Ecclesiastica constitutis, magnæ auctoritatis, ac integræ fidei Viris con-*

(*) De Coronelo Augustiniani Instituti Alumno Joannes Berti ejusdem Ordinis doctissimus Vir in suo Breviario part. 2. ait. Tot & tanta adversus Molinam scripsit, & ab aliis scripta collegit, ut nihil ad controversiam illam de auxiliis pertinens possit desiderari: inedita sunt tamen, & in Romano S. Augustini Archivio recondita.

ſcripta, qui in omnibus, quæ hujus controverſiæ ſummam reſpiciunt, non ſibi diſſentiunt, ſed unanimi voce in ſuis actis referunt, Moliniſticos Deſenſores in arenam deſcendiſſe, cunctas Molinæ propoſitiones quinto etiam examine publice & acurate fuiſſe diſcuſſas, atque ab omnibus ferme Conſultoribus fuiſſe iterata cenſura perſtrictas. Hi omnes unanimi ſuffragio teſtantur (*), *accerrimum quemdam Molinæ Propugnatorem de corrupto D. Auguſtini loco palam a ſummo Pontifice fuiſſe reprehenſum, his verbis:* Et hæc coram nobis (**), *illumque præ verecundia illico exanimi ſimilem corruiſſe, ac Neapolin delatum paulo poſt exſpiraſſe: hi omnes præter cetera geſta uno ore profitentur, hujus cauſſæ deciſionem, victoria interim neutri parti adjudicata, in ſuſpenſo fuiſſe relictam.*

Quis ergo hiſtoricus conſultis etiam omnibus, iisque rigidiſſimis artis criticæ legibus de horum eventuum veritate tot coevis teſtibus, tam communi ſuffragio, publicaque actorum auctoritate comprobata amplius dubitare præſumeret; præcipue cum oppoſitæ partis Auctores nulla alia, præter allegata, hujus Hiſtoriæ acta, nulla alia Cenſorum judicia pro ſe proferre valeant, ſed ultro ipſimet fateantur, acta conſcripta in eorum favorem nulla exſtare, ſed duntaxat orationes & declamationes *a Molinæ*

(*) Berti Eccl. Hiſt. Brev. part. 2. pag. 273.
(**) L. 19. de Civit. Dei.

linæ *Defensoribus* recitatas (***). *Quis non omnibus sanæ criseos regulis religiose servatis suam hujus controversiæ Historiam juxta horum testium fidem concinnaret? quis prudens Historicus relictis publicis monumentis, coevisque testibus sequeretur privatas ac longo post tempore contrarias relationes ab iis duntaxat, quorum interest, conscriptas? quis sibi persuaderet, tot doctissimos, ac probatissimæ fidei Censores antiquam ac translatitia ab Apostolis serie in Ecclesia cognitam de Gratiæ efficacia Doctrinam ignorasse, aut eam ideo deseruisse, quia recens excogitatam, hactenus in Ecclesia non auditam ab ejus Patronis venditare, atque ab iis succlamari inaudierunt, quod illa non sit nova, sed cum Theologia imo ex Ecclesiæ incunabulis adoleverit: forte eruditis hisce Viris incognitum erat, quod omnes Novatores a sectæ suæ doctrina novitatis infamiam eodem argumento atque obtentu abstergere nitantur: fors vero simile est, quod tot Authores unice, ut sese uni Societati opponerent, junctis viribus, communique consilio acta depravare, vel nova procudere voluerint, cum tamen probe prospicere potuissent, quod illico ab oppositæ partis Doctoribus, necnon a duobus vel tribus illis Censoribus, qui Molinæ favebant, & post producta hæc acta adhuc superstites erant, enormissimæ hujus falsitatis convinci potuissent?*

(***) Gabriel Henao in 1. part. prot. ad scient. med. n. 62.

Ex his ergo Hiſtoricus ſanum hoc ſibi efformabit judicium; horum Conſultorum acta, judicia, ac cenſuras, prout in actis referuntur, re ipſa (an bene vel male parum Hiſtorici, duntaxat, quæ geſta ſunt, recenſentis intereſt) fuiſſe pronuntiatas: quid ergo adhuc ipſum morabitur, quo minus libero calamo in recenſendis hujus controverſiæ geſtis hosce Ductores ſequatur, illos, qui vere dicere poterant, quod audivimus, quod vidimus, oculis noſtris, quod perſpeximus . . . . hoc teſtamur, & annuntiamus vobis.

Verum, inquient alii, quo minus ad horum Teſtium fidem contentioſa hæc Hiſtoria de Auxiliis gratiæ *elaboretur, obſtare videntur plurima. Inclamatur nobis, hæc ipſa nuper laudata Hiſtoriæ acta nullius, aut ſaltem dubiæ eſſe fidei, diplomate Innocentii X. eſſe confixa, primum triginta circiter abhinc annis poſt terminatam hanc controverſiam e tenebris eruta, ac denique, quod horrorem incutit, ex Janſeniſtarum Officinis producta. Nova ſane Dedalea Labyrinthus tot inextricabilibus gyris, anfractibus atque ambagibus periculoſiſſima, ad cujus exitum Apoſtolico etiam gladio omne filum eſſe præciſum innuitur: Verum in ipſis hujus Decreti verbis Ariadne ad ſuppetias promta apparere videtur; non enim idem ſummus Pontifex ibidem ea, quæ in hisce actis referuntur, corrupta, ſuppoſititia, infida, falſa, fideque indigna eſſe pronuntiabat, ſed duntaxat aſſerebat,* hisce actis

actis sub nomine Pegnæ, Patris Lemos, aliorumque tam pro sententia Prædicatorum quam Molinæ nullam omnino fidem adhibendam, neque ab alterutra parte, seu a quocunque alio allegari posse, sed observanda esse Decreta Pauli V. & Urbani VIII. *Ita est: absit a nobis, ut hæc acta allegemus, tanquam ex eorum fide constaret, vel Prædicatorum sententiam Calvini & Jansenii, vel Molinæ Dogma Pelagii aut Semipelagianorum nota esse perstringendam, observanda sunt religiosissime Decreta Pauli V. & Urbani VIII. severe inhibentium, ne alterutra doctrina ejusmodi censuris notetur: absit a nobis, ut hæc acta venditemus tanquam acta & monumenta, quibus Apostolica, publica & authentica jamjam accessit approbatio atque auctoritas, cum clare constet, quod ipsa hæc controversia adhuc in suspenso posita, necnon sententiæ promulgatio in aliud tempus dilata sit; liberum tamen adhuc tutumque erit in his actis recensita in suos inferre commentarios, quia vera sunt, etsi ea vera esse, non fide legali & publica, sed haud majori quam fide Historica constet. Eadem ratione Juris Canonici Scriptores Declarationes Rotæ Romanæ, & aliarum Congregationum Decisiones typis impressas in suos passim commentarios transfundunt, etsi Urbani VIII. Pontificis jussu (*) declaratum,*

(*) In Sacra Congregatione Cardinalium anno 1631. die 2. Augusti, item Sacra Rituum Congregatione die 11. ejusdem Mensis anno sequenti.

tum, eis nullam fidem a quocunque esse adhibendam, *utpote nondum auctoritate Pontificia, nondum Præfecti, & Secretarii Sigillo munitis: si enim omnis etiam Historica fides eis esset derogata, adeo, ut nec pro Molinæ, nec pro FF. Prædicatorum sententia quantum ad ea, quæ mere Historiam concernunt, ac Historice in iis relata sunt, allegari possent, quam jejuna foret ementiti Theodori Eleutherii, seu Patris Livini Mayer Moliniana Historia de hisce controversiis, quæ potissima ex parte relationibus ex hoc fonte haustis constat: quam fidem merebitur præfata ejusdem Historia in iis, quæ in sui favorem ex iisdem actis allegat, & re ipsa sic agitata fuisse profitetur; nullam huic Historiæ fidem esse adhibendam, fateri cogentur, nisi duntaxat ea, quæ suis favent, authentica & vera, illa autem, quæ eis adversantur, supposititia, fideque indigna esse, asserere velint. Prohibet ergo hoc Innocentii Decretum, ne ex his actis vel Prædicatorum vel Molinæ sententia probetur vel contendatur esse per Sedem Apostolicam proscripta, non autem vetat, referre ea, quæ circa hanc controversiam fuisse agitata, hæc ipsa acta de facti veritate testantur: quocirca in præfato diplomate ea nec proscribuntur, nec censura notantur, nec pro apogryphis habentur, sed in suo valore, qualem privatæ etiam revelationes absque Sedis Apostolicæ approbatione habent, relinquuntur.*

Attamen

Attamen hæc ipsa acta primum aliquot annis post suspensam hujus causæ litem laudari cæperunt? quid inde? ergo propterea sunt falsa? etiam P. Livini Historia longe serius cæpit prodire, ergo etiam hæc est falsa, suppositicia, nulliusque fidei? Quot Sanctorum Patrum, aliorumque Scriptorum opera, Pontificum diplomata, Ecclesiarum, Urbium aut Nobilium privilegia diu antea fuere aliis incognita, ac primum laudari cæpta, donec exortæ quæstionis vel controversiæ occasio accuratiorem inquirendi in ea diligentiam, aut producendi necessitatem extorserat: quis autem ea hanc ob causam recens conficta esse, asserere ausus esset? quoties privilegia, vivæ vocis oraculo obtenta, occultaque ejusmodi gratiæ rescripta in scriniis latebant, primum forte urgentibus Episcopis aliisque, e tenebris eruta? Insuper ne hæc acta de Auxiliis non illico post suspensionis decretum publici juris fuerint facta, prohibebat impositi silentii reverentia atque obsequium, quo violato & nimis intempestive decantato victoriæ triumpho necesse erat, ut ex ipsis actis facti veritas & præfestini gaudii vanitas manifesta fieret.

His vero actis merito fides etiam Historica abroganda esset, si in Jansenistarum Officinis juxa ipsorum placita fuissent fabricata: ast nec minimum quidem in illis deprehenditur, quod eorum principia redolet, vel iis favere potest: Præterea quis negare potest, a Coronello, Pegna, Bossutio aliisque hæc acta & Diaria fuisse conscripta, nullus tamen hucusque hos Authores

in quadam Janſeniſtarum Officina laboraſſe ſomniabat, niſi forte Janſeniſtis accenſendus foret is omnis, qui Molinæ non favet, juxta familiare eorum proloquium: noſter non eſt, ergo Janſeniſta eſt. *Num arx S. Angeli ſeu Hadriani caſtellum, Bibliotheca Angelica, Archivium Barberinum, Bibliotheca Chicciana & Althieriana, nec non Archivium ſupremæ Inquiſitionis in Hiſpania, ubi primigenia hujus controverſiæ acta aſſervata fuere, Janſeniſtarum Officinæ ſunt? olim quidem impacta Janſeniſmi calumnia, illiusque metus opportunum erat medium Moliniſticæ doctrinæ Proſelytos creandi, hancque doctrinam latius diffundendi: inepte autem hoc terriculamentum ad enervandam hiſtoricam horum actorum fidem veritatemque impræſentiarum adducitur: Forte jam dudum, ſi Paulus V. Pontifex verſatilis gratiæ ſyſtema damnaſſet, ejusmodi Officina fuiſſet erecta, atque in ea prævie obſequioſum ſilentium, ac diſtinctio inter quæſtionem juris & facti fuiſſet fabricata. Fateantur ergo ingenue, hæc acta diſplicent, quia ipſis non ſavent: amplectuntur, ac deprædicant Bovii Carmelitæ cenſuram, & judicium quia ipſis ſemper propitium, etſi nullo alio ex fonte niſi ex hiſce actis, hunc Regentem ipſis faviſſe compererint, etſi de iisdem actis nullam aliam habeant notitiam, niſi quam ex Hiſtoria Patris Serry, quem ipſi ſoli audacter, & nequiter Janſeniſtis accenſent, hauſerint. Denique, quo minus in hiſce Congregationibus actitata Hiſtorice referantur, adhuc obſtare dicunt impoſi-*

tum

tum ſilentium, quod tamen alterutram ſententiam cenſuris perſtringere vetat, non autem geſtorum veritatem recenſere prohibet.

His igitur prudenti Lectori ſatisfactum, eumque omni ſcrupulo exemptum iri confido, ſi Hiſtoriam de auxiliis juxta horum actorum teſtimonia a me conſcriptam invenerit: conſilium forte meum mutaſſem, ſi Molinæ Propugnatores vel unicum aliud actorum exemplar in ipſorum favorem proferre poſſent, vel ſi alias Conſultorum cenſuras & judicia præter illa, quæ his in actis contra Molinam recenſentur, producerent, vel ea alicubi exſtare docerent; nulla autem, in re tanti momenti, acta publica a Secretariis ad id Deputatis fuiſſe conſcripta, nulla a Cenſoribus circa diſputatas propoſitiones judicia fuiſſe pronuntiata, quis prudens credere poterit (*) ſtandum ergo illis eſt, donec magis authentica, magisque fide digna proferantur. Eapropter mihi polliceri audeo, quod etiam illi, quibus contraria inſidet opinio, vel infeſta adhuc inhæret voluntas, meam tamen ſinceritatem, libertatem, candoremque, quo hanc concinavi Hiſtoriam, in bonam partem verſuri, nec adeo inique de me judicaturi ſint, ut pro bona mea voluntate malum reddere velint, ſi autem ne id quidem ab eorum humanitate, prudentia & bonitate mihi ſpondere auſim, conſcientiæ meæ teſtimonio tutus cum Horatio concinam:

tamen me
Cum magnis vixiſſe invita fatebitur usque
Invidia, & fragili quærens illidere dentem
Offendet ſolido.

PRO-

(*) Vid. infra Hiſt. l. CLXXXV. §. 75. pag. 194.

PROTESTATIO AUTHORIS.

Cum felicis recordationis Urbanus Papa VIII. die 13. Martii anno 1625. die 5. Junii 1631. inhibuerit imprimi libros hominum, qui Sanctitate, seu Martyrii fama celebres, e vita migrarunt, miracula & gesta, revelationes, seu quæcunque beneficia continentes sine recognitione & approbatione Ordinarii: nec admitti elogia Sancti vel Beati absolute, & quæ cadunt super Personam, ideo utrique huic Decreto, sicut & Pauli V. Urbani VIII. Innocentii X. & XI. decretis ea observantia & reverentia, qua par est, obtemperando profiteor me haud alio sensu, quidquid in hac Historiæ continuatione, ac subsequentibus tomis refero, accipere, aut accipi ab ullo velle, quam juxta mentem ac mandatum Sedis Apostolicæ, cujus etiam judicio ac censuræ me pleno obsequio submitto.

CON-

CONSPECTUS LIBRORUM.

LIBER CLXXXV.

§. 1. *Molinæ doctrina ad quartum examen Pontificis jussu revocata.* pag. 1
§. 2. *Priores decem Molinæ propositiones, earumque censuræ denuo recognitæ.* 4
§. 3. *Quarti examinis continuatio.* 8
§. 4. *Epistola Philippi III. Hispaniarum Regis ad Oratorem suum.* 11
§. 5. *Commendatitiæ literæ ad Clementem Papam.* 13
§. 6. *Quarti examinis acta summo Pontifici oblata.* 18
§. 7. *Rumor de damnationis sententia propediem a Pontifice ferenda.* 19
§. 8. *Sigismundi Barthorii irruptio in Transylvaniam.* 22
§. 9. *Michael Valachiæ Woywoda occisus.* 26
§. 10. *Quædam propositiones a Facultate Parisina damnatæ.* 30
§. 11. *Varia Disciplinæ Ecclesiasticæ statuta sub Clemente VIII. edita pro Confessariis.* 31
§. 12. *Alia Statuta circa Ecclesiæ Ritus.* 35
§. 13. *Beatus Raymundus Sanctorum fastis adscriptus.* 38
§. 14. *Papa ad Bellum Hungaricum adversus Turcas Christianos Principes sollicitans.* 42
§. 15. *De Canisæ obsidione actum.* 44
§. 16. *Infaustus Canisinæ expeditionis successus.* 46
§. 17. *Alba Regalis a Cæsarianis capta.* 50
§. 18. *Auxiliares Turcarum copiæ a Mercurio cæsæ.* 52
§. 19. *Turcarum Imperatoris Legatus ad Franciæ Regem.* 55
§. 20. *Albanenses a Venetis contra Turcas opem efflagitantes.* 57
§. 21. *Classis ab Italiæ Principibus & Hispaniæ Rege contra Turcas instructa.* 60

§. 22.

§. 22. *Aquensis Senatus decretum contra loci Archiepiscopum.* 62
§. 23. *Franciscanorum causſa contra Recollectos in Andegavensi Senatu agitata.* 65
§. 24. *Dissidia inter Jesuit. & Sacerdotes Anglos.* 67
§. 25. *Mutuæ criminationes Jesuitas inter & Clericos Anglicanos.* 70
§. 26. *Horum Sacerdotum postulata apud Summum Pontificem.* 76
§. 27. *Hæc dissensio a Clemente VIII. sedata.* 77
§. 28. *Bellum in Belgio continuatum.* 80
§. 29. *Inchoata Ostendæ obsidio.* 83
§. 30. *Suppetiæ Catholicis allatæ.* 86
§. 31. *Impressio in urbem a Cathol. incassum facta.* 88
§. 32. *Sylva-Ducis a Mauritio obsessa.* 90
§. 33. *Continuata Ostendæ obsidio.* 92
§. 34. *Catholicus exercitus in Hibernia ab Anglis cæsus.* 94
§. 35. *Colloquium inter Catholicos & Lutheranos Ratisbonæ habitum.* 97
§. 36. *Hujus colloquii initia.* 101
§. 37. *Sessio II. usque ad decimam.* 103
§. 38. *Sessio XI. usque ad XIV. seu postremam.* 110
§. 39. *Colloquii Successus.* 114
§. 40. *Secundum Ratisbonense Colloquium.* 116
§. 41. *Novæ Benedictinorum Congreg. initia.* 121
§. 42. *Difficultates ex novæ disciplinæ proposito exortæ.* 123
§. 43. *Nova Congregatio sub nomine SS. Vitonis & Hydulphi a Pontifice confirmata.* 127
§. 44. *Essexiæ Comes in Anglia captus.* 129
§. 45. *Extremum Essexii Comitis supplicium.* 132
§. 46. *Petri, Bocherii obitus.* 135
§. 47. *Petrus Tyræus mortuus.* 137
§. 48. *Antonii Carvallii & Antonii Cordesii fata.* 139
§. 49. *Joannis Heurnii extrema.* 140
§. 50. *Fauhetii, Bernartii, & Franchisi obitus.* 141
§. 51. *P. Petrus Zarba aliique Carmelitani Ordinis Scriptores mortui.* 143
§. 52. *Richardi Strinii mors.* 145

§. 53. *Tyhonis Brahei fatum.* 146
§. 54. *Tyhonis opera.* 148
§. 55. *Harderi & Glaseri interitus.* 149
§. 56. *Schisma Presbyterianorum in Anglia.* 150
§. 57. *Puritani Hierarchicis infensi.* 152
§. 58. *Controversia quædam domestica inter Lutheranos Doctores.* 154
§. 59. *Hæc controversia per publicam Thesium revocationem sopita.* 155
§. 60. *Ostendana obsidio magna contentione utrinque protracta.* 158
§. 61. *Mauritii expeditio in Brabantiam.* 159
§. 62. *Gravia a Mauritio deditione capta.* 160
§. 63. *Seditiosorum militum tumultus.* 163
§. 64. *Hispana Classis ab Anglis dissipata.* 160
§. 65. *Præludia Historica ad solemnes disputationes coram Clemente VIII. habitas.* 167
§. 66. *Clementis VIII. propositum de Molinæ Doctrina novo examini subjicienda.* 169
§. 67. *Epistolæ Hispani Regis ad suum Oratorem.* 171
§. 68. *Prima Congregatio coram Clemente VIII. habita.* 175
§. 69. *Primæ Congregationis progressus.* 177
§. 70. *Pontificis mandatum de Molinæ propositionibus cum D. Augustino conferendis.* 180
§. 71. *Congregatio Secunda.* 184
§. 72. *Judicium Congregationis de prima Molinæ propositione.* 187
§. 73. *Congregatio III. coram Clemente VIII. habita.* 188
§. 74. *Congregatio quarta circa tertiam Molinæ propositionem.* 190
§. 75. *Quinta & sexta Congregatio circa quartam & quintam Molinæ propositionem.* 191
§. 76. *Congregatio septima & octava circa sextam & Septimam Molinæ propositionem.* 194
§. 77. *Philippi III. Hispani Regis epistola ad Oratorem suum.* 197
§. 78. *Congregatio XIII. & XIV.* 198

§. 79.

§. 79. *Congregatio XV. XVI. XVII. & XVIII.* 200
§. 80. *Propositio a Clemente VIII. proscripta de absentis absolutione.* 202
§. 81. *Transylvaniæ motus.* 203
§. 82. *Moses Ciculorum Dux a Basta profligatus.* 206
§. 83. *Budensis Purpuratus a Christianis captus.* 207
§. 84. *Alba Regalis a Turcis recuperata.* 208
§. 85. *Pesta a Christianis capta, & Buda incassum obsessa.* 210
§. 86. *Edictum Henrici IV. Galliarum Regis contra Duellantes.* 214
§. 87. *S. Francisci Salesii inauguratio in Episcopum Genevensem.* 216
§. 88. *Galliæ Delphinus veneno impetitus.* 217
§. 89. *Funesta Bironii Ducis fata.* 218
§. 90. *Bironius a Lassinio proditus.* 222
§. 91. *Bironius custodiæ datus, ac capite plexus.* 225
§. 92. *Henrici IV. Regis querelæ apud Papam contra Hispaniæ Regem & Sabaudiæ Ducem.* 228
§. 93. *Hispaniæ Regis honor coram Papa vindicatus.* 230
§. 94. *Bullionius Conjurationis complex.* 233
§. 95. *Melitensium Equitum expeditio contra Turcas.* 234
§. 96. *Henrici IV. Galliarum Regis fœdus cum Helvetiis innovatum.* 236
§. 97. *Brownistarum Secta in Anglia.* 238
§. 98. *Contentio inter Scholam Sorbonicam & Navarricam composita.* 240

LIBER CLXXXVI.

§. 1. *Decisiones Pontificiæ circa Sacros ritus.* 241
§. 2. *Aliæ Constitutiones circa Confessarios.* 243
§. 3. *Contentio inter Surdisium Cardinalem, & Senatum Burdigalensem.* 244

§. 4. *Aliud dissidium inter Episcopum Andegavensem, & cujusdam Collegii Sodales.* 246
§. 5. *Sabaudiæ Ducis expeditio in Genevam.* 248
§. 6. *Caroli Molinæi Scripta a Clemente VIII. damnata.* 251
§. 7. *Aliæ ejusdem Pontificis Constitutiones.* 252
§. 8. *Reliqua ejusdem Pontificis decreta.* 255
§. 9. *Antonii Mariæ Salviati Cardinalis mors.* 257
§. 10. *Julii Sanctorii Cardinalis obitus.* 259
§. 11. *Ponti Heuteri extrema.* 261
§. 12. *Gregorii Sayerri Benedictini fatum.* 262
§. 13. *Florimundi Remondi obitus.* 263
§. 14. *Joannis Friderici Lummii mors.* 265
§. 15. *Antonius Covarruvias morte sublatus.* 267
§. 16. *Petrus Coretus vita functus.* 268
§. 17. *Joannis Jacobi Boissard' obitus.* 270
§. 18. *Varii Scriptores e Societate hoc anno defuncti.* 271
§. 19. *Francisci Junii interitus.* 273
§. 20. *Reusneri & Reidani extrema.* 274
§. 21. *Perkinii, Glandorpii & Peceri fata.* 275
§. 22. *Conventiculum inter Protestantes Palatinos & Heidelbergenses.* 278
§. 23. *Friderici Palatini Electoris deprecatio apud Franciæ Regem pro Bullionio.* 278
§. 24. *Controversia inter Lotharingium & Brandeburgicum Ducem a Rege composita.* 280
§. 25. *Elisabetha Angliæ Regina mortua.* 281
§. 26. *Hujus Reginæ indoles.* 282
§. 27. *Jacobus I. Scotiæ Rex Elisabethæ Successor.* 287
§. 28. *Delusa Catholicorum spes de favore Jacobi I.* 288
§. 29. *Sectaria fidei Professio Regis jussu promulgata.* 291
§. 30. *Franciæ Regis Legatio ad Regem.* 292
§. 31. *Fœderis articuli inter Franciæ & Angliæ Reges.* 295
§. 32. *Congregationes de Auxiliis coram Papa continuatæ.* 296

§. 33. *Congregatio XXIII. XXIV. XXV. & XXVI.* 299
§. 34. *Epistola Baronii hac in caussa ad Archiepiscopum Viennensem.* 301
§. 35. *Congregatio XXVII. XXVIII. XXIX. & XXX.* 304
§. 36. *Congregationes XXXI. XXXII. XXXIII. XXXIV. XXXV. & XXXVI.* 306
§. 37. *Congregationes XXXVII. XXXVIII. XXXIX. & XL.* 310
§. 38. *Hispaniæ Regis literæ ad Papam pro definienda hac controversia.* 313
§. 39. *Pontificis sollicitudo pro Jesuitis in Franciam revocandis.* 315
§. 40. *Jesuitarum caussa per seipsos æque, ac Patronos agitata.* 317
§. 41. *P. Armandi oratio ad Galliæ Regem.* 318
§. 42. *Benignitas Regis erga Jesuitas.* 325
§. 43. *Hæc caussa in Parisiensi Senatu agitata.* 327
§. 44. *Edictum Regium de revocanda Societate.* 329
§. 45. *Difficultates contra hoc edictum motæ.* 333
§. 46. *Harlæi Præsidis oratio ad Regem contra Jesuitas.* 335
§. 47. *Regis responsum ad hanc Præsidis orationem.* 345
§. 48. *Jesuitæ ab æmulis tam in Francia quam Romæ vexati.* 350
§. 49. *Concilium Brixinense.* 353
§. 50. *Bellum Belgicum a Philippo Hispaniæ Rege Spinolis Marchionibus commendatum.* 356
§. 51. *Friderius Spinola navali prælio trucidatus.* 357
§. 52. *Seditiosorum militum fœdus cum Fœderatis.* 360
§. 53. *Sylva-Ducis a Mauritio incassum obsessa* 362
§. 54. *Ostendanæ obsidionis continuatio.* 365
§. 55. *Ambrosius Marchio Spinola Ostendam adveniens.* 367

§. 56.

§. 56. *Conjuratio in Jacobum Angliæ Regem feliciter detecta.* 368
§. 57. *Conjuratorum Supplicium.* 370
§. 58. *Jacobi Angliæ Regis asperitas in Catholicos.* 372
§. 59. *Fausta Melitensium expeditio contra Turcas.* 375
§. 60. *Bellum in Hungaria continuatum.* 376
§. 61. *Transylvaniæ motus.* 378
§. 62. *Ratisbonensia Imperii comitia.* 380
§. 63. *Vapicense Conciliabulum.* 384
§. 64. *Mahometis III. Turcarum Imperatoris obitus.* 388
§. 65. *Constitutiones Clementis VIII. Papæ.* 390
§. 66. *Decisiones S. Congregationum auctoritate Pontificis emanatæ pro Regularibus.* 392
§. 67. *Aliæ decisiones circa ritus Ecclesiasticos.* 393
§. 68. *Alphonsi Gesualdi Cardinalis obitus.* 396
§. 69. *Hieronymus Rusticuccius Cardinalis mortuus.* 398
§. 70. *Sylvii Antoniani Cardinalis extrema.* 400
§. 71. *Hujus Cardinalis Scripta.* 403
§. 72. *Bonvisii Cardinalis fatum.* 404
§. 73. *Hieronymi Matthæi Cardinalis mors.* 406
§. 74. *Francisci Vietæ obitus.* 407
§. 75. *Guido Coquillius satis functus.* 410
§. 76. *Joannis Petri Mafei extrema.* 412
§. 77. *Varii Societatis Scriptores hoc anno denati.* 414
§. 78. *Desiderii Buffet Carmelitæ mors.* 416
§. 79. *Joannis Demetrii Sollikowskii decessus.* 417
§. 80. *Petri Charronis extrema.* 419
§. 81. *Ægidii Hunnii interitus.* 421
§. 82. *Theophili Glaseri obitus.* 423
§. 83. *Thomæ Carturiti decessus.* 425
§. 84. *Probrosa Societi. Pyramis eversa Lutetiæ.* 428
§. 85. *Contentio inter Andagavensem Episcopum & Senatum innovata.* 429
§. 86. *Varii Religiosorum Ordines in Regno Franciæ admissi.* 431
§. 87. *Continuatæ Congregationes de auxiliis.* 432

§. 88. *Congregationes XLVII. XLVIII. XLIX. & L.* 437
§. 89. *Congregationes LI. LII. LIII. & LIV.* 439
§. 90. *Congregationes LV. LVI. LVII. LVIII. LIX. & LX.* 441
§. 91. *Poſtremæ quatuor Congregationes.* 445
§. 92. *Hamptonianum Colloquium inter Angliæ Epiſcopos & Presbyterianos.* 448
§. 93. *Hujus colloquii continuatio atque ſucceſſus.* 452
§. 94. *Puritani in Anglia vexati.* 455
§. 95. *Edictum de Jeſuitis ex Anglia ejiciendis.* 456
§. 96. *Jacobi Regis oratio in Regni comitiis habita.* 457
§. 97. *Ejusdem Regis querelæ contra Pontificis Nuntium.* 464
§. 98. *Oſtendanæ obſidionis progreſſus.* 466
§. 99. *Sluſa a Mauritio obſeſſa, captaque..* 467
§. 100. *Oſtenda a Catholicis expugnata.* 470
§. 101. *Res in Tranſylvania ob Religionis diſſenſionem turbatæ.* 472
§. 102. *Stephanus Botskaius a Proteſtantibus in Seditionis ſuæ caput electus..* 474
§. 103. *Motus in Stiria ob Lutheranam Sectam concitati.* 377
§. 104. *Peſtum a Chriſtianis ignominioſe relictum.* 479
§. 105. *Strigonii obſidio a Turcis ſoluta.* 480
§. 106. *Etruriæ Ducis conatus in Algerienſes Teras.* 482
§. 107. *Plures Calviniſtæ a S. Franciſco Saleſio ad veram fidem converſi.* 483
§. 108. *Octodecim Cardinales a Clemente VIII. creati.* 485
§. 109. *Cardinales hoc anno defuncti.* 487
§. 110. *Arnaldi Oſſati Cardinalis obitus.* 489
§. 111. *Hujus Cardinalis opera.* 493
§. 112. *Simon Talliavia Cardinalis mortuus.* 494
§. 113. *Carmelitæ Diſcalceati a Clemente VIII. in Perſidem ad prædicandam fidem Catholicam ablegati.* 496

§. 114.

§. 114. *Synodus Diœceſana Cameracenſis.* 499
§. 115. *Concilium Namurcenſe a Franciſco Buiſſeret celebratum.* 501
§. 116. *Tumultus a Proteſtantibus Embdæ ſuſcitati.* 502
§. 117. *Iidem Proteſtantes Paderbornæ contra Epiſcopum tumultuantes.* 505
§. 118. *Detecta conjuratio contra Henricum IV. Franciæ Regem.* 507
§. 119. *Alia conſilia in ejusdem Regis perniciem agitata.* 509
§. 120. *Franciæ Regis epiſtola ad Papam circa hanc conjurationem.* 513
§. 121. *Clementis Papæ Conſtitutiones.* 514
§. 122. *Aliæ Conſtitutiones juſſu Pontificis editæ circa S. Ritus.* 516
§. 123. *Variæ deciſiones circa Sacramentorum adminiſtrationem.* 519
§. 124. *Actum de Carolo Borromæo & Ignatio Loyola, Albo Beatorum adſcribendis.* 522
§. 125. *Initia Ordinis militaris Equitum B. V. Mariæ de Monte Carmelo in Galliis erecti.* 525
§. 126. *Stephani Pighii obitus.* 527
§. 127. *Gabriel Vasquez, aliique e Societate mortui.* 530
§. 128. *P. Martini de Peraza deceſſus.* 532
§. 129. *P. Dominici Bannez Dominicani, aliorumque hujus Ordinis Scriptorum obitus.* 533
§. 130. *Cornelii Schultingii fata.* 537
§. 131. *Huberti Giphanii mors.* 538
§. 132. *Juſti Baronii obitus.* 540
§. 133. *Viti Mileti mors.* 542
§. 134. *Richardus Hall hoc anno defunctus,* 544
§. 135. *Pezelii Chriſtophori interitus.* 545
§. 136. *Infelix Fauſti Socini interitus.* 547
§. 137. *Ejusdem hæreſiarchæ errores.* 549
§. 138. *Hujus Hæreſiarchæ Scripta.* 553
§. 139. *Dubium circa S. Ordinis adminiſtrationem ſummo Pontifici propoſitum.* 554
§. 140. *Nova Stifelianorum Secta.* 555

§. 141. *Novi in Hiſpania motus adverſus Jeſuitas.* 560
§. 142. *Quintum examen Moliniſticæ Doctrinæ quatuor Congregationibus abſolutum.* 566
§. 143. *Ingens injuria ſummo Pontifici a Cardinale Farneſio illata.* 570
§. 144. *Hæc controverſia per Parmæ Ducem compoſita.* 573
§. 145. *Clementis VIII. propoſitum de definienda hac controverſia.* 574
§. 146. *Clementis VIII. Papæ obitus.* 578
§. 147. *Cardinales pro eligendo novo Pontifice conclave ingreſſi.* 582
§. 148. *Alexander Medicæus Cardinalis in Papam electus, ac Leo XI. dictus.* 583
§. 149. *Geſta hujus Pontificis ante illius electionem.* 585
§. 150. *Proſpera ejusdem Regiminis auſpicia.* 587
§. 151. *Hujus Pontificis obitus.* 589
§. 152. *Cardinalium comitia pro ſubrogando novo Pontifice.* 591
§. 153. *Camillus Burgheſius in Papam electus.* 549
§. 154. *Cognitio cauſſæ Moliniſticæ a Paulo V. reſumpta.* 597
§. 155. *Petri Lombardi Archiepiſcopi Armachani oratio pro maturanda cauſſæ definitione.* 599
§. 156. *Congregationes coram Paulo V. habitæ.* 633
§. 157. *Prima & ſecunda Congregatio coram ſummo Pontifice habita.* 636
§. 158. *Congregatio IV. V. VI. & VII. VIII. & IX. de gratia ex ſeipſa efficaci.* 639
§. 159. *Quæſtio de Gratia ex ſe efficaci aliorum Patrum auctoritate in decima, & undecima Seſſione agitata.* 643
§. 160. *Joannis Deckerii Jeſuitæ liber de annis Chriſti a Baronio Cardinale acri cenſura perſtrictus.* 645
§. 161. *Hugonottarum in Galliis motus, & comitia.* 646

§. 162.

§. 162. *Rosnius Mareſcallus nomine Regis his comitiis præſens.* 648
§. 163. *Conſpiratio in Regem feliciter detecta.* 649
§. 164. *Nova Conſpiratio Mærargæi Nobilis in eundem.* 652
§. 165. *Franciæ Rex ingens vitæ periculum eluctatus.* 654
§. 166. *Gallicani Cleri comitia.* 655
§. 167. *Regis reſponſum ad Cleri Gallicani petita.* 658
§. 168. *Marburgi tumultus ob Sectæ mutationem.* 660
§. 169. *Brunsvicenſis tumultus.* 663
§. 170. *Brunsvicæ obſidio incaſſum tentata.* 665
§. 171. *Conciliabulum Rotterodamenſe.* 666
§. 172. *Decreta ac Conſtitutiones Synodales Diœceſis Curienſis.* 668
§. 173. *Synodus Diœceſana Culmenſis.* 669
§. 174. *Synodus Archidiœceſana Pragenſis.* 671
§. 175. *Joannis Zamoſcii Poloniæ Cancellarii, aliorumque illuſtrium Virorum fata.* 674
§. 176. *Res Hungariæ.* 678
§. 177. *Strigonium per Hungarorum perfidiam a Turcis occupatum.* 679
§. 178. *Inter Cæſarem & Botskaium Turcasque pax agitata.* 681
§. 179. *Moravia, Stiria, Auſtria & vicinæ Regiones a ſeditioſis militibus devaſtatæ.* 684
§. 180. *Turcæ a Perſis profligati.* 686
§. 181. *Fœderati prope Antverpiam a Catholicis profligati.* 687
§. 182. *Pugna navalis inter Hiſpan. & Hollandos.* 689
§. 183. *Spinolæ expeditio ad Rhenum adverſus Mauritium.* 691
§. 184. *Continuatæ Spinolæ Marchion. victoriæ.* 693
§. 185. *Clement. VIII. & Pauli V. Conſtitutiones.* 696
§. 186. *Aliæ Sanctiones ejusd. Pontif. juſſu editæ.* 699
§. 187. *Initia Donawerdani tumultus a Lutheranis ſuſcitati.* 701
§. 188. *Nova Lutheranorum attentata contra Catholicos hujus urbis.* 704

§. 189.

§. 189. *Justæ Catholicorum querelæ contra Lutheranorum insultus.* 706
§. 190. *Publica seditio Lutheranorum.* 707
§. 191. *Conjuratio in Jacobum I. Angliæ Regem conflata ac conspiratio pulveraria dicta.* 709
§. 192. *Conjuratio feliciter detecta.* 713
§. 193. *Pulvis pyrius subtus Conciliorum aulam repertus.* 714
§. 194. *Alii ex Conjur. deprehensi, alii trucidati.* 716
§. 195. *Jacobi Regis oratio coram Angliæ Proceribus in comitiis habita.* 718
§. 196. *Diversa Anglorum judicia de hac Regis oratione.* 726
§. 197. *Regis edictum pro vindicauda Principum exterorum innocentia.* 727
§. 198. *PP. Gerardius, & Grienwellus Jesuitæ fuga ex Anglia elapsi.* 729
§. 199. *Tumultus in Moscoviæ Regno.* 730
§. 200. *Nuptiæ inter Sigismundum Poloniæ Regem, & Caroli Archiducis filiam per summum Pontificem conciliatæ.* 734
§. 201. *Quatuor Cardinales hoc anno defuncti.* 736
§. 202. *Hieronymi Agucchii Cardinalis obitus.* 738
§. 203. *Pauli Æmilii Zachiæ Cardinalis extrema.* 739
§. 204. *Joan. Franc. Blandratæ Card. mors.* 740
§. 205. *Ponti Thiardæi Cabilonensis Epis. decessus.* 743
§. 206. *Petrus Simonius vita functus.* 744
§. 207. *Quidam Societ. Theol. hoc anno mortui.* 746
§. 208. *Arnoldi Pontaci extrema.* 748
§. 209. *Antonii Gallonii & Guilielmi Barclai decessus.* 749
§. 210. *Ulyssis Aldrovandi obitus.* 750
§. 211. *Theodori Bezæ Calvinistæ interitus.* 752
§. 212. *Ejusdem Scriptoris opera.* 750
§. 213. *Salomonis Gesneri fata.* 750
§. 214. *Duo libri a Parisiensi Facultate Theologica proscripti.* 750
§. 215. *Unicus Card. a Paulo V. renuntiatus.* 700
§. 216. *Congreg. piorum Operarior. instituta.* 760

HISTO-

Congregationes de Auxiliis Gratiæ.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ CONTINUATÆ.

LIBER CLXXXV.

CLEMENS VIII. SUMM. PONTIFEX.
RUDOLPHUS II. OCCID. IMP.

Sæc. XVII.
A. C. 1601.

§. I.

Molinæ doctrina ad quartum examen Pontificis jussu revocata.

Hist. Congr. de auxiliis l. 2. c. 14. Hist. controv. P. Livini Majer l. 43. c. 19. & 20.

Ineunte anno Domini milleſimo ſexcenteſimo primo Clemens VIII. Summus Pontifex, ut Seſſæ Ducis, qui Regis Catholici Orator erat, precibus, nec

Sæc. XVII. A. C. 1601.

nec non Jesuitarum querelis satisfaceret, viginti Molinæ propositiones, earumque censuras (prout anno priori spoponderat) quarto rursus examini subjicere constituit: hunc in finem undecim Consultores ad hoc negotium deputabat, iisque unacum Bernerio, & Bellarmino Cardinalibus adesse jussis, die vigesima tertia Januarii significabat, quod Jesuitæ propugnare contendant, Molinæ doctrinam Pelagianismi nota immerito castigari, ipsumque Bovium Carmelitarum Regentem testari, quod in libro concordiæ nihil fidei repugnans occurreret, proin rem coram Prædicatoribus æque, ac Jesuitis discutere oporteret. Movit hoc equidem tam Episcopis, quam Consultoribus stomachum, ægre ferentibus, quod eundem laborem jam dudum ac sæpius absolutum resumere juberentur: cedendum tamen erat Pontificis voluntati ad evitandam judicii festinati, minusque mature pronuntiati calumniam: itaque hanc ob caussam Clemens ex Prædicatoribus duos Theologos F. Didacum Alvares, & F. de Lemos, ex Societate vero Christophorum Cobos, & Petrum Arrubal adjungi voluit, qui propositiones ex Molinæ libro depromptas, earumque censuras vel impugnarent, vel ratas haberent. Cum autem utriusque partis

Sæc. XVII. A. C. 1601.

partis Pugiles convenirent, primo statim congressu Jesuitæ aut rem longius protrahi, aut omnino nihil perfici conjectabant; palam enim Patres Dominicani profitebantur, quod non animo quicquam in semel decretis mutandi, sed jam discussa constanter propugnandi proposito in hos cœtus congregarentur: nec eorum verbis eventus ablusit, Patribus Jesuitis ipsoque eorum Præposito Generali necquiquam rogantibus, ut tam Consultores, quam Patres Dominicani præconceptas de falsis Pelagii & Semipelagianorum erroribus persuasiones deponerent, proin permitterent, ut prius de veris tam Pelagii quam Massilienſium erroribus certi quid statueretur, quam de Molinæ sententiis ageretur. Eorum quoque postulatis deferebat Propertius Resta Episcopus Cariatensis, qui a Claudio Aquaviva Societatis Præposito rogatus Congregationi retulit, quod nisi de Pelagianorum erroribus præprimis ageretur, menti Sanctitatis suæ minus satisfieret, ac propterea Pelagianæ & Molinianæ doctrinæ, si qua subest, concordiam in cujuslibet propositionis examine, pro more suo Congregati sigillatim expenderent. Nec inutile videtur hoc monitum, quippe Author *Historiæ Controversiarum* ostendere nititur, varias Molinæ

Sæc. XVII. A. C. 1601.

linæ propositiones ex ignorantia dogmatum Pelagianorum & Semipelagianorum fuisse rejectas.

§. II.

Priores decem Molinæ propositiones, earumque censuræ denuo recognitæ.

Cornouell. in Judic. Congreg. Hist. Congreg. l. 2. cap. 14. Hist. Livini Majer l. 4. cap. 1. Pegna in Diar.

His prævie agitatis die vigesima quinta Januarii designati Censores unacum Prædicatorum ac Jesuitarum Theologis juxta Pontificis mandata conveniunt, quibus in primo conventu Propertius Resta Cariatensis Episcopus, in cujus palatio cunctæ quarti hujus examinis Congregationes habebantur, nomine Pontificis præcepit, quatenus sepositio partium studio viginti Molinæ propositiones jam antea censuris notatæ unicuique traderentur, eo fine, ut suas quisque vel vindicias, vel accusationes Congregationi scripto proferendas parare posset. His peractis impositoque sinceritatis ac silentii juramento idem Episcopus priores duas Molinæ propositiones prælegi, atque ad examen vocari indixit: De utraque hac propositione die vigesima nona ejusdem Mensis edicebant Consultores, quod a semitis Pelagii & Cassiani non discedere videretur. Jesuitæ autem utramque asser-

P. Livin. Majer Hist. Controv. l. 4. cap. 1. p. 257.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

assertionem ab his erroribus vindicabant, ostendentes, secundam propositionem minus integra fide ex Molina fuisse excerptam, & Pelagium æque ac Massilienses longe aliter docuisse: Denuo autem ingerebant, quod duntaxat de Pelagii erroribus disputaturi convenissent, econtra vero Fratres Prædicatores reponebant, quod Pelagii mens atque errores jam dudum Ecclesiæ fuerint cogniti, ejusque judicio damnati, proin non de iis agendum, sed unice discutiendum supereſſet, utrum præfatæ propositiones ex Molinæ libro fideliter extractæ nuper Pelagianismi censuris merito fuerint perstrictæ. His ultro citroque agitatis die prima Februarii rursus de utraque hac propositione actum, ubi Consultoribus pristinæ suæ censuræ insistentibus Jesuitæ suas responsiones Congregationi tradebant, de quibus quidem die tertia Februarii actum, ob absentiam tamen Duorum Censorum Bovii & Crellii earum decisio ad quintam Februarii diem dilata est: Tum vero tam Prædicatores quam Patres Societatis sua responsa ad sequentes quatuor Molinæ propositiones earumque censuras scriptotenus tradere jussi sunt; cum enim Jesuitæ a Thoma de Lemos quædam Molinæ injuriose fuisse imposita animadverterent, roga- *cap. 5. p. 266.*

Sæc. XVII. A.C. 601. bant pro jure suo, ut quæ dixisset, scripto traderet. Paruit Lemosius, atque ea, quæ dixerat, paullo tamen mollius conscripsit, caussatus, quod cetera jamjam iisdem plane verbis scripto Consultoribus dato consignasset. Postea Episcopus Cariatensis die octava Februarii habita Congregatione utriusque partis Theologos nomine summi Pontificis admonuit, ut deinceps sua de propositionibus atque censuris responsa sine altercatione aut mutua contentione proferrent, quo audito Christophorus Cobos Jesuita tertiam Molinæ propositionem injuste notatam asserens, & de quarta se nihil paratum habere dictitans, concessi sibi temporis angustias incusabat, rogans Consultores, ut deinceps una duntaxat Congregatio in quavis hebdomada haberetur. Id quoque ejusdem petitioni datum, atque in septima Congregatione die duodecima Februarii statutum, ut feria secunda pro partibus audiendis, feria autem quinta duntaxat inter Consultores pro discutiendis Theologorum responsis Congregatio haberetur. Porro circa tertiam & quartam Molinæ propositionem Plumbinus hoc pronuntiabat judicium: *non existimo eas esse de reliquiis Pelagii neque ejus fautorum, nec video, quod sit semipelagiana:* Bovius vero Carmelitarum Regens inquiebat,

cap. 5. p. 267.

quiebat, *tertiam esse Catholicam & probabilem, quartam quoque sicut Superiores nulla censura dignam censeo*: ceteri autem omnes Censores existimabant, non esse recedendum a sententia & censura antehac pronuntiata. Proponebantur postea quinta & sexta Molinæ propositiones unacum utriusque censura: Utriusque defensionem arripuit Pater Gregorius de Valentia olim in Ingolstadiensi Academia Theologiæ Professor, Dominicanis tum nihil plane in contrarium opponentibus, qui tamen postea tempus opportunum nacti in arcanis suis animadversionibus, quas scriptas Consultoribus, invitis licet Jesuitis, suppeditarunt, quædam Molinæ falso imposuerunt, quæ scripto pariter refutata fuisse a Theologis Societatis, testatur præfatus Pater Livinus. Percepta igitur Jesuitarum defensione rursus omnes Censores pronuntiabant, utramque propositionem Pelagii erroribus affinem esse, Plumbinus vero & Bovius censuere quintam non esse semipelagianam, imo in fide tutam & in schola probabilem, sextam vero nulla censura dignam: Joannes autem de Rada primam partem sextæ propositionis dixit eadem censura dignam, qua notandam prius censuit secundam. Die decima octava Februarii in nona Congregatione Di-

Sæc. XVII. A. C. 1601.

cap. 6. p. 268.

Sæc. XVII. A. C. 1601

dacus Alvarez Dominicanus ſuum judicium circa ſeptimam Molinæ propoſitionem ſcripto reliquit, pro Molina autem Petrus Arrubal & præcipue Gregorius de Valentia perorabant, nihilominus hæc a plerisque Conſultoribus proſcripta eſt. Non minus ſtrenue vindicabatur octava propoſitio, circa quam tamen die vigeſima ſecunda ejusdem Menſis decretum eſt, perſiſtendum eſſe in cenſura jam olim lata: Joannes quoque Rada ſeptimam eſſe ſemipelagianam aſſeruit, Plumbinus vero neque Pelagianam neque ſemipelagianam, & Bovius omnino fidei conſonam cenſe-
c. 10. p. 276. bant. Nona Molinæ propoſitio, ſi Livino fides, transpoſita, interrupta, truncata, & infideliter ex Molina decerpta, atque a Cenſoribus proſcripta, a Molinæ vindicibus reſtituta, & propugnata eſt: idem quoque teſtatur de propoſitione decima.

§. III.

Quarti examinis continuatio.

Hiſt. Congr. Livin. Majer Hiſt. controv. l. 4. c. 16. & ſeq.

Poſtquam priſtina cenſura a plerisque Conſultoribus fuerat confirmata, plane Molinæ cauſſam in vado eſſe jactitabant nonnulli, nihilominus non paucis tam validæ videbantur Moliniſtarum vindiciæ, ut victoria utrinque nutare crede-

Sæc. XVII. A. C. 1601.

crederetur: continuato igitur examine in decima tertia Congregatione Gregorius Valentia pro undecima & duodecima Molinæ propositione die duodecima Martii decertabat, utramque a semipelagianismi errore vindicans, cujus tamen omnes Censores, excepto Bovio & Plumbino, ream agnovere. Postea Patres Societatis scripta sua ei, qui Congregationi a secretis erat, tradiderunt, & suæ in afferendis pro numero Consultorum exemplaribus impotentiam excusantes Congregationi supplicarunt, ne censores sua de Molinæ propositionibus judicia ferrent, donec de singulis ipsi dixissent; verum rejecta est eorum petitio, itumque interim in suffragia, judiciaque lata, uti meminimus: Postmodum in Congregatione decima quinta die decima nona Martii de decima tertia & decima quarta propositione, ejusque censura actum, ubi Pater Valentia genuinum Molinæ sensum non fuisse excerptum, recte quidem monebat, hanc tamen interpolationem Congregationis vitio factam asserere visus, Præsidis indignationem incurrit; hic enim mox alios produci Codices jussit, ex quibus hanc mutationem Amanuensis incuria fuisse factam patebat: quantocius tamen Valentia siniſtram sui dicti persuasionem excusans, ajebat, *qualicunque demum*

c. 15. p. 286.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

mum consilio aut casu commutata fuerint illa Molinæ verba, nobis tamen videtur, sub debita correctione S. R. Ecclesiæ, doctrina hujus propositionis esse Catholica: Nihilominus harum propositionum censura ab omnibus Censoribus fuit confirmata, Plumbinus tamen & Bovius illas censuerunt nullo modo Pelagianas vel

c. 17. p. 191. semipelagianas. Idem fatum subjere decima quinta & decima sexta propositiones, pro quibus vindicandis Valentia tres circiter horas perorabat, supplicans, ut cum ad parandas re-

c. 21. p. 296. sponsiones ei unius hebdomadæ spatium non sufficeret, alternis duntaxat hebdomadibus congressus cum Dominicanis haberetur, aut saltem Scholastica methodo deinceps argumenta proponerentur: reponebant tamen Consultores, unius hebdomadæ tempus ad binas duntaxat propositiones dilucidandas sufficere, disputationes vero scholasticas inconsulto Pontifice concedi haud posse. Die quarta Aprilis Theologi, qui decimam septimam & octavam propositionem examinabant, Dominicanorum responsa Jesuitis tradiderunt, vicissim ea a Patribus Societatis exigentes: de cetero utraque propositio pristinis censuris perstrictæ fuerunt, Plumbinus vero & Bovius eas probe Catholicas, & nulla ratione ad errorem Pelagii vel semi-

semipelagianorum accedere censebant: Pariter ceteris reclamantibus judicabant, quod decima nona Molinæ propositio perperam ejusmodi erroris fuerit accusata, meritoque tanquam ad fidem Catholicam pertinens defendi valeat. Denique vigesima propositio fuit recognita, quam Molinæ vindices a fidei sententia de caussa prædestinationis gratuitæ, qualis contra Pelagianos & Massilienses definita est, minime absonam esse demonstrarunt. Hac igitur ratione quartum hoc examen habitis triginta tribus Congregationibus absolutum est, quin tamen hujus controversiæ definitio speranda foret. Sæc. XVII. A. C. 1601.

§. IV.

Epistola Philippi III. Hispaniarum Regis ad Oratorem suum.

Cum interim fama de novo hoc examine, atque iterata censura perstrictis Molinæ propositionibus per Hispaniam latius diffunderetur, hanc demum controversiam brevi supremo Sedis Apostolicæ judicio dirimendam, conjectabant quam plurimi: ne vero tanti momenti negotium variis æmulorum artibus præpediretur, citiusque imminentia toti Hispaniæ regno damna præverti possent, Philippus III. Hispaniæ Rex, qui 3 *Maij.* *Hist. Congr. l. 2. c. 24.* *Epistola Phil. III. an. 1601.*

Sæc. XVII, A. C. 1601. qui jam elapso triennio ad comprimendos novitatum ac dissidiorum seminatores auctoritatem suam interposuerat, hoc quoque anno die tertia Maji extremum caussæ judicium omni sollicitudine urgendum suo apud Pontificem Oratori Sessæ Duci commendabat, die tertia Maij data ad eum epistola hujus tenoris: *Ob dilatum Sedis Apostolicæ judicium, de controversis Prædicatores inter ac Jesuitas divinæ gratiæ quæstionibus grave Ecclesiæ Catholicæ periculum imminet. Utrique enim suas in dies opiniones tenacius ebibunt, ac devotorum animis inserunt. Cum ergo ad Christi Vicarium pertineat imminentia inde pericula opportune præcavere, nostrique officii sit, pro filialis observantiæ religione eadem ipsi in memoriam revocare; idcirco per præsentes literas injungo, ut hæc Sanctitati suæ nomine meo significes: quatenus controversiam, attenta urgente necessitate, brevi definiat. Addes me ad ista significanda officii duntaxat, ac debiti religione moveri, curabis, ne ultra definitio protrahatur: quæ vero in posterum accident, rescribes sedulo.*

PHILIPPUS REX.

Acceptis hisce literis Orator die duodecima Junii ad alloquium admissus, summo Pontifici exposuit, quod, si diutius hæc utriusque partis contentio invalesce-

valescere permitteretur, longe gravius, quam olim ex Lutherana hæresi, ob remedii dilationem periculum esset timendum, eoquod animis indies magis exacerbatis, ac Theologis in diversas sententias sciſſis nil nisi scandala, ac periculosæ fluctuationes inter rudiores progerminari videantur. Placuit Pontifici Oratoris consilium, remque post absolutum Censorum judicium maturandam promisit, clam tamen Francisco Pegnæ Rotæ Romanæ Decano manifestans, quod valde timeret, ne prævalente propriæ opinionis studio Apostolicæ definitio minus religiose susciperetur. Attamen Orator percepta Pontificis hæsitatione, non defuturam esse Regis Catholici authoritatem pollicetur, nec verendum asserit, ne hanc causſam minus mature discussam calumnientur nonnulli, cum omnibus perspectum sit, eam in Hispania, Belgio & Romæ in frequentissimis congressibus integro triennio fuisse agitatam: Ad hæc summus Pontifex se remedium malo proxime oppositurum spopondit. Sæc. XVII. A. C. 1601.

§. V.

Commendatitiæ literæ ad Clementem Papam.

Haud segniori studio Molinæ fautores novam illius doctrinam commendatitiis *Hist. controv. lib. 4. c. 35.*

Sæc. XVII. A.C. 1601.

titiis Principum literis tueri moliuntur, ut Clementem Papam a ferendo judicio deterrerent: eapropter præ ceteris Guilielmum Bavariæ Ducem, apud quem gratia & authoritate plurimum valebant, ſupplices adeunt, ut datis ad Papam literis ſocietatem a Dominicanis inique oppreſſam defendere, atque ab ea damnandæ ſententiæ calumniam prævertere vellet. Ceſſit eorum precibus, votisque piiſſimus Dux, qui die vigeſima quarta Julii hunc in modum Clementi VIII. perſcripſit: *Audio nunc ſæpe ex variis locis, Sanctiſſime Pater, a Dominicanis Monachis rumorem ubique ſpargi, quaſi in controverſia illa de gratiæ efficacitate, quam cum Ludovico Molina, & aliis Societatis Jeſu Patribus habent, doctrina Societatis ſit damnanda a Sacra Sede tanquam hæretica & Pelagiana, & ſua tanquam ex fide certa probanda. Sane hactenus longe aliud meum, & omnium ubique bonorum & doctorum hominum de Theologorum Societatis doctrina judicium, aliud quoque fuit, & adhuc eſt Theologorum Ingolſtadienſium, & omnium aliarum Academiarum Catholicarum in his maxime partibus ſeptentrionalibus de hac ipſa controverſia judicium; omnes enim quotquot hac de re audivi, vel ſive coram, ſive abſentes conſului, conſtanter aſſeruerunt, ſententiam Dominicanorum a Doctrina Lutherana & Calvi-*

Sæc. XVII. A. C. 1601.

Calviniana non differre, Patrum vero Societatis ſententiam doctrinæ Catholicæ a SS. Patribus, & Conciliis, præſertim Tridentino traditæ eſſe conformem, atque conſentaneam. Neque poſſum mihi de horum Patrum doctrina aliud perſuadere: eam enim jam diu Sedi Apoſtolicæ, & toto orbi ſatis probarunt tum docendo in omnibus prope Europæ Academiis, tum libros edendo omni vera & ſolida doctrina refertiſſimos; quo utroque munere Catholicas Academias, & omnes præſertim Septentrionales plagas ita illuſtrarunt, & antiquam Sanctorum Patrum & Conciliorum doctrinam ita mundo palam certamque fecerunt, ut vehementer mirentur omnes docti, gaudeant maxime omnes boni Catholici, plurimum vero doleant omnes hæretici, & invideant mali politici: ut nihil jam dicam de eorum in hæreticis refutandis & Catholicis confirmandis indefeſſo ſtudio; in defendenda Sedis Apoſtolicæ auctoritate, honore, & exiſtimatione, incredibili ſolicitudine in extirpandis ubique vitiis, & ſolida in animis omnium virtute plantanda immenſis laboribus: quæ omnia cum ſciam Sanctitati veſtræ non minus quam mihi eſſe comperta, induci non poſſum, ut credam Sanctitatem veſtram animo eſſe alieno ab his hujus Ordinis hominibus Eccleſiæ tam utilibus, Sedi Apoſtolicæ addictis & obedientibus; licet non deſint, qui hoc ſuſpicentur ex negotii hujus progreſſu, & iſtorum

Sæc. XVII. A. C. 1601.

istorum Dominicanorum audacia in hujusmodi rumoribus spargendis, & in persequenda Societate tam obstinate & impune; præsertim cum aliunde quoque intelligam, plerosque procurare, ut desit Societati in Sanctitate vestra favor & patrocinium, tot nominibus alioquin debitum iis, qui totos se impendunt in obsequium Sedis Apostolicæ. Non diffidat, quæso, Sanctitas vestra huic Societati in rebus, quas quidam solum Monachi & alii pauci cum illis conspirantes improbant. Non agitur hic de existimatione unius duntaxat Molinæ, cum pleraque, & præcipua, quæ in illo notantur, sint etiam communia plerisque aliis Theologis Societatis, imo in plurimis & præcipuis Academiis tanquam Catholicæ Doctrinæ consentanea recepta & approbata. Compescat, obsecro, Sanctitas vestra illorum Monachorum audaciam, qui officium ejus & judicium ita temere præveniunt, & antequam Sanctitas vestra quidquam damnet, ipsis suis rumoribus in suspicionem erroris adducunt, imo aperte damnant. Ex quo non potest non oriri summum scandalum, præsertim in his locis nostris septentrionalibus, ubi tum Catholici, tum etiam ipsi hæretici agnoscunt, & fatentur, Societatis opera, & doctrinæ illius existimatione potissime Catholicorum fidem esse defensam, conservatam, propugnatam, & repressum hæreticorum impetum, qui alioquin omnia jam pridem vastassent, &

ex

ex hiſce locis Catholicam Religionem exterminaſſent. Spero fore, ut Sanctitas veſtra hanc meam Epiſtolam boni conſulat, & vel tribus verbis mihi omnem dolorem, & timorem eximat. Ego non ceſſabo pro Sanctitatis veſtræ incolumitate, ac felici regimine Deum aſſidue orare. Gratiæ & Clementiæ Sanctitatis veſtræ me meosque humillime commendo, ejusque Apoſtolicam Benedictionem devoto corde exopto. Monachii vigeſima quarta Julii anno milleſimo ſexcenteſimo primo.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

Dato ad has literas reſponſo Clemens Papa Duci repoſuit: non minus ſibi quoque comprobata eſſe Societatis merita: controverſam vero Authoris doctrinam ſupremo ejus judicio relinquendam. Pariter die octava Junii Joannes Borgia datis literis officioſe Molinam commendans, Pontificem a ferenda damnationis cenſura dehortabatur, exponens, quod ſupremus Luſitaniæ Senatus, quo favente *liber Concordiæ* prodierat, honoris ſui diſpendium pateretur, non ſine Regni Hiſpaniæ offenſione. Haud abſimiles literas ad Arrigonium Cardinalem dedere Complutenſis Academiæ Doctores, quibus inſuper acceſſerunt nonnulli Moguntinæ & Herbipolenſis Academiæ Theologi, qui Germanicarum univerſitatum judicia audiri poſtulabant.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

§. VI.

Quarti examinis acta ſummo Pontifici oblata.

Ex Diario Pegnæ Hiſt. Congr. l. 2. cap. 23. Hiſt. controv. l. 4. c. 33. Bellarm. ep. ad Clem. an. 1601.

Abſoluto hoc examine Conſultores Coronello, qui huic cætui a ſecretis erat, necnon Boſſutio Doctori Sorbonico negotium dedere, ut tam Molinæ propoſitiones, quam adjunctas confirmatasque cenſuras unacum Jeſuitarum vindiciis nitidiori calamo conſcriberent ſummo Pontifici exhibendas: priusquam vero hi injuncto ſatisfacerent operi, Clemens Papa die ſexta Auguſti Cenſores adeſſe juſſit, de Congregationum ſucceſſu ſciſcitatus, perceptaque rei geſtæ ſerie ad Bovium Carmelitam converſus, ac per duos & amplius horas contra ſcientiam Mediam diſputans, nec hunc nec Plumbinum, qui ſemper a ceteris diſſenſerant, actorum recognitioni intereſſe voluit. Huic ergo operi inſudatum eſt per integrum ferme ſemeſtre. Tandem die quinta Decembris Cenſores cuncta Congregationum acta ſummo Pontifici exhibent, qui tam amplam ſcriptorum congeriem intuens, *ſi vobis*, inquit, licet numero duodecim fueritis, *ad ea perficienda annus fuit neceſſarius, mihi ſoli certe ad ea perlegenda annus non ſufficiet*, ad hæc repoſuit Agathenſis

thensis Episcopus, quod ingenii sui facilitate, hausta jam prius plena totius controversiæ notitia ex æquo facile judicare poterit, etsi non omnia minutatim perlecturus esset: aliunde vero hanc in rem scripta jam toties audita, & discussa forent, ut nova hæc Congregationis judicia adversariis tradere, non modo supervacaneum, sed & sat periculosum crederet; idem quoque Bellarminus summo Pontifici his verbis innuebat: tantum illud Sanctitatis vestræ studium, *ut universa, quæ sibi legenda constituit, legat, minime necessarium est, jamque satis legit ac studuit.* Nihilominus Pontifex pristini propositi promissique tenax rem sese nonnisi absoluta actorum lectione definiturum respondit. Sæc. XVII. A. C. 1601.

§. VII.

Rumor de damnationis sententia propediem a Pontifice ferenda.

His ita Romæ agitatis, ac publica fama ubique divulgatis varius, & ut fieri amat, mendax rumor de infausto Molinæ fato in Hispaniam usque deferebatur, nuntiatumque, hunc Auctorem ejusque doctrinam non modo propediem damnatum iri, sed etiam Molinæ statuam Romæ exustam, ac Jesuitis omnem docendi usum interdicendum

Epist. Bellarmini ad Padillam Fuligatus in vita Bellar. l. 6. c. 7. Cellotus l. 8. Hierarch. cap. 18. p. 33. Petra Sancta in vita Bellarm.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

dum fore: Eapropter Antonius de Padilla Jesuita iterato ad Bellarminum Cardinalem epistolam dedit de veritate hujus rumoris scisscitatus, cui ille die nona Martii hunc in modum rescripsit: *Miror certorum hominum audaciam, quos non pudet dispendio animæ, ac salutis suæ tam portentosa mendacia spargere. Hoc pro testatissimo certissimoque habe; comburendæ statuæ Molinæ ne cogitationem quidem hic cuipiam obortam: nedum hoc jam factum, quod isti jactant, credi debeat. Negotium principale controversiæ de prædeterminatione & causa peccati nunc non tractatur: speramus in Domino sententiam affirmantium prædeterminationem, & tollentium indifferentiam a voluntate, judicatum iri saltem multum periculosam. Quod jam agitur, est revisio Censuræ, quam intulerunt certi Deputati, qui non sunt judices in hac causa, sed tantum Censores libri Molinæ, in hac revisione Patres duo Societatis præsentes adsunt cum totidem Patribus Dominicanis. Scribuntur oppositiones & defensiones, ubi finita revisio Censuræ fuerit, Sanctissimus Dominus Noster judex erit. Et quamquam nescio, quæ sit futura sententia Sanctitatis suæ, scio tamen, si forte opus fuerit emendari Molinæ librum, fore omnino, ut is emendetur in propositionibus duntaxat, quas communes cum adversariis habet, non autem in materia controversiæ, quæ illis est cum Societate.* Au-

Augebatur nihilominus fama de definienda Molinæ cauſſa potiſſimum ex eo, quod ſummus Pontifex in gratiæ ex ſe efficacis ſententiam inclinare crederetur, ſæpiusque, ut ipſe Fuligatus Jeſuita teſtatur, variis Cardinalibus expoſuiſſet, quod hanc controverſiam definire omnino vellet: Enimvero Bellarminus Cardinalis Clementem quondam commonebat, quod maximi momenti rem agrederetur, proin provide ageret, nihilominus Papa ſatis ſe diligentiæ ac ſtudii hoc in negotio adhibuiſſe ratus, quod definitionem maturaturus eſſet, Bellarmino declaravit, quo audito Cardinalis Pontifici paucis reſpondit: *nequaquam ita erit.* Hæc Bellarmini vox nonnullis præbuit occaſionem perperam divulgandi, eum a priſtina Pontificis benevolentia excidiſſe, præcipue cum paulo poſt eum ex Aula ad Capuanam ſuam Eccleſiam emigraſſe conſpicerent: Prius vero idem Cardinalis Romæ in Sacello S. Marcelli cum Franciſco Maria Montaltio Cardinali de auxiliorum controverſia collocutus ab eodem percipere cogebatur, quod Pontifex poſſit, atque omnino velit de hac controverſia pronuntiare, ad quæ tamen verba Bellarminus nihil hæſitans repoſuit: *eum poſſe & velle non inficior, pronuntio tamen fore, ut non definiat, & ſi tentaverit exequi, prius*

Sæc. XVII. A. C. 1601.

P. Livinus S. J. Hiſt. controv. l. 4. c. 33. p. 325.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

diem obibit. Hoc vaticinium plane comprobavit rei exitus; eo enim tempore, quo Pontifex ad ferendum judicium sese accinxerat, vivis ereptus est. Ut ut res se habuerit, id in comperto est, quod Societatis Patres, ut Romanæ Censuræ rumores dissiparent, die quarta Novembris Salmanticæ Theses Theologicas Cardinali Bellarmino dicatas publicæ disputationi exposuerint, in qua, non modo probatas Molinæ propositiones, sed etiam a Censoribus notatas propugnabant.

§. VIII.

Sigismundi Bathorii irruptio in Transylvaniam.

Han vit. Rudol. II. ad an. 1601. *Thuan. lib.* 126. *Palat. vit. Rudolphi.*

Hoc rursus anno Transylvania ob Sigismundi Bathorii inconstantiam novis tumultibus involvebatur; quippe hujus Principatus Proceres Michaelis Woywodæ seu Præfecti, qui tum Viennæ substiterat, absentia freti comitiis Claudiopoli habitis Sigismundum in Transylvaniæ Principem renuntiant, factamque electionem præconis voce die quinta Februarii promulgant, ablegatis mox quatuor Oratoribus, qui absentem e Moldavia ad recapessendam pristinam dignitatem revocarent, oblato, si redire maturaret, homagii sacramento. Interim

rim Tschiakius qui absentis vices obi- Sæc. XVII.
bat, homo ad quævis audenda procli- A. C. 1601.
vis, ut novi Principis gratiam aucuparetur, Vagaroſſam Michaelis Woiwodæ uxorem ejusque Filium Patrascum in arctiorem cuſtodiam abducere conſtituit: Percepta hujus violentiæ atrocitate Michael ira commotus nulla mora Pragam contendit, atque apud Rudolphum Cæſarem iteratam Tranſylvanorum perfidiam, ac periculoſam Sigismundi mobilitatem acerbius exprobat, exulcerata mente violatæ fidei crimen haud parum acuente. Ut vero propriæ injuriæ vindictam alienis viribus eo potentius exerere poſſet, ſuam hucusque Cæſareæ Majeſtati non ſine propriæ ſalutis ac fortunarum diſcrimine fidem immote ſeruatam plenis buccis deprædicat. Dacorum vero, ac Bathorii perfidiam necnon Georgii Baſtæ, diſſimulato tamen ejus nomine, livorem acrius incuſat, ac denique clam initam cum Turcis ſocietatem, cujus ſuſpicionem incurrerat, auxilii adverſus Cæſaris hoſtes neceſſitate excuſat. Poſtremo tandem modicis duntaxat copiis roborari poſtulat, ſpe facta, quod brevi utpote locorum peritia imbutus, totam Provinciam ad Cæſaris obſequium redacturus ſit. Hoc ſermone permotus Imperator Woywodæ quantocius imperat, ut rupta

Sæc. XVII. A. C. 1601.

omni mora Tranſylvaniam repeteret, junctisque cum Georgio Baſta, cui Michael ſemper infeſtus erat, viribus recuperandæ ditioni intentus eſſet. Ergo relicta Praga Motinam contendit, ubi equitum peditumque recenti agmine ex Quadis delecto auctus, Georgio Baſtæ, ſicut juſſus erat, ſopitis verius, quam extinctis odiis ſociatur.

Interim Sigismundus arrepti conſilii haud ignarus datis ad Baſtam literis ſuam deplorabat miſeriam, criminis culpa in Tſchiakium conjecta, qui ſe inſcio Provinciam perturbaſſet; dein præteritorum ſibi gratiam fieri rogans, ut novos ad Cæſarem legatos decernere permitteretur, petebat. Paulopoſt tamen incredibili animi mobilitate nutare cæperat, datæque fidei, qua ſe Cæſari obſtrinxerat, immemor, ſollicitante Tſchiackio numeroſum ex Hungaria, Moldavia, Ottomania, Polonia & Tartaria militem ſtipendiis conducere conſtituit, atque paucorum menſium intervallo quadraginta millium peditum equitumque exercitum feritate potius quam militaris diſciplinæ uſu formidandum contraxit. His igitur copiis inſtructus Menſe Aprili ad finem vergente ad Tranſylvaniæ limites in editiore colle in Cæſareorum conſpectu caſtra metatur, ac Vivaram deditione facta præter

ter alia munitiora caſtella recuperat: Sæc. XVII.
Delibatis hiſce victoriæ auſpiciis Batho- A. C. 1601.
rius a Tſchiackio perſuaſus prælii fortunam e veſtigio experiri voluit, ac ſuorum numero confiſus die prima Auguſti Michaelem & Baſtam, inopina celeritate in ipſis caſtris opprimere conſtituit: Attamen Cæſariani Duces in omnem hoſtis conatum intenti, cum hoſtem e ſublimi colle in ſubjectam planitiem deſcendiſſe comperiſſent, immoti in ſuis caſtris conſedere, tormentisque bellicis in medio clivo diſpoſitis Bathorianos graviter infeſtarunt, cum ex adverſo pilarum grandines, quos Tranſylvani detonabant, ob immodicam ſitus altitudinem hoſtium capita innoxio furore prætervolarent: pariter vero Cæſarianis ſuas cohortes de colle in æquum campum deducentibus, factaque utrinque prælii copia Baſta & Woywoda effuſiſſima plumbearum glandium tempeſtate utrumque hoſtis latus continuata clade infeſtant, collatoque pede, confertaque manu præ ceteris primi Belgæ ſeu Wallones in mediam aciem acri impetu facto invehuntur, hoſtiumque ordines dextra lævaque perruptos disjiciunt. Hos ſtupenda alacritate hinc Woywoda, illinc Baſta cum ſuis ſecuti illatis ſignis, diſtrictisque mucronibus in obvias phalanges, tanta pugnandi per-

Sæc. XVII. A. C. 1601.

tinacia & cædis aviditate defæviunt, ut Bathoriani terga vertere cogerentur, amissis suorum in acie undecim millibus, ceteris partim captis, partim dispersis, quos super incumbentes tenebræ; a quarta enim pomeridiana hora dimicatio ad seram usque noctem prorogata est, a cædis periculo exemerant: ipse quoque Bathorius nonnisi generosi sui equi velocitate insequentium solertiam eludens, festinatis itineribus extra Daciæ fines per vastas solitudines salutem quærere cogitur: illius vero castra præter opimam prædam unacum quadraginta majoribus belli tormentis, & plusquam centum quinquaginta vexillis capta fuere, quæ omnia unacum Bathorii Archivo arcanis Scripturis referto feria quinta post festum S. Laurentii Pragæ Rudolpho Cæsari tanquam victoriæ pignus, & militaris fortitudinis testimonium oblata fuere. In hoc tam acri diuturnoque conflictu trecenti neque plures ex Cæsarianis cecidere: victor autem exercitus Colosvariam deductus est.

§. IX.

Michael Valachiæ Woywoda occisus.

Thuanus & Palatius l. c. Isthuanfius l. 31.

Attamen Michael victoriæ hujus felicitatem, partamque inde nominis sui gloriam

gloriam valde obscurabat & insatiabilis honorum cupiditatis insolentiam usque adeo augebat, ut ad supremum totius Daciæ dominatum sibi suoque filio aditum per fas nefasque comparare decerneret: quocirca innata superbis omnibus pervicacia detrectare primum Cæsaris imperia cœpit, mox cum Turcis, Polonis aliisque Rudolphi Imperatoris hostibus armorum societatem inire constituit, Georgium quoque Bastam, quem ambitioni suæ obstiturum non absre suspicabatur, atrociori quam unquam odio insectatus, dein tam in captos quam dedititios milites, aliosque Transylvanos quæsitam sæpius ob culpam tam inaudita crudelitatis licentia animadvertit, ut exulcerati incolæ non modo in Michaelem sed ipsum & Cæsarem, veluti tantæ atrocitatis authorem jurato odio exardescerent. Hæc agendi ratio Georgii Bastæ animo haud toleranda videbatur, quapropter Woywodam comiter invisens eundem hortatur, ut cædibus ac lanienæ reorum, multoque magis insontium suppliciis limites poneret, & clandestinis cum Byzantino Monarcha collusionibus tandem intercisis fidus Deo, fidelis Cæsari, placidus victis, sortisque humanæ memor esset: Hæc Bastæ monita adeo non ambitiosi hominis pertinaciam expugnavere, ut arro-

Sæc. XVII. A. C. 1601.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

arrogantius eidem hæc in reſponſis daret: *nec Baſtæ, nec Romano Imperatori quicquam juris in me eſt, in tribus Daciarum Provinciis fortitudine mea perdomitis meaque victoria ſubjugatis neminem me ſuperiorem agnoſco.* Ad tam audax reſponſum obſtupuit Baſta, diſſimulata tamen indignatione in caſtra ſua reverſus evolutis aliquot diebus præcipuos e Belliducibus Tribunisque in conſilium vocat, eisque ſeditioſa Michaelis verba, ſpretamque Cæſaris Majeſtatem, ac denique deplorandum Tranſylvaniæ ſtatum exponit: His auditis una omnium vox erat, tam effrænem inſolentiam in tempore eſſe coercendam, proin Woywodam cuſtodiæ tradendum, ſique parere renuerit, morte plectendum. Illuxerat decima octava Auguſti dies, qua Georgius Baſta Michaelem per Tribunum ad ſe invitabat, quæſito obtentu, quod ſuper graviſſimo belli negotio conferre, ejusque conſilium explorare velit: Recuſat primo Valachus, inſtat, urgetque Tribunus, ac non modo Baſtæ imperio, ſed interpoſito etiam Cæſaris, cujus Legatione fungebatur, nomine refragantem impenſius compellit: verum is animo, quo erat obfirmatus, ſe nullius imperio ſubjici repoſuit. Nuntiata hominis pervicacia Georgius confeſtim duo Vallonum & totidem Germano-

manorum vexilla expedit, ut rebellem comprehenderent. Sæc. XVII. A. C. 1601.

Haud ſegniter miles juſſa exequitur, Michael ſuorum opem inclamat, vimque ſibi iniquam inferri vociferans nudato acinace in centurionem Germanum irruit: aſte Vallonibus quidam nomine Binus Torcæ Præfectus ictum prævertit, haſtaque bipenni utrumque Woywodæ latus transverberat, ceteri quoque uno impetu in feminecem irruunt, caput miſero amputant, illudque Baſtæ adhuc in Senatu rei ſucceſſum præſtolanti deferunt. Inde tumultuarius Wallachorum concurſus oritur, eorumque nonnulli trucidantur, ſedato tamen tumultu Georgius Woywodæ tyrannidem, cum Turcis ſocietatem, jactas in Cæſarem contumelias, rebellionem aliaque graviſſima crimina exponit, inque veritatis teſtimonium in omnium conſpectu reſeratis arculis complures literas producit, in quibus cum Mahomete Turca, cum Chamo Tartaro, cum Zamoſcio Sarmata allisque inita adverſus Cæſarem, Auſtriacamque Domum conſilia detegebantur. Tum enimvero ii etiam, qui Woywodæ necem ulturi accurrerant, fœdam illius perfidiam deteſtantur, ejusque cadaver diem ſolidum absque ullo honoris ſupremi obſequio inhumatum, nudumque cis flumen

Sæc. XVII. A. C. 1601.

men ad veſperam usque relinquunt, prætereuntium omnium oculis, ludibrioque expoſitum, quod tamen nocte concubia Joannes Schnekenhauſus militiæ Tribunus terræ mandari juſſit: mox a furenti milite tentorium ejus avide direptum. Hunc igitur vitæ, quam nonniſi ad quadrageſimum tertium ætatis annum protraxit, exitum habuit Michael Woywoda, formidandum variæ fortunæ ludibrium, ac crudelitatis, ambitionisque monumentum. Ceterum ſublato hoc tumultuum Auctore Vlachi magno numero ad Cæſaris ſigna rediere, ſequentique hyeme Baſta recuperata Claudiopoli aliisque oppidis totam Provinciam Rudolphi imperio ſubjecit.

§. X.

Quædam propoſitiones a Facultate Pariſina damnatæ.

Argentre Concluſ. Facult. ad ann. 1601.

Jam plures ante annos Claudius Sanctius Ebroicenſis Epiſcopus ad Pariſinam Facultatem Theologicam ſex propoſitiones, quibus varii abuſus propugnabantur, damnandas proponebat, quas etiam eadem Facultas edito decreto proſcripſerat: quia vero ſenſim doctrina in illis contenta, minusque ſana reviviſcere videretur, Lexovienſis Epiſco-

Sæc. XVII. A. C. 1601.

Episcopus illarum damnationem datis ad Facultatem literis confirmari postulabat, adjectis insuper duabus aliis assertionibus, per quas nonnulli Doctores propugnare audebant, quod Fratres Mendicantes invitis etiam Episcopis ac Parochis libere verbum Dei in alienis Ecclesiis prædicare valeant: Igitur Facultatis Doctores numero quadraginta tres hoc anno die prima Februarii in Sorbonensi Collegio congregati præfatas propositiones mature examinabant, ac primis sex iterata censura perstrictis reliquas duas tanquam schismaticas, hæreticasque damnabant, adjecta comminatione, harum Propositionum Authores vel Defensores, si Doctores aut Baccalaurei forent, a Facultatis gremio repellendos esse. Postmodum hasce assertiones unacum earum censura ad acta referri mandarunt: Haud segniori fervore, quo Facultas novis erroribus obstiterat, Henricus IV. Franciæ Rex in suo regno literarum studia promovere satagebat, hancque in rem Aquis sextiis hoc anno celebrem fundabat Academiam.

§. XI.

Varia Disciplinæ Ecclesiasticæ statuta sub Clemente VIII. edita pro Confessariis.

Cum

Sæc. XVII. A. C. 1601.

Congreg. Epiſcop. Matthæus in Offic. Cur. Reg. tom. 1. c. 13. Nicol. in Floſcul. V. Clauſur. 33.

Cum Clemens VIII. pro bono Eccleſiæ regimine Paſtoralem ſollicitudinem ſuam ad conſervandum Eccleſiaſticæ diſciplinæ cultum ſingulari ſtudio extenderet, tam Cardinales, quam Epiſcopos incitabat, ut in variis Congregationibus vel dubia ſubinde propoſita deciderent, vel contra irrepentes abuſus opportuna adhiberent remedia: Eapropter in Congregatione Epiſcoporum & Regularium negotiis præpoſita die ſecunda Januarii auctoritate ſummi Pontificis decernebatur, quod Monialium Confeſſarii ad Sacrum celebrandum clauſuram ingredi non valeant, additum tamen die decima octava Septembris, quod id liceat in principalibus anni Solemnitatibus ad Confeſſionis & Communionis Sacramenta illis miniſtranda, quæ adeo infirmæ ſunt, ut neque per ſe neque aliarum ope ad Confeſſionale vel Communionis locum accedere valeant. Præterea eadem Congregatio die ſecunda Aprilis declaratum ibat, quod Excommunicatio latæ ſententiæ contra deferentem arma in Eccleſia imponenda non ſit, die autem vigeſima quinta Maji ſancitum, quod abſolutus a Cenſuris non cenſeatur diſpenſatus ab irregularitate, neque in gratiis obtentis, ubi Papa ſolet dicere, *harum ſerie abſolventes.* Sequenti Menſe

Sæc. XVII. A. C. 1601.

Menſe die 19. Junii declaratum, quod Archipresbyter licentiam audiendi Confeſſiones concedere nequeat, facultas quoque abſolvendi in Bulla Cœnæ non concedatur regulariter in genere, ſed tantum in Caſibus particularibus. Die autem nona Januarii omnibus Sacerdotibus præceptum, ne quis eorum ſub quovis prætextu a caſibus Bullæ Cœnæ claris vel dubiis, nec a caſibus ab Epiſcopo reſervatis vel reſervandis excepto mortis articulo, vel ſpeciali Pontificis aut Epiſcopi Licentia abſolutionis beneficium impendere præſumat, ſed cum opus fuerit, Pœnitentibus ad legitimos Superiores accedere conſulat: monentur tamen Epiſcopi, ut paucos tantum caſus reſervent. Regularium vero Superiores (uti ex mandato Clementis VIII. cautum erat die decima tertia Martii) etiam Delegati requiſiti a Confeſſariis prompte facultatem concedant abſolvendi Subditos a ſibi reſervatis, alioquin Confeſſarius poterit abſolvere ab illo caſu absque facultate, quam tamen Pontifex Conſtit. 28. regularium Superioribus die 26. Maji anno 1593. ita conceſſit, ut hi in ſingulis Domibus tres vel plures deputent, qui hac facultate gaudeant, prius tamen idem Pontifex die decima Martii præcepit, ut in capitulo Generali vel Provinciali

Congreg. Viſit. Apoſt. Conſtit. 246. quæ incipit Sanctiſſimus.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

saltem tres Religiosi eligerentur, qui admittendos ad Confessiones diligenter simul examinent, priusquam approbentur, & ad hujusmodi ministerium admittantur. Insuper Ordinarii in decreto 21 Januarii jubentur, ut si prudens dubium habeant, an non quidam Regulares absque ejus approbatione Confessiones excipiant, tunc sine rumoribus caute Patentes, ut vocant, sibi ostendi postulent, si vero (uti postea prima Decembris sancitum est) quoscunque non promotos ad Sacerdotium Confessiones excepisse certo compererint, eos a foro Ecclesiastico abjiciant, ac degradatos statim Curiæ sæculari tradant: de cetero autem die decima quinta Octobris decretum habetur, quod Presbyteris liberum sit confiteri, cuicunque voluerint etiam Regulari ex approbatis: Quoniam vero indiscreta quorumdam pietate ad arbitrium præter communes & approbatas in ipsa etiam Italia decantarentur novæ sæpius precationes, quas lytanias vocant, hinc a S. Inquisitione declaratum, quod ejusmodi litaniæ sine approbatione Ordinarii nec edi nec publice recitari valeant, sub pœnis (ultra peccatum) arbitrio Ordinarii infligendis.

Constit. 81. apud Cherub. Bull. tom. 3.

Vide Breve Greg. XIII. ann. 1580. 15. April.

§. XII.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

§. XII.

Alia ſtatuta circa Eccleſiæ Ritus.

Congreg. Epiſc. Congreg. Rituum.

Quoniam vero per debitam Rituum obſervantiam Dei, Sanctorumque veneratio, & Chriſtiani populi eruditio plurimum promoveatur, necnon fidelium mentes ad Divinarum rerum contemplationem eleventur, hinc Sacra Rituum Congregatio jam olim a Sixto V. Pontifice erecta ad removendos, qui ſenſim irrepſerant, abuſus annuente Clemente VIII. varia decreta hoc anno edidit, & quidem primo die vigeſima ſeptima Martii minus decens eſſe declaravit, ut Muſica in Officio quadrageſimali præſertim cum Inſtrumentis fiat, aut exinde ſcandali occaſio oriatur. Die duodecima Martii declaratum, quod nomine Proceſſionum generalium comprehendantur rogationes, ſique (decreverunt Patres die undecima Aprilis) Epiſcopus in die Palmarum unacum Capitulo, & Clero Proceſſionaliter ad Monaſterium Regularium recedere teneatur, ipſe ſolus debeat benedicere Palmas, non vero Abbas. Varia etiam deciſa fuere circa Epiſcopos, ac quidem die quinta Februarii necnon tertia & undecima Septembris declaratum, quod Epiſcopus ſuum Vicarium amovere

Sæc. XVII. A. C. 1601.

queat, si de eo multæ gravesque querelæ audiantur, si scribat irreverenter ad S. Congreg. ejusque officiales, sique circumspectione & prudentia careat, etsi in reliquis sit idoneus: pariter die secunda Maji sancitum, quod Episcopus uti nequeat Cappa in accessu ad Ecclesiam, nisi in majoribus festivitatibus, insuper die decima sexta Junii orta quadam contentione responsum, quod Episcopus, licet habeat annexum Canonicatum, non tamen teneatur obire functiones Canonicales, nec etiam Legato præsente in Civitate potest uti Mozzeta neque Roccheto discooperto, nec benedicere populo, sed intra Ecclesiam eo absente, vel annuente potest benedicere, ut S. Rituum Congregatio die secunda Octobris decidit: prius vero septima Decembris statutum est, ut Episcopus quotannis olea Sacra conficiat, suæque Diœcesis Presbyteris distribui curet, combustis veteribus, quæ adhiberi prohibentur, postquam nova fuerint consecrata. Circa Protonotarios Apostolicos pariter die decima sexta Maji sancitum habetur, quod Canonicis sigillatim non autem cum toto Collegio incedentibus præcedere debeant, licet Canonicus celebrans in choro Archipresbyterum præcedat: prohibetur etiam ne ratione sui Protonotariatus munera

nera ad alios de jure vel consuetudine spectantia sibi vendicet. Protonotarius autem Titularis non participans apponere pileum super insigniis suis, & annulum, sine gemma dum celebrat, gestare possit: nullatenus tamen, dum celebrat more Prælatorum Abacum præparare valeat: Ita decretum die vigesima prima Augusti: Denique die decima tertia Julii sancitum est, quod in Altari Privilegiato pro defunctis celebrandæ sint Missæ *de requiem* ita, ut secus indultum non suffragetur, licet hoc forte in ipso Indulto non exprimatur, huic quoque die undecima Octobris adjectum est, quod Sacerdos Missam novam celebrans oblationes accipere valeat, dummodo ab altari non discedat, prohibitum quoque die vigesima quinta ejusdem Mensis, ne Concio ex Odeo habeatur, maxime ubi pro more Cathedra est erecta. Præterea eodem anno alia adhuc prodiere decreta circa Canonicos, de quibus die 12. Januarii sancitum, quod regulariter ad audiendas Confessiones, nisi habeant curam animarum, cogendi non sint: pro hac tamen cura exercenda certæ sint designandæ Personæ: die autem vigesima Februarii statutum legitur, quod Conciones quadragesimales in Parochiali Ecclesia non valeant prohiberi eo titulo, ut frequentior sit Populus

Sæc. XVII. A. C. 1601.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

pulus in Cathedrali. Insuper die vigesima septima Martii decernebatur, quod Canonici non teneantur pacem aut Missam privatam Episcopo dicere, nisi adsit usus contrarius: vicissim vero Episcopus Canonicis nequeat majorem solito vacationem scilicet ultra tres Menses in quolibet anno concedere. Insuper Congregatio Episcoporum die octavo Augusti declarabat, quod in Canonicis ejusdem Ordinis quoad præcedentiam attendatur tempus, quo fuerunt provisi de Canonicatu, non autem susceptorum Ordinum: denique vigesima die ejusdem Mensis statutum est, quod ad Capitulum congregandum non exigatur licentia Episcopi, si alias absque ea congregari solitum erat: & tertia Septembris sanciebatur, quod si Canonicus jussu Superioris pro commodo suæ Ecclesiæ celebret, reputetur præsens in Choro.

§. XIII.

Beatus Raymundus Sanctorum fastis adscriptus.

Constit. 77. Clem. VIII. Bullar. Bzovius in annal. ad hunc ann.

Eodem hoc anno Clemens VIII. Beatum Raymundum a Penna Forti seu Rupe forti Catalogo Divorum canonicis ritibus Romæ intulit. Hic Barcinone in Catalaunia circa annum Domini millesimum

lesimum centesimum septuagesimum quintum Nobili genere natus humaniores literas adolescens domi didicit, postea Bononiam delatus exiguo prorsus tempore in utriusque Jurisprudentiæ studio tam insignem fecerat profectum, ut Doctoratus laurea decoratus publice cum maximo audientium plausu fructuque Sacros Canones publice interpretaretur. Inde vero post aliquot annorum decursum a Berengario Barcinonensi Episcopo summis precibus in patriam redire rogatus, ibidem primo Canonicus ac demum Præpositus renuntiabatur; cum autem perurgente Divini Spiritus æstu semper ad perfectiorem vitæ gradum anhellaret, anno ætatis suæ quadragesimo quinto abdicatis omnibus honoribus in Sacro Fratrum Prædicatorum Ordine sese solemni sponsione Deo totum consecrabat, ubi in jugi Divinæ legis meditatione, virtutumque exercitiis assiduus profunda humilitate, ac divina charitate sese celebrem reddebat: nec contentus, ut sibi prodesset, proximi utilitatem omnibus modis promovere satagebat, quocirca divino ex nutu Ordinem de Mercede Redemptionis Captivorum præscriptis statutis roborans, eidem Sanctum Petrum Nolascum primum Generalem præposuit, inde a Joanne Cardinali Sabinensi Epi-

Sæc. XVII. A. C. 1601.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

scopo Sedis Apostolicæ Legato in prædicandæ Sacræ militiæ socium selectus expleto munere Romam venit, a Gregorio IX. Papa accitus, cujus etiam sacris confessionibus & Apostolici Palatii cognoscendis caussis atque controversiis præficiebatur; recusato autem, quem ei Pontifex obtulerat, Archiepiscopatu Tarraconensi totum sese pietatis operibus, ac elucubrandis evolvendisque libris dicabat, unde factum, ut sanctimoniæ non minus, ac eruditionis fama undique percrebrescente ab eodem Pontifice seligeretur, ut Sanctorum Patrum sententias, veterum Synodorum Canones, ac Pontificum Sanctiones ad communem omnium utilitatem in compendium redigeret, quam etiam secundam Corporis Canonici juris partem, quæ nostra adhuc ætate *Decretalium* nomen ab ipso Authore impositum conservat, triennali labore feliciter absolvit, accito in lucubrationis socium Brancaleone, qui ex Canonico Regulari Congregationis Lucensis S. Fridani ab Innocentio III. Cardinalis creatus jussu Gregorii Papæ hoc onus in se susceperat. Hoc igitur studio perfunctus Raymundus intra Religionis septa, invitus licet & absens tertius Ordinis supremus Magister Bononiæ renuntiatur, quo tamen munere vir humillimus expleto biennio

biennio ſponte ſe abdicabat; ut ſanctæ quieti eo liberius vacare poſſet, qua tamen haud diu frui licebat; quippe paulopoſt unacum a Jacobo I. Arragoniæ Rege, cujus conſcientiæ moderandæ præficiebatur, Majoricam Inſulam petere jubebatur, ubi vero a piis ſuis monitis Regem obſtinatius obluctantem viderat, ab aula clam auffugere meditatur: comperto hoc conſilio Rex equidem, ne ullo pacto per mare in continentem transportaretur, Raymundus omni navi, nauta, remisque deſtitutus ſuo duntaxat pallio ſuper aquas expanſo inſtitit, ac centum, & ſexaginta milliarium itinere intra ſex horarum ſpatium Pelagus a littore Majoricano ad Catalanicum usque trajecit. Tandem cœlo maturus anno ætatis ſuæ centeſimo, ſalutis vero noſtræ milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo quinto Sacris tribus Regibus feſto die animam Deo reddidit: demum poſt annos a prima ſepultura trecentos ac viginti quinque ſolemni pompa refoſſus a Clemente VIII. die vigeſima nona Aprilis Sanctorum albo inſcriptus eſt. Reliquit inſuper inter cetera eruditionis ſuæ monumenta libros quatuor de caſibus Pœnitentialibus, præter librum de pœnitentia & matrimonio, quod opus Coloniæ anno Domini milleſimo quingen-

Sæc. XVII. A. C. 1601.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

teſimo ſecundo velut in Synopſi editum tandem Romæ integrum anno Salutis noſtræ milleſimo ſexcenteſimo tertio publicam lucem aſpexit.

§. XIV.

Papa ad Bellum Hungaricum adverſus Turcas Chriſtianos Principes ſollicitans.

Thuan. Hiſt. lib. 126. *Sagredo mem. hiſt. ad ann.* 1601. *Han. l. cit.*

Caniſæ priori anno amiſſæ jactura tam impotenti dolore Cæſaris animum laniebat, ut non modo hanc Sedem ſuam recuperare, ſed & bello totis viribus redintegrato Turcarum potentiam frangere niteretur: pari etiam fervore ardebat Clemens Papa Chriſtianæ reipublicæ ſaluti ſemper intentiſſimus, ad quem Rudolphus Imperator Dietrichſteinium Cardinalem armorum ſuppetias ſollicitaturum ablegabat. Experiebatur is quidem Papam jam aliunde ad ferendam opem paratiſſimum, quem tamen, cum ad Caniſæ obſidionem denuo tentandam valde propenſum cerneret, ab hoc propoſito dimovere nitebatur, exponens, hanc expeditionem ob paladum profunditatem eſſe ſummopere arduam, magis vero expeditam fore Budæ obſidionem: attamen Papa abs dubio a Ferdinando Archiduce

duce & Seſſæ Duce Hiſpaniæ Regis Oratore ſollicitatus hæc Cardinali reposuit: Caniſa janua eſt, per quam in interiora Italiæ hoſtes penetrare, & nullo ferme negotio Græcium usque arma ſua protendere poſſent: Accepto hoc reſponſo Dietrichſteinius Pragam ad Cæſarem contendit. Paulopoſt tamen nuntiatum, quod ſummus Pontifex quinque Tribunos ſelegerit, qui duodecim millia peditum conſcriberent, quibus ſummo imperio præeſſet Franciſcus Aldobrandinus Papæ Nepos: His nondum contentus Pontifex, fœdus inter Principes Catholicos pangendum propoſuit. Aſt præprimis ad Henricum IV. Galliarum Regem converſus ab eo in reſponſis ferebat, quod Papa præ ceteris Hiſpaniæ Regem ſollicitaret, eoquod hic hucusque in opprimenda Francia Theſauros profudiſſet, contra Turcas vero otioſus ſpectator ſubſtitiſſet: ipſe Henricus, ut militem in regno ſuo conduceret, lubenter Pontifici concederet, majora tamen tentare nollet, niſi prius Hiſpani ſemitam aperirent. Veneti quoque a Papa requiſiti obtendebant, quod ceteris omnibus diuturniori adverſus infideles bello maritimo exhauſti, ut Barbaros placarent, pretioſiſſima quæque profudiſſent: præirent itaque Reges, ac demum & ipſi, prom-

Sæc. XVII. A. C. 1601.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

prompte ſecuturi eſſent. Sabaudiæ vero dux pariter a Papa animatus Genevæ obſidionem longe magis proficuam fore reſpondit. Tota igitur belli moles relicta videbatur ſummo Pontifici, ac Rudolpho Cæſari, qui præter copias ad Caniſæ obſidionem deſtinatas binos inſuper exercitus, unum in Pannonia ſub Duce Mercuriano, alterum in Tranſylvania ſub imperio Baſtæ alere cogebatur.

§. XV.

De Caniſæ obſidione actum.

Sagredo l. c.

Iterata hac Principum Chriſtianorum repulſa Clemens Papa minime territus firmiter præconceptæ obſidionis propoſito inhærebat, haud parum a Patre Segala Jeſuita animatus, qui non ita pridem Conſtantinopoli redux Ottomanicum Imperium veluti viribus exhauſtum immodice deprimebat, ediſſerens, quod cuncta ibidem ad inſolens cujusdam imbecillis fœminæ arbitrium regerentur, ac ipſemet Sultanus nonniſi luxui & libidini deditus artis bellicæ omnino ignarus eſſet, proin ejus potentia non ſine magna proſperi ſucceſſus ſpe facili negotio frangi poſſet. Contrahitur itaque in Caroli Serinii Comitis ditione inter Murrhæ & Dravi

Dravi confinia totus exercitus, in quo ex Pontificiis duodecim millia, ex Hispanis sex & undecim millia partim ex Mantuanis & Ethruscis numerabantur: Expeditioni cum summo imperio præeratFerdinandus Archidux Caroli Frater unacum Vincentio Mantuæ Duce ejus Vicario: Hispanas vero copias ducebat Ferdinandus Madrutius. Varii autem iique funesti casus de prospero tanti apparatus successu triste omen fuere; quippe Sigismundus Turrianus Toparcha, qui Protestantibus summe infensus hanc expeditionem apud Pontificem impense urgebat, Mense Junio ad finem vergente, cum prope Goritiam Ignam fluvium, qui sæpius vix non saltu pedisque passu permeari poterat, forte exundantem trajiceret, curru everso unacum numeroso famulitio suo aquis haustus periit. Præterea Franciscus Aldobrandinus in itinere febri violenta correptus, ac Varadinum delatus, antequam in Pannoniam perveniisset, non sine ingenti suorum luctu obiit, cui postea Flaminius Delfinus successerat. Tandem Herbensteinius Comes, cui tota obsidionis moles commissa est, cum suis Durnischum pervenit, quo etiam Ferdinandus Archidux Græcio profectus sub finem Mensis Augusti cum prætorio vexillo sese contulerat, cumque lustrandis

Sæc. XVII. A. C. 1601.

Sæc. XVII. A. C. 1661.

randis copiis aliquot dies insumpti fuissent, de repente nuntiatum, copiosam annonam unacum milite Canisam advehi: nulla igitur mora Herbensteinius cum equitatu suo, qui Turcas in itinere interciperet, emittitur: ast intempestiva Italorum æmulatione factum, ut ipsis viarum ignaris commeatus intra urbem incolumis immitteretur. Interea Turcæ, ut bello parando tempus nanciscerentur, pacem exorare simulabant, præprimis vero Strigonium & Viallacum sibi restitui postulantes repulsam tulere: nihilominus die duodecima Maji locus ad ineundam pacem designatus, detectis tamen Turcarum dolis re infecta discessum.

§. XVI.

Infaustus Canisinæ expeditionis successus.

Ineunte Mense Septembri motis Dornischo castris tandem ad Coderibam oppidum altero milliari Canisa dissitum non sine maximis itinerum molestiis prope Murrham flumen perventum est, ubi crebræ ac profundissimæ paludes & lacunæ non sine gravi temporis expeditionisque dispendio vix superari potuissent, nisi vehemens victoriæ amor, ac infractus militum animus cunctas

hasce

Sæc. XVII. A. C. 1601.

haſce viarum locorumque aſperitates tam feliciter deglutiviſſet, ut tandem octavo poſt die belli tormenta exſiccatis locis imponi potuerint. Adhucdum tamen cœlum ipſum pro Turcis pugnare videbatur; quippe ventorum vehementia, ac ruptæ nubium cataractæ viarum difficultates tantopere augebant, ut nullo pacto commeatus in caſtra invehi potuiſſet, niſi pons, quod unicum militi adjumentum in arctis deprehenſo neceſſitas reliquerat, in palude ſtratus fuiſſet, quo hinc inde tranſitus opportunitas patebat. Tandem die nona ejusdem Menſis obſidioni datum eſt initium, ac Chriſtiani iterata tormentorum exploſione obſeſſos diu noctuque infeſtantes propugnaculi mænia verſus Septentrionem magna ex parte nudabant, Orphæo Gallone rei tormentariæ Præfecto ſtrenue bellicos labores urgente, qui tamen tormenti globo trajectus occubuit. Nec ſegnius Haſſan Baſſa Urbis Gubernator, qui indicta capitis pœna ſeſe dedere prohibitus erat, non modo Belliducis, ſed & gregarii militis partes agebat, ac continuata exploſione in Italicum Peditatum detonabat: utque Archidux crebras Turcarum eruptiones refrænaret, ea parte, quæ Murrham reſpicit, propugnaculum erexit, conſtructoque ponte

Sæc. XVII. A. C. 1601. ponte arcem undique cinxit, traducto in alteram ripam exercitu: parum tamen ingenioſa hæc Archiducis induſtria proderat; quippe Baſſa cum decem ſuorum millibus noctu erumpens, cunctos ferme tormentorum ſuggeſtus, & valla deſtruxit, incenſisque vimineis faſcibus obſidentium Baliſtas & machinas disjecit: unde nova bellandi arte damnum reſarcire oportebat, nec ſine proſpero laboris lucro; quippe actis cuniculis, conſtructoque propugnaculo brevi tempore cunctæ hoſtium munitiones, oppoſitique aggeres everſi ſunt, adempto obſeſſis tormentorum hucusque adeo inſeſtorum uſu: turris etiam, ex qua Turcæ effuſiſſima glandium tempeſtate in Cæſareos fulminabant, tanta murorum ſtrage dejecta eſt, ut ipſa domus, in qua Haſſan Præfectus pernoctabat, libero conſpectui pateſceret: altera ex parte Pontificis copiæ foſſam admodum profundam faſciculis ceterasque paluſtres voragines variis ſarmentis implebant, nova aliaque indies belli inſtrumenta excogitantes, quo in opere per crebras hoſtium eruptiones non ſine magna ſuorum clade, tantoque temporis diſpendio interrumpebantur, ut unicum etiam palmi acceſſum ad urbem nonniſi copioſe effuſi ſanguinis pretio redimere cogerentur. Nec intra hoſce limites

limites oppugnantium calamitas stetit; quippe nocte Septembris die vigesimum septimum insequente, terræ sphæra tam horrido ventorum turbine, tamque tremendo, ac dudum continuato tremoris tumultu concutiebatur, ut ab Auroræ plagis in Occidentis usque fines ac trans Oceanum Atlanticum universa quaterentur: inde vero ingens terror, damnumque Christianorum castris illatum: quocirca Herbensteinius durioris tempestatis iniquitatem, ac exeunte jamjam Mense Octobri imminentis brumæ rigorem veritus, cunctis viribus oppugnationem urgere cæpit, unde die vigesima sexta Octobris redintegrata verberatione, dejectisque oppositis Turcarum propugnaculis Cæsarei hostile munimentum invadunt, postridie autem Hispani & Itali junctis viribus Canisiense castrum aggrediuntur, irrito tamen conatu; quippe pontibus longitudinem fossæ, quæ superanda obstabat, non æquantibus, ex oppugnantibus quamplurimi in subjectas aquas ab ipsis suis commilitonibus, qui rerum ignari socios suos anteriores toto impetu urgebant, impulsi partim in lutosa palude sepulti peribant, partim Turcarum ludibrio, certisque ictibus impune expositi cadebant. Herbensteinius, qui ipsus cingulo tenus in aquis hærebat,

Sæc. XVII. A. C. 1601.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

voce manibus exemploque suos nequic- quam hortabatur, ut hostile vadum per- rumpere niterentur, attamen Hispanis Italisque eodem tempore a Canisiensi arce depulsis Cæsarei retrocedere coacti sunt: Accurrerat equidem Roswurmius a Mercurio Duce cum duobus equitum & sex peditum millibus submissus: ve- rum sera nimis erant hæc auxilia, at- que insuper nocte proxima tanta frigo- ris immanitas, ventique mortifera vis recentem hunc militem oppressérat, ut eorum plusquam mille obriguerint, ac misere gelu perierint. Post tantam igi- tur adversæ fortunæ calamitatem obsi- dio soluta est, dimisso in vicinos Pagos exercitu. Periere autem in hac oppu- gnatione Christianorum plusquam quin- que millia, nec minor erat sauciorum numerus, ex quibus potissimi, cum ob equorum defectum transferri haud pos- sent, Barbarorum gladiis misere jugu- lati sunt, tormenta quoque bellica cæ- no infixa unacum impedimentis ho- stium prædæ relicta fuere.

§. XVII.

Alba Regalis a Cæsarianis capta.

Daniel hist. de France tom. 10. *Thuan. l. c. Palatius in vita Rudolphi II.*

Nondum soluta erat Canisæ obsidio, cum Albæ Regalis expugnatio, & qui- dem feliciori armorum successu tentare- tur,

tur, ductore Philippo Emanuele Mercurio, cui e Lotharingia evocato Rudolphus Cæsar supremam exercitus curam commiserat. Is ergo die tertia Septembris Comora, cujus arcem Cæsarei admoto crepitaculo non ita pridem occupaverant, profectus inopinato Albam pervenit, cui paulopost sese conjunxerat Christophorus Roswurmius Belli-dux, qui non sine molestia superatis paludum difficultatibus antelucano tempore ad suburbium Zigetanum cum mille de suis copiis castra posuit, illudque superata Turcarum oppugnantium pertinacia occupavit. Mox Mercurius Dux oppugnantium ejulatu, velut classico animatus altera ex parte præfatum suburbium aggreditur, apertisque castrensibus vallis, ac patefacta muri ruina irruptionem facit, primumque propugnaculum expugnat. Tam inopino casu territi Turcæ, Starembergio Comite & Althemio Principe cum suis toto impetu irruentibus, in oppidum relictis suburbiis trepida fuga recessere: mox vero Mercurius quatuordecim ænea belli tormenta, a Turcis relicta contra urbem dirigit, editaque murorum ruina per preconem obsessos deditionem facere jubet, superbo autem responso accepto, quod mandato haud poterat suo, id per obfirmatam armorum violentiam

Sæc. XVII. A. C. 1601.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

perfringere ſtatuit, diſploſisque omnibus belli tormentis mœnia quatere incipit. Tum equidem ultima peſtis urbi fuit, quippe largo hiatu ſubrutus erat murus, cujus ruinas certatim Cæſarei involant; ac per mutuas cædes & cadavera viam ſibi ſternentes non ætati non formæ nec ſexui parcent, ſed uno miſcentes interitu, ut quemque de hoſtibus ſors obviam dederat, nullo diſcrimine trucidant: nec tamen Turcæ inultam ſuorum cladem reliquere; quippe Chriſtianis ad nobiliores Turcarum ædes prædatum convolantibus Baſſa cuniculis ignem admoveri juſſit, unde murorum ruinis Barbari cum Cæſareis promiſcua clade opprimebantur: nihilominus Præſidiarii numero & fortitudini cedere coacti ſeſe victorum arbitrio commiſere. Periere e Turcis mille ducenti, captis quamplurimis, qui in munitioribus ſuis ædibus aut templis incluſi latebant. Præda magis opima Wallonibus ceſſit, qui immani crudelitate indomitisque furiis in Turcas imo ipſa etiam Pannoniæ Regum oſſa debacchabantur.

§. XVIII.

Auxiliares Turcarum copiæ a Mercurio cæſæ.

Capta

Sæc. XVII. A. C. 1601.

Capta feliciter urbe Mercurius ea qua potuit, celeritate murorum ruinas refici curabat, impoſitoque quinque Vexillorum præſidio Richardum Starenbergium præficiebat, caſtella vero vicina aut vi capta aut a fugientibus Turcis recepta fuere: his ita diſpoſitis caſtrisque ad vicinam ſylvam promotis Muhamedes Kihaja Budæ Præfectus exercitu triginta ferme millium per montana circumducto die decima Octobris laboranti urbi ſuccurrere feſtinat: aſt accepto deditionis nuntio Cæſareorum caſtra aggredi ſtatuit: quocirca Matthias Archidux, cum rem ad prælii neceſſitatem perveniſſe cerneret, unacum Mercurio aciem inſtruit, initoque certamine hoſtes in fugam vertit, captis aliquot tormentis: nec tamen propterea Turcarum animoſitas ſedata eſt; quippe dextero latere vallum totis viribus aggrediuntur, Huſſaris ſtrenue quidem decertantibus, prævalente tamen hoſtium numero cedere coactis: quo factum, ut Barbari, quorum audaciam comprobatæ violentiæ felicitas acuebat, totam furoris ſui vim in proximum aggerem effunderent, ac patefacto hiatu ferme trecenti impune irruerent, quos tamen data opera intromiſſos Tribunus tam denſo globorum igneorum grandine excepit, ut improvidæ temeritatis

Sæc. XVII. A. C. 1601.

ſuæ pœnam numeroſa ſuorum clade, turpique ceterorum fuga luere cogerentur. Interea Mercurius inſtructam aciem adverſus Turcarum phalanges admovet, octo equitum legionibus, totidemque peditum vexillis auctus, moxque infideles agro nuper amiſſo dejicit, occupatisque novem belli tormentis hoſtem ad urbis vicinia pollicit: poſtridie autem promotis caſtris Cæſarei montem quemdam a Turcis, ut annonam eo advectam interciperent, occupatum non minus ſtrenue aggrediuntur, ac feliciter occupant: Altera die Mercurio e montanis longius progrediente, ipſi etiam Turcæ propius noſtros inſequi parant, data occaſione illos aggreſſuri. Interea numeroſo agmine alteram, qua annona ad Cæſareos devehebatur, viam obſident, brevi tamen auffugere compulſi, violentius inſtantibus Preunerii Comitis equitibus. Tandem Janiſſari tribus locis noſtrum aggrediuntur exercitum, exploſisque belli tormentis Turnii Equitatum graviter infeſtant, tantoque impetu in Cæſareos irruunt, ut Huſſaris ſenſim pedem referentibus tota acies nutare inciperet, mox autem redintegrato certamine, diu æquis viribus dimicatum. Tandem vero adducto recenti milite hoſtes die decima octava Octobris poſt pertinaciſſimam impreſſionem

nem

nem in fugam acti sunt, dissipatos tamen, cum pugna in noctem protracta esset, victor miles insequi haud poterat. In hoc autem conflictu cæsa sunt Turcarum duo millia, atque in iis Mehemet-Bassa & Kihaia Budensis Præfectus præter septem alios Tribunos, ex parte Cæsareorum desiderati sunt duntaxat trecenti. Tantulo impendio stetit celebris hæc victoria, qua parta, cum ob imbrium frequentiam spes omnis Albæ recuperandæ Turcis adempta esset, castris incensis Archidux unacum Mercurio Viennam profectus est.

§. XIX.

Turcarum Imperatoris Legatus ad Franciæ Regem.

Hujus urbis jactura tam intimo dolore laniabat Mahometis III. Ottomanici Imperatoris animum, ut pejoris adhuc fortunæ ludibria veritus Principes Christianos, quos prosperi successus felicitate ad æqualis gloriæ æmulationem excitari præsenserat, a fœdere cum Cæsareis pangendo avertere totis viribus niteretur: hanc in rem Bartholomæum de Cuevro patria Massilienfem, ac fidei Christianæ desertorem absque tamen splendido comitatu ad Henricum IV. Galliarum Regem ablegat,

Daniel hist. de France tom. 10. *Cayet ad ann.* 1601.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

dato negotio, ut eidem præprimis supplicaret, quatenus Principum Catholicorum societati, quam Papa adversus Imperium Ottomanicum conciliare niteretur, nullatenus nomen suum daret, sed potius ipsum etiam Rudolphum Cæsarem eo inducere vellet, ut cum Turcis inducias paciscereturur. Postremo postulabat hic Orator, ut Rex Mercurium Ducem, utpote clientem fiduciario jure obstrictum, in Franciam e castris evocare haud cunctaretur. Hoc unicum erat Legationis argumentum; iniquo enim animo ferebat Mahometes, quod quamplurimi Franciæ Principes Cæsaris castra sequerentur; sciebat enim, quod præter Mercurium Ducem Jonvillanus Dux & Nivernensis Princeps partim sub Rudolphi Cæsaris partim sub Archiducis signis militarent, eorumque exemplo incitati quamplurimi honorariam militiam in Hungaria profiterentur. Attamen Rex hunc Oratorem vagis duntaxat verbis dimittens Mahometi significari præcepit, quod Mercurium revocare sibi integrum non foret; quamvis enim cliens suus esset, pari tamen jure ipsi etiam Cæsari devinctus militaria eidem obsequia præstare teneretur.

§. XX.

Sæc. XVII.
A C. 1601.

§. XX.

Albanenſes a Venetis contra Turcas opem efflagitantes.

Hoc item anno Epirotæ, ſeu Albanenſes nomine totius Nationis duos Legatos, Zapatenſem Epiſcopum & Paulum Ducagninum magni nominis Prætorem ad Venetam Rempublicam ablegabant, opem adverſus diras Turcarum oppreſſiones petituros. Hi obtenta alloquii copia perpeſſas hucusque calamitates his verbis exprimebant. „Ex „Bellicoſa Natione noſtra, generis nobi„litate æque ac veneranda canitie cele„briores Viri in Eccleſia Sancto Alexan„dro ſacra calamitates, violentias, du„ram ſervitutem, ac communem op„preſſionem, quam tantopere a Turcis „perpeſſi ſunt, ſanguineis ferme lacri„mis deplorant; notum vobis eſt, quam „violentis exactionibus nos premant, „quam inſatiabili avaritia nos bonis, „& facultatibus noſtris ſpolient & ſan„guinem noſtrum noſtrosque Filios in „annui tributi compenſationem rapiant, „quam effræni libidinis licentia filias „uxoresque noſtras ad ſe perductas, con„tra fas pudoremque retineant, vitam„que noſtram Mahometicæ ſuperſtitio„nis ſimulatione redimere cogant, quin „imo

Joan. Sagredo hiſt. ottom. l. 10.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

„imo non alio ex fine nobis vitæ veniam „concedunt, niſi ut nos lenta morte „perimant: Nunc ergo tempus arridet, „ut patientia tamdiu fatigata Tyranici „jugi ferrum rumpat, & ex hoc arme„tur aut pro libertate recuperanda, aut „morte glorioſe obeunda: Ottomani„cum Imperium milite, auro, viribus„que exhauſtum, econtrario noſtram „regionem argento, auro, omnique ne„ceſſaria ſuppellectile feracem eſſe, ipſi „ſcitis: certa igitur proſperæ expeditio„nis ſpes affulget, dummodo generoſo „Nationis noſtræ propoſito Chriſtiani „Principes ac præprimis veſtra Respu„blica, cujus potentiſſimum auxilium im„ploramus, conſpiret: Equidem preces „noſtras pariter ad ſummum Pontificem „& Hiſpaniæ Regem convertere ſtatui„mus, attamen iſtius ſuppetias nimis in„firmas, hujus vero admodum remotas „fore comperimus: veſtra autem auxi„lia ceteris magis valida, magis pro„pinqua ſunt: cum ergo noſtris cordibus „implantata ſit Religio, fides, & af„fectus erga Venetam Dominationem, „lubenter vobis obſequii noſtri homa„gium offerimus: præſto inſuper ſunt „quadraginta millia juvenum, qui ad „arma expediti veſtra juſſa expectant, „totidem facili negotio ex vicinis Pro„vinciis confluent, expanſoque Divi „Marci

„Marci vexillo certatim omnes accur- Sæc. XVII.
„rent, vitam & Sanguinem pro redimen- A. C. 601.
„da libertate litaturi: hanc ob rem nos
„corda noſtra per hoſce Legatos vobis
„offerimus, parati aut in libertate vivere,
„aut pro patria mori.„ Equidem Venetorum Dux generoſum ipſorum animum comprobans amplo illos ſolatio recreabat, re tamen Senatui propoſita cenſebant potiſſimi, quod potius deſperationis vehementia, quam prudentia intempeſtivo hujus populi propoſito calcar addiderit, incertumque oppido ſit, num tam numeroſæ gentis voluntati executionis conſtantia non ſit defutura: aliunde vero tota belli moles Venetis incumberet, ſi forte, uti fama ferebat, Cæſar cum Turcis pacem iniret: hinc Oratoribus reſponſum, quod Respublica ad ipſorum opem ſemper intenta magis opportunam occaſionem præſtolari cogatur; in præſenti autem temporum iniquitate, per improvidos belli motus adeo non ipſorum calamitas minueretur, ut potius ab Ottomanis atrocior oppreſſio timenda foret. Hoc reſponſo dimiſſi ſexcentos aureos Nationis ſuæ pauperibus diſtribuendos recepere, Epiſcopo vero quadringenti, ac Ducagnino trecenti fuere dono dati.

§. XXI.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

§. XXI.

Classis ab Italiæ Principibus & Hispaniæ Rege contra Turcas instructa.

Sagredo l. c. Thuan. hist. l. 126. Daniel hist. de Franc. tiv. 10.

Nec magis proficua Cæsari erat classis ab Hispaniæ Rege & Italiæ Principibus adornata: quippe Rufus Ordinum Ductor natione Gallus Principi Auriæ persuadere nitebatur, Algerianam expeditionem oppido facilem fore, eoquod urbs excubiis minus caute custodiretur, atque ineunte Mense Junio relictis duntaxat duobus millibus ceteri Prætoriani ad vectigal exigendum per integrum bimestre excurrerent, oppidanis quoque ad messem colligendam huc illucque dilabentibus: proin urbs omni fere præsidio nudata admotis quatuor onerariis navibus facile occupari posset, captivis Christianis ardenter in opem volantibus. Placuit Auriæ hoc consilium, moxque Rufum ad Philippum Hispaniæ Regem ablegat, qui missis in Africam Viris, cum consentanea Rufo referrent, milites a Fontano conscriptos triremibus navibusque ex Neapolitano regno & Sicilia advectis unacum reliquo apparatu imponi jussit, totius classis imperio Auriæ Principi demandato. Attamen fors ex invidia Sici-

Siciliæ Proregum, quibus Rex arcanum hoc consilium, ut res silentio magis religioso tegeretur, nequidem communicabat, triremes tarde admodum & nonnisi die prima Junii Messanam convenerant. Postea Princeps Auria triremibus, quas Carolus ejus Filius ducebat, præmissis cum Prætoria, sex Reipublicæ Genuensis, & quatuor Magni Etruriæ Ducis navibus die decima octava Julii Messanam appulit. Neapolitanæ autem triremes, quibus Petrus Toletanus præerat, necnon Hispanæ sub Buendiæ Comite nonnisi die quarta Julii Drepanum advenerant, quo etiam Etruscæ & Siculæ ductore Petro de Leva adjungebantur, præter Melitensium & Genuensis Reipublicæ navigia. Hæc classis instructa dicebatur, eoquod Christiani ibidem capti, ac liberatis cupidi prius clandestina cum Genuensibus consilia foviissent, & Nicolaus Stampa Soncinensis Marchio, qui ipsus locum lustraverat, rei feliciter gerendæ occasionem haud longe positam esse nuntiasset. Ergo singulari mentium ac manuum contentione, præparatis & expeditis, quæcunque exscensioni ac certanimi necessaria visa forent, die prima Septembris Dux in conspectum urbis faventibus ventis decurrit, atque in loco excensioni percommodo subsistens

Sæc. XVII. A. C. 1601.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

ſtens ex condicto adventus ſui ſigna edit; cum vero Chriſtiani incolæ viciſſim reſpondere negligerent, ac nocte inſequente mare tantopere intumeſceret, ut citra certum exitii periculum nullo in loco exſcenſio fieri poſſet, hinc confeſtim omnis proſperi ſucceſſus ſpes evanuit, totaque claſſis die quarta Septembris revulſis anchoris, expanſisque pleno ſinu velis ſeſe ab urbe longius in altum abſtulit, Gymnaſiamque repetiit, ubi Navarrhis in conſilium vocatis decretum, fruſtrata temporis opportunitate expeditionem in tempus commodius differendam eſſe. Tam diſpendioſo igitur apparatu nihil aliud effectum, niſi ut inde Albaniæ, Bosniæ & Africæ Præfecti eluctato periculo cautiores redderentur, quin propterea ullum Cæſari vel Hungaris emolumentum ex imminuenda belli mole accederet.

§. XXII.

Aquenſis Senatus decretum contra loci Archiepiſcopum.

Thuan. lib. 126. Abrege Chronol. Siecl. XVII.

Haud minus hoc anno in Galliis tota Provincia turbabatur ob grave diſſidium, quod inter Paulum Huraltium Aquenſis Urbis Archiepiſcopum, & Senatum ortum eſt; cum enim Joannes Imbertus Arelatenſis Sacerdos puerum ſexennem ad nefandam libidinem perſuaſum raptu

Sæc. XVII. A. C. 1601.

raptu ac ſtupro violaſſet, Archiepiſcopalis fori Judex, ut partes coram ſe ſiſterentur, lata ſententia decernebat, a qua tamen pueri Parens cum appellaſſet, Senatus Aquenſis die vigeſima ſecunda Martii hujus criminis cognitionem ad forum ſuum pertinere declarabat, a quo Sacerdos criminis convictus capite damnatus eſt: antequam vero ad ſupplicium deduceretur, rogatur Archiepiſcopus, ut hunc reum de Sacerdotalis dignitatis gradu dejiceret: cum autem Præſul id facere renueret, & ſæpius interpellatus venire recuſaret, Sacerdos Senatus juſſu die nona Aprilis ad ſupplicium ducitur. Quarto poſt die Archiepiſcopus convocato Cleri ſui Senatu regiorum judicum, quos violatæ immunitatis Eccleſiaſticæ reos arguebat, nomina cunctis deſignat, eosque Eccleſiaſticæ cenſuræ pœnas incurriſſe pronuntiat, atque a Sacramentorum uſu arceri præcipit. Re cognita iterato dies Archiepiſcopo dicitur, quo tamen non comparente litem deſeruiſſe declaratum, ſimulque injunctum, ut præſentibus illis Clericis, coram quibus cenſuram promulgabat, eandem revocaret, ac deſuper teſtimonium ad acta referendum intra tridui ſpatium traderet, indicta trium aureorum millium mulcta, ſi

Binner apparat. Sæc. XVII. Art. III.

parere

Sæc. XVII. A. C. 1601.

parere recuſaret, deinceps vero ejusmodi auſu Regiam auctoritatem labefactare non præſumeret, alioquin Regiæ manus injectione in bona ejus Eccleſiaſtica plectendus foret. Hanc in rem ex Senatus decreto Guilielmus Æmarus & Claudius Arnoldus Senatores ad Archipræſulem deputati petierunt, ut facti pœnitens cenſuram revocaret: Renuit autem ipſe, illamque Avenione, ubi Papæ Legatus eſſet, revocandam aſſeruit: quoniam vero hac tergiverſatione nihil proficeret, eandem revocabat, interpoſita tamen declaratione, quod hoc Senatus conſultum non minus nullum, quam injurioſum eſſet: ipſo autem Cognitore Regio decreti executionem urgente Archiepiſcopus neceſſitati cedendum ratus die octava Maji apud Curiæ acta chirographum ſua manu ſignatum depoſuit, vi cujus cenſuram absque conditione abrogabat, facta Sacerdotibus copia, ut Senatores antea Eccleſiaſticis pœnis irretitos rurſus ad Eccleſiæ Sacramenta admitterent. Hoc pacto fervens reſedit ſtudium eorum, qui pro affectus diverſitate hinc Regis auctoritatem, tranquillitatemque publicam haud parum labefactatam, illinc Eccleſiæ libertatem violenter fuiſſe læſam vociferabantur.

§. XXIII.

Sæc. XVII.
A. C. 1601.

§. XXIII.

Franciſcanorum cauſſa contra Recollectos in Andegavenſi Senatu agitata.

Eodem tempore haud remiſſius controverſia Franciſcanos inter & Recollectos in Andegavenſi Senatu agitabatur. Hujus cauſſæ ſeriem ab alto repetere neceſſe eſt. Exurgit in Andibus Balmetæ ad Maduanam altero ab urbe lapide præclarum Monaſterium in ipſo ſaxo exciſum, quod Renatus cognomento *Pius* Siciliæ Rex, ac Andegavenſis Dux anno Chriſti milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſexto Franciſcanis dicaverat: cum autem anno Domini milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſexto F. Ludovicus Benedictus Turonenſis ac Pictavienſis Provinciæ Superior comitiis Anceniſii in Armorica celebratis ſtatuiſſet, ut ſtrictioris obſervantiæ Fratres, quos *Recollectos* vocant, pro reſtauranda primæva diſciplina præfatum Monaſterium ſibi vendicarent, hi ſupellectili vili pretio divendita Franciſcanos durius habere cæperant, quocirca Frater Ludovicus pro muneris ſui ratione locum inviſere ſtatuit: aſt ingreſſu injurioſe excluſus eſt, cumque vis utrinque illata eſſet,

Thuanus l. c. mihi fol. 943.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

esset, Carolus Miro Andegavensis Episcopus urbis Prætorem aliosque, qui Recollectis favebant, in consilium vocat, reque cum illis collata decretum edit, quo Ludovicus Recollectos Balmeta transferre jubebatur, controversia, quæ disciplinam spectat, ad Mutinensem Episcopum Papæ Nuntium remissa. Attamen Ludovicus ab hoc decreto ad Senatum provocat, constituto Jacobo Augusto Thuano, qui eorum nomine, tanquam designatus totius Ordinis in Francia defensor & Conservator, caussam ageret. Magna ergo utrinque animorum contentione disceptatur, cum Pontificia auctoritas hac in caussa verti putaretur, ac utraque pars potentes in aula Patronos numeraret. Adversus Recollectos perorabat Ludovicus Servinus, qui liberius, quam temporum ratio tulisset, Recollectos arguebat, quod S. Francisci Regulam transgrederentur, per quam ipsi pro alicujus loci possessione literas a Curia Romana petere usque adeo prohiberentur, ut ubicunque recepti non fuerint, in aliam Regionem fugere deberent. Denique contra Episcopum & Jacobum Garnerium Recollectorum Balmetæ Congregatorum Guardianum, qui Andegavensis Præsulis partes sustinebat, conclusit, quod rite ab Episcopi decreto appel-

appellatum fuiſſet, proin inter D. Franciſci Fratres ſervato æquali jure, Recollecti ſeſe Ludovici Provincialis auctoritati ac cenſuræ ſubjicere, & divendita bona repetere tenerentur, ſalva tamen arctiore diſciplina, quam iisdem, ſi velint, obſervare integrum foret, dummodo ſeſe diverſo ab aliis habitu non diſtinguerent: His quoque additum, quod omnes Fratres juxta teſtamentum ſui Sancti Patris ſine Regis venia & Superiorum licentia regno exire non præſumant. Igitur irritato Epiſcopi decreto Franciſcani in priſtinam Balmetæ poſſeſſionem reſtitui, a Senatu jubentur. Attamen Andegavenſis Epiſcopus huic ſententiæ minime aquieſcendum ratus implorato Pontificii Nuntii patrocinio a Rege diploma impetrabat, quo hujus rei cognitio Curiæ interdiceretur, ad Eccleſiaſticum forum translata. Sæc. XVII. A. C. 1601.

§. XXIV.

Diſſidia inter Jeſuitas & Sacerdotes Anglos.

Non modo profana Majeſtas cum poteſtate Sacra hoc anno collidebatur, ſed inter ipſos etiam Sacerdotes jurgia præcipue in Angliæ Regno exurgebant, occaſione inde orta, quod regnante *Rapin de Toyras hiſt. d'Angl. tom 7. p. 522. Thuan. l. 126.*

Sæc. XVII. A. C. 1601.

nante Eliſabetha Regina Catholici, qui adhuc magno in numero ibidem degebant, dire vexarentur; tum enim Guilielmus Alanus natione Anglus unacum Gabriele fratre ejusque Filio Thoma ob Religionem ſpontaneum exilium ſubiit, poſtea in Duacenſi Academia non ita pridem a Philippo II. fundata Doctoris honore decoratus, ibidemque pia Benefactorum liberalitate adjutus Seminarium, in quo juvenes Angli literis pietate ac doctrina Orthodoxa imbuerentur, erexit, quod poſtmodum Geuſiis in Belgio tumultuantibus a Carolo Cardinali Lotharingio Rhemos translatum eſt, ex quo non pauci in Angliam reverſi multos ab ſchismate ad unionem Eccleſiæ reduxerunt, aliosque in fide nutantes confirmarunt. Ea res haud diu latere potuit illius Regni Pſeudo-Paſtores, qui Eliſabetham Reginam eo induxere. ut quosvis Seminariorum convictores velut perduelles regno excedere juberet. Alano igitur cum ſuis Romam profecto Gregorius XIII. ibi novum Nationis Angliæ ſeminarium ſub invocatione S. Thomæ erexit, ejusdem cura Jeſuitis demandata, qui hac occaſione freti ſenſim in Angliam prorepſerunt, ubi non modo Catholicos in fide roborarunt, ſed in ceteros quoque Sacerdotes, qui olim præfati Seminarii

Ciaconius in vita Alani tom. 4.

minarii Alumni erant, tanquam ſummi Pontificis Delegati Principatum obtinuerunt; exinde autem prima diſſidiorum ſemina pullulabant, quæ tamen a Franciſco Toleto, qui ante Cardinalem Cajetanum, Alano fatis functo ſucceſſerat, feliciter ſuppreſſa fuere, quin in aperta prorumperent jurgia. Eo autem vivis erepto bellum adverſus ſeminarii Alumnos redintegratum; cum enim hi viderent Societatis homines aliqua florere apud populares ſuos gratia, ſeque negligi arbitrarentur, decreverunt ſe ab illis ſegregare, ac ſodalitatem moliri, quæ ex ſolis ſecularibus Presbyteris conſtaret: Hujus ſodalitii Præfectum creavere, qui Sacerdotibus omnibus, etiam Religioſis, imperitaret, & Confeſſiones excipiendi, aliisque miniſteriis defungendi facultatem concederet. Cavebant tamen ſedulo, ne hujus conſilii notitia ad Pontificem perveniret, cui duntaxat leges a ſe huic Sodalitio præſtitutas eximiamque ſpirantes pietatem obtulere, ab eodem confirmandas: poſtquam vero hi Sacerdotes jam Patri Veſtono ultra parere recuſarent, hic eos apud ſummum Pontificem tanquam ſchismaticos accuſabat, referens, quod per hos Sacerdotes Angliæ Catholicis paulatim facultas, quibus vellent, peccata confitendi

Sæc. XVII. A. C. 1601.

P. Juvenc. S. J. l. c. §. 2.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

adimeretur. Huic quoque suffragabatur Pater Personius itidem Jesuita, qui anno Domini millesimo quingentesimo octogesimo ex Anglia Romam profugerat.

§. XXV.

Mutuæ criminationes Jesuitas inter & Clericos Anglicanos.

Thuan. & Rapin. l. c. P. Juvenc. Hist. Soc. l. 13. p. 5. pag. 149.

Interciso necessariæ charitatis nexu pro mutuis inter se solatiis animorum exacerbatio, pro pace discordia, & pro adhortationum frequentia nonnisi mordacia jurgia cum rixis & altercationibus succedere, ubi certatim alius alium velut truculentorum in Catholicos edictorum causam, inhibitique ministerii auctorem criminabatur. Rebus ita turbatis Pater Vestonus, quem Pater Garnetus Angliæ Provincialis supremum Seminarii Præfectum renuntiabat, totus in eo erat, ut quidam ex ipsa gente Anglica Sacerdos non Religiosus ceteris præficeretur; hac enim via Societatis Patres ea levari sperabat invidia, qua reliquis dominari & principatum quemdam ambire jactabantur. Renuntiabatur itaque Archipresbyter Georgius Blakvellus, missis ad Anglos hanc in rem Cardinalis Cajetani literis. Verum hujus Viri electio displicuit

cuit ceteris Sacerdotibus, qui eum, se inconsultis, nonnisi malis artibus & falsa rerum narratione a Pontifice impetratum, nec rite denuntiatum, sed duntaxat per Cardinalis literas indicatum jactabant: augebatur eorum invidia, eoquod Blakvellum Jesuitis addictum scirent, notumque haberent, quod ipse datis Romam literis Patres Societatis apud summum Pontificem & Cardinales immodicis laudibus decorasset, asserens, eos solos in Anglia esse, qui ex propriis patrimoniis summa liberalitate egentibus subvenirent, & sibimetipsis vix non necessaria subtrahentes profuse cuncta in carcere detentos effunderent. Accidit iniquo prorsus fato, ut hæ Blakvelli literæ fuissent interceptæ, Anglisque Sacerdotibus exhibitæ. Hi ergo sua consilia inverti pertimescentes, confestim congregatis triginta Sacerdotum suffragiis adversus Blakvelli electionem ac potestatem provocare decernunt, hancque in rem clam Jacobum Slandisium Seminarii Sacerdotem cum aliis tribus Romam ablegant, dato negotio, ut Pontifici exponerent, quod omnes ferme Jesuitæ in Anglia nonnisi pauperum Parentum filii essent, nullusque eorum patrimonii sui facultatibus se sustentare posset, sed aliunde ex Catholicorum eleemosynis

Sæc. XVII. A. C. 1601.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

cuncta eisdem abunde ad luxum usque subministrarentur de cetero tero ipsi ferme nunquam ad captivos stipe, vel alloquio juvandos accederent, sterili hac cura aliis Sacerdotibus relicta: ex adverso autem nobilium & divitum ædes, unde pinquior laboris spes esset, frequentes circumirent. Slandisio Romam delato, compertoque Legationis suæ negotio mox Personius eidum Richardum Haddocum & Martinum Strajum variis de caussis Anglia profugos adjungi curabat, qui Sacerdotes Anglos audiri præpedirent. Nihilominus Henrici Cardinalis, qui Anglicanæ Ecclesiæ Protector erat, auctoritate die septima Martii anno Salutis nostræ millesimo quingentesimo nonagesimo octavo novum Sacerdotum Institutur Collegium, duodecim adjunctis Assessoribus, quorum sex Romæ, ceteri in Anglia eligerentur, nequaquam tamen ex Visbicensium Sacerdotum, sed Archipresbyteri arbitrio. Hac novitate Angli Sacerdotes magis adhuc exacerbati ex Seminarii sui Collegio rursus duos Romam ablegant, melius summum Pontificem de tota rei serie edocturos. Hi autem, cum a Personio Jesuita Romæ invitati ad Collegium Anglorum venire nollen,t in publico diversorio pernoctabant, attamen

ab

ab Acrisio fisci Prætore, satellitibusque comprehensi die vigesima nona Decembris tanquam Anglicæ dissensionis Autores præeunte ipso P. Personio capti abstrahuntur. Postea eos Personius ad Collegium, ubi ipse morabatur, abductos Sacris interdixit, cunctaque eorum Scripta intentatis etiam censuris sibi tradi petiit. Interea Jesuitæ in Anglia haud otiosi subsistebant, qui minis & precibus ex Sacerdotibus Anglis aliquos sollicitabant, ut novæ dispositioni subscriberent, quod & a nonnullis duriora pertimescentibus factum. Eodem quoque tempore libellus a Thoma Lisserio Jesuita elucubratus, quo Sacerdotes dissensionis rei arguuntur, in vulgus spargitur, simulque Blakwelli auctoritate factum, ut a Catholicorum consortio Sacerdotes excluderentur. Has in angustias conjecti ab Archipresbytero petunt, ut colloquio inter partes constituto dissidium dirimeret: cum vero ne id quidem eis concederetur, tandem novæ dispositioni sese subjecturos pollicebantur, dummodo duo vel tres ex Jesuitis eam unice jussu summi Pontificis ac habita plena rei cognitione fuisse institutam affirmare auderent. Rejecta autem hac ipsa conditione ad Sedem Apostolicam provocare constituunt, & appellationis ta-

Sæc. XVII. A. C. 1601.

Sæc. XVII. A C 1601.

bulas Archipresbytero committunt, sed responsi loco suspensionis pœna mulctati. cum sibi ad Papam aditum intercludi suspicarentur, clam consilio Londini habito decernunt, ut rursus duo Romam ablegarentur, qui appellationis causas coram Pontifice disertius exponerent. Paulo post die sexta Aprilis sollicitante Patre Personio Clementis VIII. literæ afferuntur, quibus dispositio nuper facta omnino rata habebatur. Comperta Pontificis voluntate Sacerdotes sine omni repugnantia sese Archipresbytero subjiciunt. Hic vero, cum nondum hac submissione contentus, illos a censuris solvere negaret, animi exacerbati ulcus refricabat; eapropter Sacerdotes ad Parisiensis Academiæ Doctores recurrunt, supplices, ut hi suum de hac controversia judicium proferre non detrectarent. Igitur die trigesima Maij hi Theologi Lutetiæ Parisiorum congregati re mature pensata hos Sacerdotes nullatenus schismatis reos pronuntiant. Acceptam hanc sententiam Sacerdotes ad Archipresbyterum & Jesuitas deferunt, infausto tamen successu; hi enim edito decreto illam convellunt, indictaque suspensionis, & privationis bonorum pœna inhibent, ne quis eam propugnare audeat. Hac severitate nondum territi Sacerdotes e gremio suo

Orato-

Oratores Romam ablegant, qui summo Pontifici exponerent, quod totius diſſidii culpa in Jeſuitas rejicienda foret, ante quorum adventum in cunctis Seminariis concordia, pietas, & ſcientia ſummopere viguiſſet, nec unquam ulli Sacerdoti aut Alumno læſæ Majeſtatis crimen fuiſſet impactum: ubi vero Jeſuitæ collecta jam uberrima meſſe in laboris ſocietatem miſſi fuiſſent, tunc primum pax perturbari, & Religio Catholica opprimi cæpiſſet, ipſis anſam præbentibus, eoquod eorum nonnulli præcipuos Magiſtratus acerbiſſimis verbis adorti de regno per exteros hoſtes invadendo, necnon de controverſa ſucceſſione, literas ſparſiſſent, atque inter eos præcipue Perſonius libellum *de perſecutione Anglicana*, aliumque *de Eliſabethæ Reginæ edicto contra Catholicos de Sacris alienis non adeundis* non alio laboris ſui fructu vulgaſſet, niſi quod ſeveriſſimæ leges in Catholicos tanquam perduelles latæ fuerint. His addere jubebantur, quod ex Seminariis eorum curæ commiſſis longe pauciores, quam antea Operarii in meſſem Anglicanam decernerentur, non alia ex cauſſa, niſi quod juvenes, quos ingenio ac indole præcellere conſpiciunt, relicto Miſſionis Anglicæ propoſito ad ſuam Societatem pelliceant, quamobrem jam olim Ca-

Sæc. XVII. A. C. 1601.

rolus

Sæc. XVII. A. C. 1601. rolus Borromæus seminariorum curam Jesuitis ademisset, subrogatis Presbyteris sæcularibus: præterea stipe in egenos & captivos parce admodum distributa ipsi omni abundantia diffluerent, proin ipsi quidem paupertatis voto, alii vero Sacerdotes Catholici ipsa paupertate distinquerentur, eosque, qui erga Presbyteros sese liberales exhiberent, verbo scriptoque lacesserent. Hæc & alia, quæ impotentior exacerbati animi vehementia extorserat, hisce Sacerdotibus Romam decretis scripto tradebant, a summo Pontifice postulantes, ut re mature discussa in quodam loco Britanniæ vicino, non autem in Belgio, ubi Jesuitæ hosce Sacerdotes tanquam Isabellæ Infantis juri successionis in Angliam adversos traduxissent, Judices a partium studio alienos constitueret, coram quibus causam suam dicturi essent.

§. XXVI.

Horum Sacerdotum postulata apud summum Pontificem.

Harum petitionum seriem jam antea Joannes Musheus Presbyter Romanus datis ad Morrum literis recensebat, eas ad quatuor capita referens. Petebant igitur I. ut Episcopus unacum Suffraganeis

fraganeis aliquot in Anglia ex communi Sacerdotum suffragio, seclusis Jesuitis, eligeretur. II. Seminarii Romani cura Patribus Societatis adimeretur. III. Prohiberet sua Sanctitas, ne libri de rebus, quæ ad Regni Statum, ac Reginæ & Magistratus offensionem spectant, editi in Angliam transmitterentur. IV. Sacerdotibus in Anglia potestatem faceret, leges & statuta condendi, juxta quæ Catholici libere conversari possent, ipsique populum in obsequio fidei, ac debita Principis submissione, sancita demum concordia continere valerent. Sub idem tempus Robertus Cliarnocus Cleri Anglicani defensionem in se susceperat, edito libello, in quo tamen vehementius, quam par erat, in Archipresbyterum & Jesuitas debacchabatur: quocirca, aliasque ob causas ipsius Borghesii, cui scriptum hoc nuncupaverat, & Henrici Cajetani Cardinalis mandato ex Anglia facessere jussus est. Sæc. XVII. A. C. 1601.

§. XXVII.

Hæc dissensio a Clemente VIII. sedata.

Hæc dissensio integrum quadriennium tenuit, quo tandem evoluto Clemens VIII. Pontifex Maximus veritatem exacte edoctus hoc anno mutuis crimi-

Sæc. XVII. A. C. 1601.

criminationibus obicem oppoſuit, dato ad Georgium Blakwellum diplomate quo eum ſerio monuit, ut mandati limites haud egreſſus, poteſtate ſibi conceſſa caute ac prudenter uteretur, nec in Presbyteros, qui extra Seminaria degunt, jurisdictionem ſuam extenderet, facultate adempta infligendi cenſuras, & ſtatuta condendi, aut contra Sacerdotes ad Sacram Sedem appellantes procedendi, niſi prius conſulto Regni Anglicani Protectore, & ſententia ejus expectata. Inſuper prohibuit, ne ulla negotia ad officii ſui adminiſtrationem ſpectantia cum Patribus Societatis communicet, revocatis ea de re ſecretis Cajetani mandatis. Impoſterum autem de iis omnibus ad Sedem Apoſtolicam, & Regni Protectorem referat, nec ſiniſtri aliquid de Viris Religioſis ſuſpicetur. Inſuper monetur, ut eleemoſynas ex pia fidelium liberalitate collectas egenis & præcipue pro fide Catholica incarceratis integra fide eroget, nec legitimis ad Sacram Sedem appellationibus obſiſtat. Poſtremo, ut omnis diſſidii radix evelleretur, præcepit Pontifex, ut omnes libri contra Jeſuitas æque ac Sacerdotes editi damnentur, nec impoſterum ullus vel calamo vel lingua alium infectetur, indicta anathematis pœna. Denique ad Anglica-

glicanos Sacerdotes converſo ſermone eos hortatur, ut pacis ſtudioſi vineam Domini communi labore excolere ſtudeant, non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes; ſe etiam invicem diligant, nemini dantes offenſionem, aut malum pro malo reddentes: proin attenderent, ne miniſterium, quod tot laboribus exantlatis ad Dei gloriam, fideique incrementum exercuerunt, in ipſis vituperetur. Datum eſt hoc diploma die quinta Octobris, a quo tempore inter Catholicos aliquamdiu exoptata pax in Anglia floruit, quin propterea diræ in eos vexationes ceſſaſſent; cum enim Jeſuitæ Sacerdotes Anglos de variis criminibus poſtularent, & viciſſim hi palam edicerent, quod ex Jeſuitarum culpa tanquam unica radice tot ſeveræ leges adverſus Catholicos ſancitæ pullularint, eoquod hi in cunctis conjurationibus partem habuiſſent, quinimo aſſaſſinos in Reginæ vitam ſubornaſſent, aulæ Miniſtri Catholicis alias infenſiſſimi, cum ejusmodi criminationes quantumvis falſæ eis innotuiſſent, Eliſabethæ Reginæ Oratori inſuſurrabant, quod Jeſuitæ aliique Sacerdotes eisdem adhærentes pernicioſa adverſus Reginam conſilia machinarentur: hoc autem falſo obtentu freta Regina edito diplomate, hos Regno exu-

Sæc. XVII. A. C. 1601.

lare

Sæc. XVII. A. C. 1601.

lare jussit, non modo interciſa omni redeundi ſpe, ſed indicta etiam capitis pœna, cui pariter ſubjiciebantur ceteri Sacerdotes Jeſuitis adverſi, niſi interpoſita Sacramenti Religione Reginam velut ſupremum Eccleſiæ Caput agnoſcere vellent.

§. XXVIII.

Bellum in Belgio continuatum.

Gallut. de bello Belgico l. 13. Thuan. hiſt. l. 126. Grotius l. 10.

Quantumvis fœderati Proteſtantes primis hujus anni Menſibus ab armis ceſſaſſent, Mauritius tamen eorum Bellidux tempeſtate ad bellandum opportuna uſus ad fallendum hoſtem Sylvam Ducis invadere ſimulabat, mox vero ſumma, qua potuit celeritate cum viginti ſuorum millibus Rhenobergam contendit, hancque urbem, cujus jacturam Fœderati Ordines ob interceptam navigationem ægerrime ferebant, die ſecunda Julii obſidione cingit, ac nullo ferme negotio munimentum ex adverſa fluminis ripa poſitum occupat. Dein caſtris adverſus eruptiones valide munitis, excitatisque aggeribus & tormentorum ſuggeſtibus ipſam urbem quatere incipit, præſidiariis non minus ſtrenue ac frequenter erumpentibus. Præerat enim urbi Ludovicus Bernardus Avila bellicæ artis peritiſſimus;

aderant

aderant quoque præter ſex & triginta belli tormenta milites Hiſpani, Itali, Germani & nautici ad tria ferme millia, non computatis quinquaginta Equitibus, quos Botbergius ducebat. Cum autem obſeſſi non ſine clade, ut improviſi eruperant, ſæpius repreſſi retrocedere cogerentur, eodemque tempore munimentum, quod urbis mœnia tegebat, vi pulveris igne admoto everteretur, hinc Avila de imminenti periculo Albertum Archiducem certiorem reddere ſtatuit, eamque ob cauſſam viis omnibus arctiſſime occluſis duos natandi peritiſſimos transmiſſo Rheno Geldriam verſus cum literis ablegat, qui tamen a quatuor hoſtium Equitibus intercepti tanquam exploratores ante obſeſſæ urbis mœnia ſuſpendio puniti ſunt. Nihilominus ipſe Albertus audita obſidionis fama, mox habito belli Senatu decernit, ut Hermanus Thſerembergius Comes ac Geldriæ Præfectus laboranti urbi ſuppetias ferret, alii vero Belliduces ad diſtrahendas hoſtium vires Oſtendæ obſidionem pararent. Perlato hujus propoſiti nuntio Mauritius dubiis curis fluctuabat, cæpto operi cedere indecorum, proſequi autem ſat periculoſum ratus, propere tamen, ut in rebus arduis fieri amat, conſilium capit, atque ad

Sæc. XVII. A. C. 1601.

Sæc. XVII. A. C. 1601. finem obsidionis maturandum, statuit, ut Rhenoberga recuperata, unitis viribus Ostenda eo validius obsidione liberari valeret. Igitur novo ardore obsessis insistit Mauritius, actisque cuniculis interjecta propugnacula, magnamque muri partem defossi pulveris violentia diruit, similique arte captis ceteris circum munimentis ad ipsum urbis aggerem penetrat: eapropter, haud ignarus, quod obsessis maximo numero vulneratis medicamenta non suppeterent, misso in urbem Tibicine deditionem postulat: Avila autem respondente, nondum deditionis tempus adesse, Mauritius alias viæ tectæ partes cuniculis suffodere aggreditur, ac rursus quinta post die Præfectum, ut Rhenobergam dedat, hortatur: ille autem a Mauritio petiit, ut concessis induciis duos milites ad Hermanum Comitem, an non suppetiæ præsto essent, sciscitatum mittere posset: id vero denegante Mauritio, Avila inter arcta prehensus postero die se de conditionibus acturum respondit: interjecta nocte ex Geldriæ oppido significatione ignium spes proximi auxilii monstrabatur; jam enim octo peditum millia & Equites bis mille quingenti Mosam trajiciebant; minus tamen tempestiva erant hæc auxilia; cum Avila, prout spoponderat, altera die acceptis obsidi-

obsidibus deditionis pacta jamjam perscripsissent, vi quorum utrinque conventum, ut liberum esset Militibus, Nautis, ceterisque ex oppido migrare cum armis, omnibusque impedimentis, transfugis vero, quorum non pauci in urbe erant, salus & venia daretur, & Avila duo belli tormenta, totidemque pulveris pyrii dolia cum quinquaginta globis ferreis secum avehere posset; ad ægros vero, sauciosque transportandos Fœderati ducenta commodarent vehicula: denique captivi utrinque liberi dimitterentur. His transactis die trigesima prima Julii Avila cum mille trecentis præsidiariis Rhenoberga discessit, Trajectum ad Mosam profectus. In hac obsidione desiderati sunt ex obsessis supra mille, totidemque ferme ex obsessoribus. Postea Mauritius, instauratis ruinis, operibusque complanatis urbem præsidio firmat, ac cum reliquo exercitu ad Meursam contendit, hocque oppidum, dejecto milite, quem Cliviæ Dux imposuerat, intra bidui spatium occupat, inde Hagam Comitis ad Fœderatorum Ordinum comitia reversus.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

§. XXIX.

Inchoata Ostendæ obsidio.

Hoc item anno Ostendana incæpit oppugnatio, quam Albertus Archidux *Gallut. l. 14. de Bell. Belg. Mercur. Gallobel. l. 6.*

Sæc. XVII. A. C. 1601.

dux crebris Catholicorum Belgarum votis devictus, eo lubentius suscepit, quo atrocius Fœderati Ordines inde totam Flandriam longe lateque infestis excursionibus, immodicisque tributis quotidie vexabant. Primo igitur Archidux die quinta Julii circum Ostendam castra ponit, collocata statione in Albertina arce, quam Hispani, Itali & Wallones insederant, quibus Augustinum Meniam Antverpiensis arcis Præfectum præfecerat: Hispanicis vero castris præerat Hieronymus Montiregius, & Wallonicis Catricius, qui erecto aggere jamjam impositis aliquot tormentis multum damni obsessis inferre cœperat, parique æmulationis studio Fridericus Herenbergius dexteram oppidi partem bombardarum ictibus assidue infestabat. Erat tum Ostendæ Præfectus Carolus Notius, qui Gubernatoris ad omnia intenti partes explens præprimis Divæ Claræ oppidum novis operibus firmari, aliasque munitiones longius proferri jussit, simulque omne vulgus imbelle in proximas Zelandiæ Insulas amandavit: rebus ita dispositis die decima Julii cum mille quingentis erupit, quos tamen Montiregius non sine magna clade repulit, promotaque alacriter opera alterum propugnaculum erigere cœpit, siniſtro tamen eventu; inopi-

Hugo Grotius Hist. l. 10.
Thuan. l. 10.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

inopinato enim tormenti globus eidem caput abstulit, cui Albertus Simonem Antonium Lusitanum Ducem longe militia efferatum suffecit. Interea Mauritius obsidentium molimina edoctus, auxiliares copias adducere festinat, summum imperium Francisco Verio relinquens, qui cum triginta quatuor millibus partim Anglis, partim Batavis die decima quinta ejusdem Mensis per Septentrionalem portam incolumis Ostendam ingressus est, hisque copiis fretus mox cum tribus suorum millibus in Albertinam arcem irrupit, vallumque ab hoste captum destruere nititur, non sine tamen suorum jactura retrocedere coactus. Nec tamen inde territus, cum probe intelligeret, quod munimentis extra mœnia constructis pertinaces etiam obsidentium labores tandem frangere posset, præter munitionem a Notio cœptam etiam ternos receptus, & quadratam loricam erigi tormentisque bellicis firmari præcepit. Albertus vicissim cognito hostis consilio, ut latius procedere obsessos prohiberet, ex adverso duo propugnacula excitavit: nihilominus alia ex parte mox Verrius novum receptum struere cœpit, quod tamen opus tempestive adhuc die vigesima sexta Julii Augustinus Menia Alberti jussu disturbavit, captis quinqua-

Sæc. XVII. A. C. 1621.

ginta ex hoſtibus, occiſoque eorum Præfecto: Tanta utrinque machinarum vi fuit certatum, ut intra viginti dierum ſpatium quinguagies mille in urbem, vicies mille globi ex urbe in caſtra contorti ferantur, ſimulque tot erecta fuere munimenta, ut magis caſtra caſtris oppoſita, quam urbs obſeſſa videretur.

§. XXX.

Suppetiæ Catholicis allatæ.

Grotius l. c.

Haud multum temporis interfluebat, cum Oſtendani rurſus eruptione facta Catholicos aggreſſi eſſent, itidem ab his repulſi. Interea vero ſtrenue in bellica opera incumbebat Herenbergius Comes, qui, ut aditum Fœderatorum navigiis intercluderet, nova arte aggerem juxta mare conſtruere aggrediebatur: ramalium enim faſces in pedes viginti longi coctis lateribus inſerebantur, ut ſuo pondere irruentibus undis obſiſterent, ſicque valide religati alius ſuper alium congerebantur, ut in altum aggerem conſurgerent, in quo locata belli tormenta portus veteris uſum Fœderatis navibus interdicebant: tum vero potius cum mari, quam hoſte luctandum erat; quippe maritimi æſtus tempore fluctus tanto impetu in oppo-

fitam

Sæc. XVII. A. C. 1601.

sitam molem impingebant, ut eam aut solo æquarent, aut inutilem redderent, cui ad iniquitatis cumulum accedebat obsessorum, in continuas neces intenta sollicitudo, qua denso glandium imbre in structores detonabant: nec tamen obsirmatam obsidentium pertinaciam superare poterant cuncta hæc obstacula, quo minus absoluto aggere hostistus annonam aliaque necessaria advehendi opportunitas demeretur; haud parum quoque operariorum ardor ex adventu recentis militiæ crescebat; quippe ex Italia quædam Legiones ductore Theodoro Comite Trivultio præter Hispana vexilla sub Joannis Bracamontii imperio ad obsidionem accesserant, quibus Carolus Longovallius Bucquoius Comes cum suo Vallonum Legione, necnon Barlæmontius Comes cum septem Germanorum signis adjungebantur: His suppetiis firmatus Archidux Albertinum propugnaculum aggeribus, viisque subterraneis muniri jussit, quo in opere Catholicorum plurimi periere, hoste sine intermissione eos globis ignitis infestante: promoto tamen opere mox cujusdam aggeris, quem hostes ad impetum crescentis æstus coercendum olim construxerant, beneficio usi, ad vicinum oppidi propugnaculum progrediebantur: detecto autem

Sæc. XVII. A. C. 1601.

tem obsidentium consilio Oppidani die decima quinta Augusti nocturno tempore pluribus in locis aggerem perruperunt. Altera ex parte Bucquojus Bredanæ munimentum adversus hostium eruptiones frequentesque navium appulsus firmare aggreditur: ast cum ingens esset loci distantia, proin longinqui & incerti globorum jactus, hinc horis omnibus naves quamplurimæ prorsus innoxie appellebant, tam raro damni periculo, ut ingens hominum multitudo sola spectandi cupidine advectaretur, ac inter exteros Principes præcipue Ulricus Dux Holsatiæ Christiani Daniæ Regis frater, & ex Anglia Cassalius Notumbriæ Comes otiose munitiones omnes non sine magna militaris ingenii admiratione lustrarent. Nihilominus Bucqojus errore hoc feliciter emendato propugnaculum mari vicinius exstruxit, unde invecta hostium navigia sine certi exitii periculo aditum ad urbem tentare haud poterant: prætera Archidux exstructo a Fœderatis securiori receptui confestim ea ex parte novum aggerem opponi curabat.

§. XXXI.

Impressio in urbem a Catholicis incassum facta.

Rebus

Sæc. XVII. A. C. 1601.

Rebus cunctis ad expugnationem dispositis die octava Septembris Archidux Nicolaum Catricium, qui versus occidentem promoto vallo ad urbis fossam appropinquabat, in oppidum cum lecta militum manu irruptionem facere jussit. Mandatum exequitur Catricius magno animi fortitudine, siniſtro tamen successu; quippe desideratis suorum quamplurimis ipse Catricius & Bracamontius globi ictibus percussi cecidere, quorum tamen cædem Catholici multo vulnere hostibus inflicto, ac præcipue Henrici Colinii Castillionæi Gallorum Tribuni morte vindicabant; hic enim juvenis Princeps ferrea pala in capite trajectus occubuit, Verrius quoque nec talium malorum immunis graviter sauciabatur, qui e castris tamen ad curandum vulnus Zelandiam delatus, inde paulo post Ostendam reversus est. Mense Octobri ferme ad medium inclinante Bucqojus noctis beneficio usus quoddam propugnaculum ponti imminens occupat, dum vero per quemdam militem ad quævis audenda proclivem clam ipsum pontem incendere parat, hostes acerbius lacessiti toto impetu accurrunt, ipsumque propugnaculum recuperant. Denique Albertus Archidux, cum maris impotentius tumentis & reciprocantis æstu validiora etiam

Thuan. & Grotius l. c.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

machinamenta dejici, hiememque imminere cerneret, habito belli Senatu quid in obsidionis progressu tentandum deliberat, ubi rejectis plurium opinionibus tandem decretum, ex adverso propugnaculi, quod Oppidi Templum tuetur, validum esse construendum munimentum, ex quo adventantia hostium navigia impositis tormentis peti, demergique possent.

§. XXXII.

Sylva-Ducis a Mauritio obsessa.

Galut. l. 14. Grotius l. 10.

Dum hisce belli consiliis detinetur Albertus, interim Mauritius Comes Nassovius Fœderatorum Belgarum Gubernator, ut Catholicos ab obsidione Ostendana removeret, die prima Novembris Sylvam-Ducis obsidione cingere parat. Præsidiarii milites, quibus Antonius Schetus imperabat, erant numero pauci, cives vero in duas peditum cohortes & unam equitum conscripti ad strenuam urbis defensionem obfirmatum præseferebant animum: nec deerant Magistratus & Sacerdotes, qui cives aliunde haud intrepidos ad fidei Catholicæ & patriæ defensionem proposito Majorum suorum exemplo certatim inflammarent: nihilominus cum tam amplæ civitati propugnan-

pugnandæ numero impares essent, Gubernator Archiducem de præsentaneo periculo monet, prompta postulans subsidia: Albertus igitur quantocius Fridericum Herembergensem Comitem cum septem peditum millibus, Equitibusque mille & quingentis, ut periclitanti urbi præsto essent, decernit, ex quibus octingenti pedites hoste nil minus suspicante die vigesima nona Decembris noctu incolumes inferebantur, paucis duntaxat ex postremo agmine captis cæsisque. His copiis aucti Sylva-Ducenses ad obsidionem alacriter sustinendam omnem apparatum adornant, atque adversus incendia aquam domibus tectisque provida sedulitate inferunt, tabulata arenæ cumulis sternunt, cunctaque restinguendis flammis parata habent. Accesserat insuper tempestivo admodum consilio facta Archiducis nomine pollicitatio, privata damna ex publico reparatum iri ærario: nec minor erat in obsessoribus ardor ad urbem oppugnandam, primisque obsidionis diebus hostes ad Fuchtensem portam, quam ictu bombardæ perfregerant, tanto impetu irruebant, ut urbe potiti viderentur, nisi Gubernator quantocius emissis aliquot copiis vim repulisset, pontemque portæ subjecto igne concremasset: Sinister hic successus, necnon

Sæc. XVII. A. C. 601.

Sæc. XVII. A. C. 1601. necnon introducti subsidii facilitas, & præcipue fatalis nuntius de proximo validi exercitus adventu tantopere Mauritium terruit, ut die vigesima septima Decembris obsidionem solveret, ac impedimentis potissimam partem incensis non sine magna suorum clade in Hollandiam reverteretur.

§. XXXIII.

Continuata Ostendæ obsidio.

Grotius l. c. Thuan. l. 126. Ceterum adhibita Archiducis solertia Ostendanis naves annona aliisque suppetiis onustas advehendi opportunitatem præcludere haud poterat; quippe triginta primum ac dein viginti quatuor navigia innoxio appulsu advenerant, obsistentibus nequicquam Hispanis, qui, dum munitionem hostilem extra oppidi fossam invadunt, desideratis suorum quamplurimis repulsi sunt, ex fœderatis tamen Uctenbroquius Consul Ultrajectinus plumbea glande trajectus occubuit. Postea exeunte Mense Octobri denuo quadraginta & amplius naves libere portum ingressæ sunt, simulque sepimentum, quod Hispani construxerant, die vigesima nona Octobris subita exundatione eversum est: unde aliud altius erigere coguntur, cum autem præsidiarii die tertia Novembris

erum-

erumpentes opus demoliri nituntur, res vix non ad prælii neceſſitatem devenit, poſtea tamen æquato utrinque damno diſceſſum eſt. Sæc. XVII. A. C. 1601.

Fruſtrato hoc molimine die decima ejusdem Menſis quinquaginta trium navium claſſis Oſtendam incolumis per Gulam appulit, quam opportunitatem, cum Catholici erecta e propinquo munitione obſeſſis eripere tentant, hi oppoſitum in oppido propugnaculum exſtruunt, dum vero in hoc opere alacriter deſudant, morbo vehementer graſſente plurimi intra unius diei ſpatium peſte abſumpti ſunt, alii ſuperſtites aſſiduis morbis afflictati, & potiſſimi ad eruptiones haud amplius idonei. Acceſſit inſuper ad calamitatis cumulum, ingens procella, cujus vehementia vetus oppidum vix non ſolo æquatum eſt, quo comperto Archidux ea ex parte oppugnationem inſtitui præcepit, non ſine proſperi ſucceſſus ſpe; quippe Franciſcus Verius Zelandia redux miſſis ad Archiducem Legatis die vigeſima quarta Decembris colloquium de deditione ſimulque armorum induciis popoſcit, Utrumque Albertus lubenter indulſit. Aſt ubi quinque naves copioſo milite & commeatu inſtructæ a Zelandia ad Oſtendanum litus appulerant, Verius Alberto datis literis ſignificabat, quod novis

Sæc. XVII. A. C. 1601.

novis auctus viribus urbis defensionem profequi teneretur. Ad hæc Archidux haud ignarus, quod ad retardandum validioris oppugnationis impetum Verrius deditionem duntaxat simulasset, inde haud parum commotus proximo anno bellum auctis viribus prosequi statuit.

XXXIV.

Catholicus exercitus in Hibernia ab Anglis cæsus.

Rapin Hist. d'angl. l. 17. Thuan. l. 125. Grotius hist. l. 10.

Finitis, quas Essexius Comes anno priori indulserat, induciis hoc anno bellum in Hibernia majori adhuc ardore continuatum est, Hugone Tyrenniæ Comite in magnas spes erecto, postquam eidem nuntiatum erat, quod Hispanorum copiæ, quas Philippus III. Rex Catholicis in Hibernia oppressis in opem submiserat, jamjam in portu Kinsalensi exscensionem fecissent, eorumque Dux nomine Aguilarius urbem facto impetu occuparit: Delibutis hisce victoriæ auspiciis idem Bellidux confestim promulgato diplomate declarabat, quod non alio ex fine exercitum suum admovere jussus esset, nisi ut iniuriam Deo, Ecclesiæ & Incolarum conscientiæ illatam armis vindicaret, oppressosque cives, Regno a novæ hæ-

resis

Sæc. XVII. A. C. 1601.

resis peste expurgato, in veræ fidei a quinto Christiani Orbis sæculo feliciter adoptatæ cultu ac libertate tueretur, proin cuncti Incolæ se haud amplius Diaboli laqueis teneri sinerent, sed potius excusso hoc immani jugo pro Dei ac patriæ suæ honore tanquam genuini Ecclesiæ Filii decertarent. Ad hæc omnium quidem una vox erat, eos duceret, quacunque Deus, Hispaniæ Rex & fortuna fortibus animis viam sternerent, se nulla bonorum aut sanguinis parsimonia secuturos: Attamen generosis hisce ausibus prosperi successus felicitas deerat; quippe Hiberniæ Prorex accepto captæ urbis nuntio confestim cum delecto milite accurrit, positisque castris oppidum arcta obsidione cinxit: haud segnior quidem Tyrennius Comes, summo silentio sese itineri accingit, eo consilio, ut Anglorum castra cum parte equitatus sui inopina vi perrumperet, viamque sibi per hostium gladios, & cadavera in urbem aperiret, spe facta, quod hispanorum copiis auctus postea valido impetu in obsessores unacum reliquo agmine, quod in insidiis latere jusserat, ex oppido erumpere, illosque a fronte & a tergo invasos profligare posset. Verum detecto Tyrennii consilio Angli hostem omnino prævertendum rati

Sæc. XVII. A. C. 1601.

rati ſumma celeritate Tyrennii copias obviam procedunt, non ſine ſecundæ fortunæ auſpicio; ad primum enim regii exercitus conſpectum mox Comes ſuos trans vadum reducit, nequicquam reclamante Alphonſo Ocampio Hiſpanæ Legionis Tribuno: inſequentibus tamen Anglis res ad prælii neceſſitatem devenit, unde inſtructa acies, ordinesque ad pugnandum diſpoſiti: ipſe quoque Tyrennius, ut impactam intempeſtivæ fugæ calumniam elueret, primus peditatu in agmina diſtributo cum quadringentis Equitibus hoſtem adoritur, peſſimo tamen conſilio; cum enim Equites Regiorum impetum ſuſtinendo impares eſſent, retro in peditatum turmatim effuſi, ſolutis ordinibus totum agmen ſecum in fugam abripuerunt, ſolis Hiſpanis in acie relictis, qui quidem diu imperterrita vincendi aviditate cum hoſte dimicabant, tandem vero non robore ſed numero victi, qua quisque poterat, via incompoſite fugam arripere cogebantur, deſideratis ſuorum quamplurimis, aliis ab inſequente Anglo aut captis aut cæſis; ipſe quoque Ocampius vivus in Anglorum poteſtatem venit, Tyrennius vero cum paucis per proximas ſylvas & devias paludes ægre imminens vitæ periculum eluctatus eſt. Tam adverſo

fortunæ

fortunæ casu Aguillarius Gubernator vehementer perculsus, cum prompti auxilii spem haud reliquam haberet, anno sequenti die secunda Januarii deditionem facere compulsus est, pacta suos in Hispaniam reducendi liberate, redditisque, quæ antea occupaverat, oppidis. Postea Prorex Catholicos omni ope destitutos iterata clade absumpserat, Elisabetha vero Regina, ut Hispanis in Hiberniam denuo irrumpendi opportunitatem præverteret, octo grandiorum navium classem præter minoris molis quamplurimas in regni finibus tenebat. Cum autem Prorex Tyrrennium Comitem sine intermissione lacesseret, nullumque respirandi spatium indulgeret, illum tandem ad tam duram reduxit necessitatem, ut sese Elisabethæ arbitrio ac clementiæ relicturum sponderet: id tamen Prorex Comitis voto dare recusabat, nisi prius obtenta Reginæ venia, qua tandem concessa Tyrennius ad Proregem proficiscebatur, ab eodem in Angliam ad Elisabetham abductus,

Sæc. XVII. A. C. 1601.

§. XXXV.

Colloquium inter Catholicos & Lutheranos Ratisbonæ habitum.

Sæc. XVII. A C. 1601.

Jam anno priori de colloquio inter Catholicos & Lutheranos Doctores Ratisbonæ habendo agebatur, cujus occasio hæc erat: Inviserat autumni tempore Maximilianus Bavariæ Dux ad Philippum Ludovicum Neoburgicum Ducem Cognatum suum, Lutheri sectæ addictum: Quadam die sermone ad fidei controversias converso differendi argumentum præbebat quidam libellus, cujus auctor Lutherum tanquam mendacem, impurum & Blasphemum ex ipsis ejusdem verbis depingebat, editaque apologia adversus Philippum Hailbrunnerum, qui auctorem sublestæ fidei postulabat, dictorum veritatem comprobatam reddebat: cum ergo Philippus Dux Lutheri sui infamiam ægre ferret, operæ pretium fore declarabat, si inter selectos utriusque partis Theologos de controversis fidei quæstionibus familiare colloquium coram utroque Principe haberetur: Placuit summopere hoc consilium Maximiliano, qui etiam, quamprimum Vienna Monachium reversus fuerat, datis literis Philippum ad præconceptam disputationem invitabat, tempus, locum, modumque præscribendi facultate eidem relicta. Præfigitur colloquii initio dies vigesima octava Mensis Novembris, atque ad Philippi Ducis votum feli-

Adlzreither Annal. Boic. part. 2. l. 12. relat. Tanneri de ortu & progressu colloquii. Acta colloq. edit. Monac. & Lauing. Thuan. l. 126.

seligitur Curia Ratisbonensis, dein duo Doctores Albertus Hungerus Ingolstadiensis Academiæ Pro-Cancellarius & Jacobus Grethserus Jesuita ibidem Theologiæ Professor, cui in tertia Sessione Adamus Tannerus successerat, a Bavariæ Duce designati sunt præter Georgium Lautherium Monacensis Collegiatæ Præpositum, Antonium Welserum, & Wolfgangum Hanemanum Frisingenses Canonicos, qui Testium ac Consultorum partes tenuere. Philippus vero Collocutores nominabat Jacobum Hailbrunnerum & Ægidium Hunnium: Testes vero ac consultores e longinquo petebantur, & quidem e Saxonia David Rungius, e Vinaria Fladungus, ex Ohnsapaco Abdias Wicknerus & Laurentius Lælius, a Wittembergo Andreas Osiander, & Felix Bidenbachius præter Philippum Hailbrunnerum, Tobiam Bruno, Christophorum Moroldum, Henricum Tettelbachium, Magnum Agricolam, Abrahamum Manne, & Davidem Schramum, qui omnes erant Neoburgici Pastores: hucusque omnia inter partes amice transacta fuere: acrius autem cum Lutheranis certamen fuit, dum de disputationis argumento deliberatum est; Protestantes enim exclusa Dialectica patrium idioma adhiberi postulant,

Sæc XVII. A. C. 1601.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

lant, attamen illam ad declinandas vagas & digreſſionibus obnoxias confabulationes eſſe perneceſſariam, hoc vero in concurſu plebis ineruditæ minus proficuum judicabatur. Præterea Lutherani Doctores omnino poſtulabant, ut in omnibus, quæ in medium proferrentur, fidei controverſiis nonnisi Verbum ſcriptum in regulam ac Judicem adduceretur: hæc autem Proteſtantium conditio non minus inſulſa quam iniqua Catholicis Doctoribus videbatur; memores enim erant, quod idipſum olim Ariani de S. Auguſtino petiiſſent, dicentes: *Si de divinis Scripturis protuleris, quod commune eſt cum omnibus, audiemus: quæ vero extra Scripturam proferes, a nobis non ſuſcipiuntur, cum dicat Dominus ſine cauſſa colunt me, docentes mandata & præcepta hominum.* Quinimo ipſi Maximiliano Principi, utpote in fidei controverſiis haud peregrino compertum erat, quod nulla unionis ſpes foret, quamdiu error, ex quo tanquam communi radice ceteri ferme omnes pullulant, circa hunc articulum non tolleretur. Ne ergo Lutherani palam facerent, quod ſuæ cauſſæ diffiſi per iniquas conditiones diſputationis periculum eludere tentarint, annuere compulſi ſunt, ut velut præcipuum diſputationis argumentum ſequens

S. Aug. lib. contra Maximinum.

quens theſis proponeretur: *Sacra Scriptura non eſt Judex omnium controverſiarum fidei & Religionis Chriſtianæ: Eſt quidem norma infallibilis, verum nec ſola, nec unica, ſed præter hanc neceſſario admittendæ ſunt traditiones & Eccleſiæ Definitiones, Doctorumque Orthodoxorum conſenſus.* Sæc. XVII. A.C. 1601.

§. XXXVI.

Hujus colloquii initia.

Jam dudum Lutherani Doctores Ratisbonæ convenerant, qui, cum juxta regionum, unde accerſiti erant, diverſitatem diverſas etiam inter ſe opiniones fore pertimeſcerent, privatis diſputationibus, & colloquiis futuro certamini præludebant, diſſonasque fides ad harmonicum ſonum intendere nitebantur. Demum vero die vigeſima ſexta Novembris adventantibus Bavaro & Palatino Ducibus præſtituto die in deſtinata Curiæ Ratisbonenſis Aula colloquio hora prima pomeridiana datum eſt initium, legesque præſcriptæ, quibus obſervatis perſpicua, modeſta, ordinata, & ſophismatum, clamorum convitiorumque expers foret diſputatio: nihilominus Auguſtanæ Confeſſionis Theologi, ut intacto principalis controverſiæ ſcopo ad ſingularia quædam diſputationem diſtrahere valerent, *Merc. Gallobelg. l. 6. Acta colloq. Ratisb. an.* 1602.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

Catholicorum theſin, quam ante conflictum ipſimet ut rite poſitam admittebant, nunc in prima Seſſione, utpote mere negativam reprobarunt, poſtulantes, ut qui ſit controverſiarum judex, & quænam traditiones tenendæ ſint, ſigillatim & diſerte explicaretur: ne ergo tempus inutili hac cavillatione tereretur, ad Principum petitionem Grethſerus pronuntiabat, quod Judex generalis & legitimus ſit Romanus Pontifex, qui ſemper, dum ut Pontifex loquitur, infallibilis eſt ſive extra ſive cum Concilio definiat: cum autem Hailbrunnerus inſuper ſingulas traditiones ſpeciatim proferri, petulantius peteret, a Maximiliano Duce ſilere juſſus eſt. Perlecta prius unica Catholicorum theſi, quæ omnibus duodecim Lutheranorum theſibus repugnabat, hæ quoque recitabantur, quarum ſumma hæc eſt I. Verbum Dei ſcriptum infallibilis & unica regula eſt. II. Idipſum omnium Religionis controverſiarum ſupremus eſt Judex III. quod cum verbo Dei concordat, eſt recipiendum: attamen hæc theſis repugnare videtur primæ: id enim, quod cum verbo Dei concordat, non eſt ipſa Scriptura, ſi igitur nihilominus eſt recipiendum, etiam ipſi Lutherani aliquid præter Scripturam, & extra Scripturam recipiunt, proin

proin verbum Dei ſcriptam non eſt unica regula &c. Dein quarta Theſis ita exponebatur: In hoc Verbo omnia ad Dei cultum & ſalutem noſtram neceſſaria continentur. V. Eaque ſunt nobis perſpicue ante oculos poſita. VI. Hæc unica & perſpicua regula ex S. Scriptura demonſtratur VII. hanc noſtram ſententiam etiam Patrum teſtimoniis VIII. necnon ipſo jure Pontificio comprobare parati ſumus. IX. Aliam regulam non admittimus. X. Errant, qui alia dogmata vel cultus adſtruunt XI. vel S. Scripturam eſſe ambiguam, & obſcuram affirmant XII. oppoſitum Catholicorum dogma rejicimus. In Prima igitur Seſſione Hailbrunnerus ex S. Literis comprobatum ibat, ne huic verbo Dei ſcripto quicquam addatur, eſſe præceptum, poſtquam reſponſum, additiones repugnantes, non vero Verbo Dei conſonas prohiberi, Hailbrunnerus digreſſione facta Eccleſiaſticas Veteris legis traditiones ſibi oſtendi petebat, quod & a Gretſero præſtitum, mox autem tam Hunnius quam Hailbrunnerus ad varia de remedio infantium ante octavum diem decedentium dilapſi ſunt.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

§. XXXVII.

Seſſio II. usque ad decimam.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

Die vigesima nona Novembris secunda habebatur Sessio, in qua Gretserus repetitis iis, quæ pridie fuere disputata, ex ipsis Sacræ Paginæ testimoniis, ac præcipue ex Isaiæ cap. 8. demonstratum ibat, quod Judæi reprehensi fuerint, eoquod repudiata Dei lege Augures & Pythonissas consulerent, dein mota est quæstio de Moyse, summisque Sacerdotibus, qui in fidei controversiis definiebant, & a se definita populo credenda in veteri lege publica auctoritate proposuerunt: ubi ad inutiles quæstiones digrediebantur Lutherani, an Moyses vel Aaron fuerit summus Pontifex, & utrum Aaron vituli adorationem duntaxat permiserit, vel ipsemet idololatriæ auctor exstiterit. Tum vero in Hailbrunnero notabilis in disputando hallucinatio detecta est, dum ita argumentabatur: *id tantum est norma, ad quod Deus nos ablegavit, sed ad legem scriptam nos ablegavit, ergo hæc est tantum norma*, cum tamen juxta Dialecticæ leges ponere debuisset, sed Deus nos *tantum* ad legem scriptam ablegavit; Catholici enim Doctores omnino admittebant, quod S. Scriptura sit norma infallibilis, ad quam Deus non minus Hebræos ablegabat, quam ad Moysen, Prophetas, & Sacerdotes legi scriptæ consona docentes. In tertia Sessione, quæ

quæ eadem die hora undecima meridiana habebatur, Tannerus Hailbrunneri argumentum de Aarone confutaturus ostendit, nunquam demonstrari posse, quod Aaron & Judex & Pontifex dixerit, vitulum esse adorandum: Ex adverso Hunnius ex Caiphæ exemplo demonstrare nitebatur, quod summus Pontifex errare possit: ubi vero a P. Tannero responsum fuerat, quod etsi tum ordinaria potestas & Sacerdotium nondum fuerit penitus abrogatum, summa tamen judiciaria potestas tum non penes Caipham, sed Christum Dominum exstiterit, eaque etsi a Cathedra Moysi abstraheretur, nequaquam tamen a tota Ecclesia abstrahi posset, quia Cathedra est temporalis, Ecclesia vero perpetua, Hunnius quo se verteret nescius, eo prolapsus est, ut cum Judæis Moysis Cathedram non esse temporalem, sed æternam esse affirmaret, cujus errorem suppressurus Hailbrunnerus sermonem detorquebat ad Uriam summum Sacerdotem, variis tamen suis parasangis nunquam evincere valuit, quod Urias ut Pontifex aliquid definiendo erraverit: eapropter pro veteri hæreticorum more summum Pontificem, velut duplicem hominem seu hypocritam convitiari cœperant. Postea Hailbrunnerus ex variis S. Paginæ testimo-

Sæc. XVII. A. C. 1601.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

niis demonſtrans, quod omnes, qui i
Veteri lege ſuos cultus ſecundum ve
bum ſcriptum inſtituerunt, Deo placu
rint, perperam inferebat, quod ho
Dei verbum ſit norma ſola & unica, a
quam unice reſpexerint: attamen i
probare haud poterat, cum tamen Ca
tholici Doctores ex Deutr. 32. & 1
eidem oſtenderent, quod Reges & Prin
cipes olim non tantum ad ſcriptum
Dei Verbum, ſed & ad traditiones Ma
jorum intenderint, & præter ſcriptum
Dei mandatum inſtituerint cultum De
acceptum, ſicut David cantores, cythe
ras, templi ornatum, 1. Paral. 15. 1
alii translationem majoremque ſolemni
tatem feſti Paſchalis, necnon prolon
gationem feſti ad ſeptem dies 2. Paral
30. 35. & ad futura tempora Eſther
quæ tamen omnia in ſacris literis man
data non habebantur. Die trigeſima e
jusdem Menſis Seſſio quarta præſenti
bus Bavaro, Palatino Ducibus & Lu
dovico Landgravio Leuchtenbergenſi
habebatur. In ea Hailbrunnerus hoc
propoſuit argumentum: „qui punivit
„cunctos a ſcripto Dei verbo receden
„tes, ipſo facto teſtatur, ſcriptum ver
„bum debere eſſe unicam regulam, ſed
„Deus &c. ergo. Cum autem hæc ar
„gumentatio haud abſimilis eſſet huic: Si
„Deus transgreſſores quarti præcepti
„puni

„punivit, ipso facto testatus est, quod „hæc sit sola norma Religionis & morum," hinc Catholici Doctores propositionem, quam Majorem vocant, præter Lutheranorum expectationem negabant, cum autem duntaxat ad minoris probationem accincti essent, Hailbrunnerus & Hunnius non sine magna confusione fateri coacti sunt: *putabamus majorem non negatum iri.* In quinta Sessione die primâ Decembris hora septima antemeridiana de eodem argumento disceptatum, ubi P. Thannerus ad utriusque Doctoris Lutherani objecta respondit. Eadem die horis pomeridianis in Sessione sexta Hunnius ad nauseam textus ex Deuter. cap. 4. 5. & 12. recoxerat, hinc P. Tannerus ab eodem petiit, ut de vero horum textuum sensu amice & citra molestam dictationem secum ore non calamo congredi velit: quod tamen, cum ab eo impetrare nequiret, prolixo sermone rursus ad omnes adversariorum objectiones respondit, quæ Hunnius confutare nitebatur. Postea tamen die secunda Decembris ad redimendum tempus jussu Principum sancitum est, ne imposterum ad calamum dictetur, sed singula argumenta in forma Dialectica sigillatim discutiantur, quo discusso ad alterum procedatur. Die tertia ejusdem Mensis celebrata est Sessio

Sæc. XVII. A. C. 1601.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

sio VII. & VIII. in qua Hunnius com-
probare aggrediebatur, traditiones dog-
maticas, quæ nec in Scripturis exstant
nec exinde deduci possunt, esse contra
Scripturas, quæ tamen omnia utpote jam
sæpius recocta nullo negotio a Tannero
refellebantur: postea Hunnius per
varios errabat ambages, demonstrandi
impar, quod omnis scriptura sit ita per-
fecta & sufficiens, ut omnibus exclusis
sola instruat hominem ad vitam æter-
nam, & ut ex ea sola hæreses sufficien-
ter confutari queant. Tandem Run-
gius ut hærentem Hunnium extrica-
ret, quam plurima Sanctorum Patrum
& Juris Canonici testimonia protulit,
quibus perfectionem, perspicuitatem &
auctoritatem sacræ Paginæ comprobari
putabat: attamen P. Tannerus ad sin-
gula respondens, ostendit, quod cun-
ctis hisce testimoniis duntaxat probetur,
Sacram Scripturam esse normam quam-
dam, non tamen unicam. In Sessione
IX. & Decima, quæ die quarta Decem-
bris habebatur, actum est de altera parte
Colloquii seu de Judice controversia-
rum, ubi Tannerus sequens proposuit
argumentum: „In omni Republica be-
„ne ordinata præter scriptam legem a-
„lius vivus Judex requiritur, ergo e-
„tiam in Ecclesia bene ordinata Matth. 1.
& ad Hebræos 3. requiritur Judex, qui

sicut

Sæc. XVII. A.C. 1601.

ſicut Salomon gladio Divini verbi veritatem a falſitate dividat. Dum vero Hailbrunnerus miſero effugio hanc difficultatem declinare ſtuderet, aſſerens, regnum Chriſti non eſſe de hoc mundo, Hunnius ſuppetias ferens affirmabat, quod ipſi quoque extra Scripturam Judicem, ſcilicet Deum ipſum agnoſcerent, cum autem urgerent Catholici, quod etſi Deus per ſcripturas locutus eſſet, nihilominus in fide diſſidentes hujus Judicis verba quisque pro ſua cauſſa allegaret, ac quivis ſe pro victore gereret, hic ſuos Miniſtros, tanquam fidei Judices adſtruere compellebatur: interrogatus vero, quo tandem judicio ſtandum foret, ſi diverſarum Eccleſiarum Miniſtri uti Calviniſtæ & Lutherani, vel ipſimet inter ſe in oppoſitas abirent ſententias? inſulſe reſpondit, in terris nonniſi *judicium inchoatum* eſſe, in altera vita primum expectandum eſſe judicium conſummatum, ex quo tamen inferre liceret, quod nulla in hac vita controverſia certo componi, nec verus judex ab erroris Magiſtro diſcerni poſſet. Poſtmodum quo ardentius Lutherani ſeſe ab hac difficultate expedire nitebantur, eo pejorem ſuam reddebant cauſſam, utroque Doctore fateri coactis, quod *ex teſtimonio Eccleſiæ* primitivæ duntaxat ſciamus Evangelium

Sæc. XVII. A. C. 1601.

gelium Nicodemi non esse Canonicum bene tamen illud D. Matthæi, ac de Canone non possit constare, nisi ex primitivæ Ecclesiæ assensu. Pejus vero suis consuluere, asserentes, quod de traditione circa S. Libronum Canonem nec unquam dubium aut controversia fuisset mota; si enim præter S. Literas vel unica admittitur traditio, corruit principale Lutheranorum argumentum ex cap. Deuter. petitum. Præterea id minime præterendum, quod Hunnius dum inter arcta prehensus admiserat aliquid necessario credendum tanquam historiam a Spiritu Sancto *traditam*, Protestantes hanc vocem *traditam* sibi exosam, non advertentibus Catholicis, cum acta fuerint recognita, deleverint, subrogato verbo *descriptam:* cum autem ex rasuræ vestigiis fraus & verbum *traditam* adhuc satis distincte legi potuerit, atque in authentico *Protocollo* Monacensi utriusque partis chirographo & sigillis munito illud cernere licuerit, hinc Protestantes hunc postea dolum excusantes ajebant, quod Monacenses Paginæ in promptu non fuerint.

§. XXXVIII.

Sessio XI. usque ad XIV. seu postremam.

Sessio

Sæc. XVII. A. C. 1601.

Seſſio XI. die quinta Decembris hora ſeptima meridiana inchoata eſt, in qua Tannerus hoc propoſuit argumentum. „S. Scriptura præter ſeipſam e„tiam traditiones commendat, 2. ad „Theſſal. 2. non igitur rejiciendæ ſunt,“ ad quod tamen Proteſtantes nil niſi verba & voces reponebant, dicentes, haſce traditiones eſſe quidem *Eccleſiæ teſtificationem*, quæ admittenda foret, non tamen proprie traditionem. In Seſſione XII. eadem die habita idem diſcutiebatur argumentum, actumque de *parvulorum* Baptismate, & de non rebaptizandis ab hæreticis, quæ omnia in S. literis diſerte non habentur, nec ſecluſa auctoritate Eccleſiæ evidenter ex iis deduci valent, ut tamen Auguſtanæ Confeſſionis Doctores apud vulgus exiſtimationis ſuæ jacturam non facerent, Hunnius exclamabat: *Peto, ut Notarii in acta referant, quod nihil ad argumenta reſponderit Tannerus, nec reſpondere poterit:* mox vero Tannerus viciſſim majuſculis literis notari petiit, quod D. Hunnius ſuas demonſtrationes propoſuerit, & ſane nullam earum probaverit. Poſtea idem ſex D. Auguſtini recitabat teſtimonia, quæ ad finem actorum inſerta habentur, ſub titulo: *Traditiones etiam non ſcriptas eſſe ſervandas.* In Seſſione XIII. die ſeptima Decem-

Sæc. XVII. A. C. 1601. Decembris habita actum est de tertia parte Colloquii seu de Judice controversiarum: hanc in rem Tannerus ita differebat: omnes controversiæ ad Ecclesiam, utpote ab ea judicandæ, deferri jubentur Matth. 18. illa ergo est Judex omnium &c. cum autem Hunnius ad declinandam responsionem versute evagaretur, Tannerus eidem exprobabat, quod semper *tergiversari & fallere* velit: mox Hunnius ad Serenissimum Bavariæ Ducem conversus ait: *Sereniſſime! affecti ſumus injuria, dum aliquoties vocati ſumus verſipelles*: cui Dux repositit: *vos appellaſtis Romanum Pontificem Antichriſtum, quæ eſt clariſſima & inſignis injuria*, ad quæ Hunnius debitæ reverentiæ immemor obgannire ausus, *oportet* inquit, *ſcapham appellare ſcapham, ligonem ligonem, in noſtris Eccleſiis id non eſt injuria.* Ast huic Blateroni Dux respondit, *hæc eſt inſignis injuria, quæ redundat in omnes Catholicos.* Sopita hujus Prædicantis petulantia Tannerus a suo adversario scisitabatur, *an aliquid credendum ſit, fide infallibili, quod nec in S. literis diſerte, nec ex ea evidenter deducatur*: sed integra absumebatur hora, donec tandem Hunnius *categorice*, ut scholæ loquuntur, responderit, quem Hailbrunnerus adjuvit contra leges sancitas dictans: quocirca Bavariæ

Dux

Dux ipsum interpellans ajebat: *quæso in forma respondeat, & non dictet*, ad quæ nonnisi ridicula verborum concertatio sequebatur. Die septima Decembris instituta est mane Sessio ultima, in qua Gretserus ita differebat: Post Ecclesiæ sententiam in foro hujus vitæ non sequitur alia sententia, nec judex, qui clare & distincte ferat sententiam, illa ergo est judex absolutus omnium controversiarum. Sic Arius, Nestorius, Macedonius, Severus &c. manent hæretici damnati, non ob damnationem solius Scripturæ, sed Ecclesiæ, cum præter Ecclesiam nemo clare & distincte judicare potuerit, quod Spiritus sanctus in scripturis hosce hæreticos damnarit. Tandem Hunnius ulterioris responsi molestiam a se amoturus, dixit: *jussus sum a Principibus hoc argumentum concludere*, nihilominus, cum de tali mandato minime constaret, Catholicis difficultatem urgentibus compulsus est, ut fateretur, quod *interveniente medio orationis* fideles Sacram Paginam velut suum Judicem agnoscere debeant, cum autem Tannerus objiceret, quod Sancti & eruditi Viri medium orationis adhibentes, nonnunquam tamen in errores prolapsi sint, pene obmutuit Adversarius, unice dicens: *ego judicium committo toti Auditorio*, cui Tannerus

Sæc. XVII. A. C. 1601.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

repoſuit: *Et ego judicium permitto Auditoribus, an recte reſponderis.* His ita agitatis Maximilianus Dux annuens Palatino colloquium abrumpi jubet.

§. XXXIX.

Colloquii Succeſſus.

Relat. de ortu & progreſſu Colloquii ed. Monachii ann. 1602. Argentre coll. judic. Tom. 3.

Hujus colloquii acta Ratisbonæ die vigeſima quarta Decembris primum a duobus Boici Ducis Conſiliariis et totidem Notariis necnon a ſex partim Theologis partim Tabulariis ſubſcripta ac ſigillo munita fuere, per Catholicos Ingolſtadii & Monachii, a Proteſtantibus vero Wittembergæ anno ſequenti typis edita. Eodem quoque anno Neoburgenſes Theologi non modo edito quodam ſcripto ſuas hallucinationes excuſare nitebantur, ſed & Georgius Gauglerus, qui Palatino a ſecretis, hujusque Colloquii Notarius erat, latine primum, mox Teutonico ſermone eadem acta Lauingæ edita adeo corrupit, ut Andreas Montanus triginta quinque loca aperte depravata annotaverit. Ejusmodi fallaciis freti Proteſtantes cecinere de more ſuo ſine victoria triumphum, quamvis Catholica veritas aperte triumphaſſet, prout P. Tannerus in ſua relatione de ortu, progreſſu & fine hujus colloquii demonſtratum ibat, qui,

Colloquium edit. ſecunda Lauing. 1602.

qui, si a Lutheranis publice devictus fuisset, certe Maximilianus Dux præcipere haud fuisset compulsus, ut sui satellites eum ejusque socium postremis colloquii diebus mane & vespere ad eorum ædes comitarentur; hos enim veneno aut gladio e medio tollendos minabantur Lutherani. Prodiit quoque anno 1608. hujus colloquii censura Catholica ex libris Alphonsi Tostati eruta, quæ quidem in Bibliotheca S. Genovefæ Parisiis n. 123. asservatur, dubiæ tamen fidei esse videtur. Utut autem res se habeat, id tamen omnino compertum est, quod Wolfgangus Guilielmus Philippi Ludovici Palatini Ducis Filius hæres, a tempore hujus colloquii, cui pariter intererat, circa sectæ suæ veritatem semper dubius hæserit, ac demum post obitum Serenissimi sui Parentis anno Christi millesimo sexcentesimo decimo quarto Dissel dorfii ejurata hæresi publice Catholicam fidem professus sit. Pariter ab hoc tempore tam Ratisbonæ quam alibi quamplurimis Lutherus tantopere desipere cæpit, ut præter Joannem Weininger artium liberalium Magistrum necnon Georgii Friderici Badensis Marchionis Sacellanum, Helfricus Ulricus Hunnius Marpurgæ juris Professor, Ægydii Hunnii, qui in hisce comitiis disputabat,

Sæc. XVII. A. C. 1601.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

Filius ad veram fidem ea ex cauſſa, quia Lutheri doctrina ex ſua natura perverſam vitam inſtillat, reverſus ſit, qui etiam hanc in rem præter alias dogmaticas lucubrationes *indiſſolubilia Catholicæ Religionis argumenta* edidit: Præterea poſt hujus colloquii exitum plusquam ſexaginta celebriores Viri hæreſin ejurabant.

XL.

Secundum Ratisbonenſe Colloquium.

Hiſt. Prov. Soc. Germ. Dec. 7. Binner Apparat. Sæc. XVII. Art. 7.

Anno priori Ingolſtadienſibus literis excuſus prodierat libellus, auctore vel vero vel ficto, Conrado Andreæ Jacobi Andreæ fratre, in quo hic ironice Lutherum *innocentem*, *humilem*, *veracem*, *Chriſtianum*, *devotum*, *fidelem*, *Angelicum*, *Biblicum*, *Gravem*, *caſtum*, *Sobrium*, & *denique cygnum* appellans, ex ipſis Lutheri verbis eundem omnino oppoſitis vitiis ſcatuiſſe demonſtrabat. Quindecim omnino ejusmodi libelli vulgabantur, ex quibus tres, cum abs controverſia P. Conradus Vötter Jeſuita elucubratus eſſet, ac Philippus Hailbrunnerus edito libello Magiſtrum ſuum injuſte accuſatum, accuſatorem vero ſubleſtæ fidei Virum traduceret, Bavariæ Dux finito Ratisbonenſi colloquio die nona Decembris hora poſt meri-

meridiem secunda in aulæ Episcopalis conclavi conventum, qui vulgo *Post-Colloquium* dicebatur, haberi voluit, eo fine, ut solus P. Vötterus & Hylinus unacum Hailbrunnero compararent, & intra horæ dimidium, inspectis tam Vötteri quam Lutheri libris indagarent, an jure vel injuria hic novæ Sectæ Faber fuerit accusatus. Convenerant vespere præter præfatos ex parte Catholicorum Bavariæ Dux cum Fratre suo Alberto, & Georgius Fronbergius Landishutanus Vice - Dominus necnon Joachimus Dornspergius Cancellarius. Ex Acatholicis præter Philippum Ducem ejusque Filium Wolfgangum comparuere Ludovicus a Sperberseck Aulæ Præfectus, & Georgius Ludovicus Frelich Cancellarius, qui ambos Heilbrunneros comitabantur. His confidentibus P. Hylinus ex Principibus sciscitabatur, an ad liberandam Vötteri fidem verba duntaxat Lutheri, vel sensus etiam verborum requirerent, quibus duntaxat verba cum Lutheri libris concordari postulantibus Vötterus scriptum protulit, in quo Hailbrunnerus duntaxat quatuordecim locos sibi e Luthero ostendi petebat, atque ex octo allatis editionibus primum locum tam integra fide depromptum prælegebat, ut Hailbrunneri nonnisi propudioso si-

Sæc. XVII. A. C. 1601.

Sæc. XVII. A.C. 1601.

lentio reſpondere potuerint. Idem accidit in quatuor aliis locis, qui integre cum Lutheri verbis convenire deprehendebantur. Mox Vötterus petebat, ut Philippus Hailbrunnerus oſtenderet, quo loco Jeſuitæ ſcripſiſſent: *gravius eſſe peccatum, matrimonio jungi quam fornicari*: ad hæc reſpondit Jacobus Hailbrunnerus, ejus Frater, id a Catholicis doceri de Virgine caſtitatis voto ligata: aſſerentibus autem Catholicis Doctoribus, hanc totius Eccleſiæ eſſe ſententiam, Doctor Lutheranus oppoſuit, quod D. Hieronymus Virginem Deo dicatam, ſi uri ſe ſentiret, nubere juſſiſſet, locum monſtrare juſſus, epiſtolam ad Euſtochium falſo allegabat, perlecta autem alia epiſtola ſcilicet ad Demetriadem nec ſyllaba quidem reperiri poterat, deprehenſumque eſt, quod hic Lutheranus duntaxat objecta ad tuendos ſuos errores ex Bellarmini controverſiis propoſuerit, diſſimulatis ejusdem reſponſis. Poſtea Lutherum ſuum, contra Vötteri libellum, cui titulus: *Lutherus verax*, vindicare juſſus varia tergiverſatione impoſitam ſpartam declinabat: cum vero viciſſim Lutherani peterent, ut Vötterus oſtenderet, quod Lutherus de ſeipſo ſcripſiſſet: *Ego ſum Chriſtus*, ambo Hailbrunneri hanc temeritatem miſero effugio excuſare nitebantur:

Tom. 1. edit. Wittemb. T. 2. fol. 96.

bantur: dein Hailbrunnerus ſpurciſſimos locos ex tomo octavo ſtercorei ſui Magiſtri legere juſſus in ipſo lectionis progreſſu fœtorem haud ultra ſuſtinuit, nec ullis precibus, ut pergeret, exorari potuit. Parcebatur Viri verecundiæ, cumque locus proferretur, in quo Lutherus renitente conjuge ancillam adeundi marito poteſtatem facit, & Lutheranus reponeret, quod id in exemplum nunquam iverit, mox ejusmodi exemplum ex Joannis Piſtorii anatomia allatum eſt. Prolatis poſtea ceteris P. Vötteri libellis, ac cum ſuo fonte collatis omnia convenire deprehendebantur, demum ſermone aliorſum diſtracto de jurgiis, quibus in fidei controverſiis Hunnius & Huberus ambo Proteſtantes, inter ſe collidebantur, necnon de Jeſuitarum doctrina aliisque ultro citroque decertatum eſt. Hac igitur diſceptatione ad quatuor horas protracta ambo Juniores Principes Albertus & Wolfgangus Vötterum & Hylinum amice in conclavi detinuere, quos Maximilianus & Palatinus Duces ad cœnam invitabant, quam tamen gratiam hi omnino deprecantes domum reverſi ſunt: ambo autem Hailbrunneri, qui diſceſſum ſimulabant, cum Palatinis Miniſtris cœnam ſumpſere, in vulgus falſo ſpargentes, ſe Principum Menſæ adhibi-

Sæc. XVII. A.C. 1601.

Jen. edit. §. 1. *fol.* 215.

Tom. 2. *Jen. edit. fol.* 310. §. 2.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

tos, Jesuitas vero torvo vultu domum recedere jussos. Paulopost Philippus Hailbrunnerus hujus Post-colloquii relationem amicis suis scriptam communicabat, quo comperto P. Vötterus anno Christi millesimo sexcentesimo secundo sub nomine Conradi Andreæ libellum Ingolstadii teutonico idiomate edidit, cui titulus: *Revocatio publica, qua Conradus post Ratisbonense colloquium sponte in se reversus, nunc in optima forma profitetur, quod Luthero in suis quindecim editis libellis; sub titulo* Lutherus innocens, *injuriam fecerit.* Hunc libellum ipsi Hailbrunnero tanquam præcipuo hujus ironicæ revocationis Autori dicabat. Eodem anno idem Conradus ibidem alium vulgabat libellum ita inscriptum: *Elegans munusculum in honorem Philippi Hailbrunneri, suique Fratris, & Neoburgici Prædicantium Consistorii obnuper divulgatum Ratisbonense Post-colloquium cum sponsione prompti responsi specialiter & ad interim nuncupatum.* In hoc postremo libello veluti decimo sexto argumento Author ad confutatam suam Post-colloquii narrationem respondens comprobatum reddebat, qualiter Lutherus in desolata Germania innocens sit. Eodem argumento anno 1606. Monasterii in Westphalia & anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo quarto

Strau-

Straubingæ per Conradum Andreæ alius libellus sub titulo: *innocens Lutherus*, prodiit. Sæc. XVII. A. C. 1601.

§. XLI.

Novæ Benedictinorum Congregationis initia.

Auspicatiore successu necnon uberiore Ecclesiæ proventu hoc anno in Lotharingiæ Ducatu perficiebatur nova Benedictinorum Congregatio sub invocatione SS. Vitonis & Hydulphi Viroduni erecta, cujus egregium reformationis exemplum plures Franciæ Conventus Ordinis S. Benedicti postea adoptarunt, unde approbante Ludovico XIII. facta Lotharingiorum a Gallis divisione celebris admodum exorta est Congregatio S. Mauri. Novæ autem hujus Reformationis hæc erant initia. Civilium bellorum calamitas, ac hæresum licentia sensim non modo populum sed & Clerum morum pravitate atque opinionum libertate usque adeo corruperat, ut in antiquioribus etiam Monasteriis disciplina ferme penitus collapsa videretur. Quocirca jam ante sex annos Carolus Lotharingius Cardinalis a Gregorio XIV. legatus a latere nominatus convocatis Legationis suæ Abbatibus cuncta Monasteria ad severiorem

Hist. Eccles. de Lorrain. tom. 3. l. 33. du P. Calmet.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

riorem disciplinam revocare constituit; spe tamen sua frustratus; hæc enim gloria Erico Valdemontii Principi & Virodunensi Episcopo reservata videbatur. Hic propositum suum manifesta Jesuitis, quibus tantopere addictus erat, ut Anno Christi millesimo sexcentesimo primo nonnulli oblato libello apud Henricum Franciæ Regem quererentur, quod hic Antistes totus ab arbitrio Jesuitarum penderet, atque ex ipsorum instinctu cuncta Ecclesiæ officia nonnisi Viris eorum Societati propensis concederet, proin necessarium foret, ut Jesuitis Confessiones excipiendi facultas demeretur, eorum Congregatione penitus suppressa. Dissipata hac tempestate nihilominus in præconcepto Benedictinos in Lotharingia reformandi proposito perseverat, ac inter ceteras Abbatiam S. Vitonis, quam fiduciario nomine possidebat, velut angularem novæ disciplinæ lapidem potissimum eo nomine seligit, quod Monachi ibidem sine offensione viverent, & eorum potissimi Jesuitarum Sodalitati, quam *Congregationem* appellitant, adscripti essent. Habito igitur tam Clericorum quam Regularium conventu præfatam Abbatiam lustrat, quo facto Religiosi Patrem Desiderium de Cour ad Prioris Officium communi suffragio nomi-

nominant. Hic Vir tam profunda emi- Sæc. XVII.
nebat humilitate, ut huic oneri nun- A. C. 1601.
quam ſuos ſuppoſuiſſet humeros, niſi ipſemet Epiſcopus eidem ob oculos poſuiſſet, quam gravem Deo redditurus eſſet rationem, ſi ſaluberrimum reformationis negotium ſua præpediret pertinacia.

§. XLII.

Difficultates ex novæ diſciplinæ propoſito exortæ.

Interea Ericus, prout promiſerat, a *Chronic. S. Bened. tom. 4. c. 9. fol. 183.* ſummo Pontifice Clemente VIII. diploma impetrabat, vi cujus P. Deſiderius Abbatiam S. Vitonis e ſolutiore diſciplina ad primævum S. Benedicti inſtitutum reducendi, ac reluctantes Eccleſiaſticis etiam cenſuris coercendi facultatem obtinuit. Pontificiis hiſce literis in Religioſorum conſeſſu perlectis de opportunis hanc Reformationem ad exitum deducendi mediis agebatur, ubi plurimorum ſententia eo abibat, per nova ſtatuta Religioſos unicę ad id compellendos, ut ſervatis tribus Votis abſque Superioris permiſſu e Monaſterio ad urbem nonniſi comitante ſocio exirent, ſimulque ea, quæ privatim poſſiderent, in commune referrent, cunctisque de omnibus ad menſam, & veſti-

Sæc. XVII. A. C. 1601.

veſtitum neceſſariis per Superiorem liberaliter provideretur, ac denique ipſi integrum foret, finito prandio animum honeſto ludo recreare. Finita hac deliberatione Epiſcopus Monachos adeſſe juſſit, eisdem indicta anathematis poena injungens, ut quivis pecunias & pretioſa, quæ haberent, in medium proferrent, ſponſione facta, quod ſive ſani ſive infirmi forent, deinceps nihil ipſis deeſſe pateretur. Juſſis ſine mora paruere Monachi: dum vero de ceteris novæ diſciplinæ articulis ſenſim exequendis agebatur, tantæ exin oriebantur difficultates, ut Pater Deſiderius, cui novæ hujus reformationis ſumma nunquam probabatur, Epiſcopum ſupplex adiret, ut vel ſui officii abdicationem admitteret, vel aliis mediis Abbatiæ reformationem promovere ſtuderet, cum nova hæc diſciplina potiſſimæ parti ſit odioſa, ac demum vulnus tegeret, ulcus vero non ſanaret. Igitur Epiſcopus iterato convocatis Clericis ſuis hac ſuper re deliberat; non pauci tamen, atque inter eos P. Toroncius & P. la Tour, Jeſuitæ, qui in Antiſtitis animum magnam habebant auctoritatem, ſeverioris, quam propoſita eſſet, diſciplinæ propoſito vehementer ſeſe opponebant, aſſerentes, quod veteris regulæ rigorem cuncti præſentes

Reli-

Religioſi ferendo impares eſſent: Sæc. XVII. A.C. 1601.
„Ferme omnium, addebat Toroncius, „hujus Abbatiæ Religioſorum indolem „mihi perſpectam habeo, quocirca ſpon„deo, quod intra ſemeſtre cunctos ad „omnia, quæ ab eis honeſte exigentur, „omnino aptos reddere velim, dummodo „alius poſt alium ad meum mittantur „Collegium ibidem, me Ductore, Sacris „vacaturi exercitationibus.„ His repoſuit P. Deſiderius, quod non modo ſemeſtre, ſed integrum etiam annum illis lubens concederet, certus tamen foret, quod nullus e Religioſis ſuis, niſi forte unus aut alter, ſeſe reformationi ſit ſubjecturus. Prævaluit quidem Jeſuitæ conſilium, ſponſioni tamen non conſonabat exitus; omnes enim Monachi ſacras haſce commentationes obibant, quin unus quidem de amplectenda nova diſciplina cogitaret: hinc Pater Toroncius coram Epiſcopo fateri cogebatur, nil aliud ſupereſſe, niſi ut Abbatia in probationis domum converteretur, in qua Tyrones in hujus diſciplinæ exercitio adoleſcerent: de cetero de priſtinæ regulæ fervore nequidem cogitandum, cum omnes illius ſeveritate abſterrerentur: Attamen P. Deſiderius ingenti Religionis zelo animatus ita reſpondit, „hoc non hominis, „ſed Dei opus eſt, nihilque, quod ſu-

„perari

Sæc. XVII. A.C. 1601.

„perari nequeat, S. P. Benedictus illi „quos Deus vocat, impoſuit.„ H auditis mox Jeſuitæ vela vertentes ai bant, quod Pater Deſiderius nihil pro poneret, quod non per plurima ſæcu a S. Benedicti Filiis ad amuſſin fuiſſe obſervatum, ſique hoc opus a De procederet, brevi optatus ſequeretu effectus: Præterea Epiſcopo ſpondebant quod viginti quatuor ſcholares ætat ac ſcientia maturos ſuppeditare velin ut mox veterem Regulam profeſſi Sa cerdotio initiari valerent. His ita con ventis ſancitum eſt, ut juxta norma a P. Deſiderio præſcriptam reformation initium daretur; unde quamvis Jeſuit nonniſi quatuor Scholares ſubmiſiſſent hi tamen die vigeſima Januarii Sacr habitu induuntur; jam tum eſurialibus cibis menſa ſterni, manuum labor re vocari, evulſisque florum radicibus le gumina ſeminari cæperant: nondum tamen ſingulares corporis afflictationes Novitiis imponebantur, ſola adhortatio ne illis facta, ut ludibria, injurias, & ob jurgationes, quibus continuo ab anti quioribus Monachis, imo ipſis etiam fa mulis affligerentur, patienter tolera rent. Tam tenue principium exiguam perficiendæ Reformationis ſpem augu rabatur: haud parum tamen novi Ty rones in ſuo firmabantur propoſito, dum

Pater

Pater Blasius Valtierus, qui jam ante triginta sex annos in Abbatia S. Agerici Prioris Officio fungebatur, novo huic instituto nomen dederat, cui etiam quidam juvenis, qui in Abbatia S. Vitonis jam a septimo ætatis suæ anno pro more illius ævi habitum induerat, sese adjunxit. Exacto autem tyrocinii anno die trigesima Januarii anno reparatæ Salutis millesimo sexcentesimo omnes sex hi Novitii solemni votorum sponsione sese Deo dicabant, præsentibus ipso Episcopo, tribus Abbatibus, quatuor Archidiaconis, cunctis ferme Canonicis, & Nobilium quamplurimis. Jam antea iidem Novitii juramenti religione sese obstrinxerant, quod nunquam Religiosum, qui ad nova statuta exacte observanda animum non satis paratum exhiberet, novæ Congregationi cooptare, nec Superiorem nisi Regularis observantiæ studiosum eligere velint. Sæc. XVII. A. C. 1601.

§. XLIII.

Nova Congregatio sub nomine SS. Vitonis & Hydulphi a Pontifice confirmata.

Jactis hisce fundamentis numerus eorum, qui novum hoc institutum amplexi sunt, indies tantopere crescebat, ut hæc reformatio tandem firmo pede consi- *P. Calmet Hist. Eccl. l. 33. Bullar. Cassin t. 2. p. 645.*

Sæc. XVII. A. C. 1601.

consistere videretur, ac Religiosi, qu illius progressum impedire desperabant novis hisce plantis Conventum suum cedere statuerent: quocirca Abbas ali loco eisdem extra claustrum assigna bonorum divisionem, quæ non ita pri dem illos inter & reformatos facta era ratam habebat. Postea Pater Desid rius clam e Monte Cassino habitum, qu hujus Congregationis Monachi in Ita lia vestiuntur, deferri curavit, eodem que indutus in Capitulo comparuit, cujus exemplum præprimis Pater Hum bertus Roletus ac postea ceteri omne sequebantur. Hac igitur Abbatia ad arctiorem disciplinam tam feliciter re ducta Episcopus eandem quoque in Ab batiam sancti Hydulphi, cujus pariter ut vocant, Commendatarius Abbas e rat, propagare statuit, huncque in fi nem a summo Pontifice Clemente VIII diplomate obtento præcepit, ut hæc Abbatia quatuor Monachis ex Abbatia S. Vitonis adventantibus relinqueretur, qui etiam in illius possessionem hoc an no die tertia Novembris introduc-bantur, communicatis omnibus privilegiis, quibus Congregatio Cassinensis locu pletata est. Hoc itaque modo exigua hæc Congregatio, quæ tum nonnisi ex Abbatia S. Vitonis & illa S. Hydulphi constabat, prospere erecta Cassinensi con-

conjuncta est: postea vero ab eadem fuit segregata, & progressu temporis omnibus Lotharingiæ, Barii, Metis, & vicinæ regionis Abbatiis aucta. Anno autem Salvatoris nostri millesimo sexcentesimo quarto die septima Aprilis Clemens VIII. edito diplomate novam hanc Congregationem sub nomine SS. Vitonis & Hydulphi auctoritate Apostolica confirmabat, cunctaque privilegia Congregationi Cassinensi, ad cujus normam hæc erecta erat, a summis Pontificibus collata eidem quoque indulgebat. Eo tempore tota Congregatio nonnisi viginti tres Sacerdotes & quinque Fratres laicos complectebatur, anno autem sequenti Abbatiam S. Michaelis, necnon Longevillanam, & anno millesimo sexcentesimo septimo illam S. Avoldi cum pluribus aliis sibi aggregabat.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

§. XLIV.

Essexiæ Comes in Anglia captus.

Hunc annum non modo postremum, sed & oppido funestum experiebatur Robertus Devoreusius Essexiæ Comes, qui Elisabethæ Angliæ Reginæ olim in spem usque nuptiarum charus, aut fortunæ blandientis satietate aut æmulorum invidia, aut proprii criminis

Thuan. l. 125. Mercur. Gallobelg. ad hunc ann. Rapin. Thoiras hist. d'anglet. Cambden in vit. Elis.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

culpa non modo regio favore excidit, ſed inſuper in ferali pegmate vitam finiit. Erat in aula Robertus Cæcilius, qui Reginæ ab epiſtolis plurimum apud eandem gratia valebat, ac proin Comitem cui diuturna æmulatione infeſtus erat ab Eliſabethæ conſortio amovere nitebatur, eidem falſo perſuadens, quod Eſſexius ambitione tumidus varia in Regni perniciem moliretur, ac propterea conſultum foret, ut obtentu expeditionis contra rebelles in Hiberniam ablegaretur. Placuit Reginæ conſilium, nec ſpartam recuſabat Comes, ea tamen lege, ut quoties reipublicæ expedire videretur, non exſpectato Reginæ mandato in Angliam redire poſſet. Id quoque ejus precibus datum, publico diplomate deſuper conceſſo, quod tamen ſimulac Comes in Hiberniam venerat, per privati ſigilli literas revocatum eſt. Re comperta Eſſexius ſecretis cum Tyrennio Comite induciis in Angliam revertitur: mox vero cuſtodiæ datus ab omni munere publico removetur, quæſito obtentu, quod pernicioſa cum Tyrennio Comite conſilia fovens indultis induciis ſeditionem in Hibernia foviſſet: brevi tamen libertati redditus interdicto duntaxat Aulæ acceſſu ad ruſticum prædium ſecedere jubetur, ubi indignatione audaciam acuente primum

primum asperioribus verbis literisque in Elisabetham invehitur, postea communicato cum suis consilio Reginam capere, suosque hostes aula exturbare constituit, hancque in rem datis ad Scotiæ Regem literis eidem significabat, quod illum potentiores in aula Proceres, quos inter Cæcilius & Nortinghamus Antesignani essent, a Regni Anglici successione dejicere, sceptrumque ad Hispaniæ Infantem transferre molirentur: proin ad dissipanda hæc conjuratorum consilia necessarium foret, ut decretis in Angliam legatis jus in Regnum sibi asseri, cunctosque Hispani Regis clientes aula & Senatu excludi peteret. Præterea, si tamen Cambdeno fides, Essexius quosdam Presbyterianos Pastores, imo & quosdam Catholicos in suas partes pertrahere satagens, eisdem duram conditionem, ad quam tyrannico Reginæ imperio redacti essent, studiose exaggerabat, facta melioris fortunæ spe. His ita constitutis Sontamptoniæ Comitem aliosque sibi addictos convocat, eisdem exponens, quod centum & viginti Nobiles ad arma paratos numeraret, qui aut Regium Palatium invaderent, aut ipsam Reginam captam abducerent. Frequentior hic Nobilium concursus Essexii fidem suspectam reddebat, unde Senatu in magni

Sæc. XVII. A. C. 1601.

Sæc. XVII. A.C. 1601. Thesaurarii ædibus habito Comes adesse jubetur, qui valetudinem obtendens altera die Londinum cum suorum quingentis ingredi, populumque ad seditionem concitare decernit: Re autem per Ferdinandum Gurgum e conjuratis unum detecta, Regina ad Druri ædes, ubi Essexius cum Rutlandio & Sontamptonio Comitibus diversabatur, Burkustum, Worcestriæ Comitem & Knollerium ablegat, sciscitaturos, quo tandem hic armatorum numerus spectaret: his reposuit Comes, sibi sat compertum esse, quod in suam necem inimici ejus conspirassent, proin in vitæ suæ defensionem hos amicos esse convocatos: his dictis Legati aliquamdiu ab Essexio inclusi detinebantur, qui tamen in aulam reduces sibi vim ab eo illatam dicebant. Essexius autem quantocius cum suo agmine Londinum contendit, elataque voce adversus vitæ suæ insidiatores populi procerumque opem implorat: cum autem nullos omnino motus in sui favorem fieri cerneret, seque in pluribus urbis plateis tanquam perduellem præconis voce proclamari comperiret, fuga sibi consulere statuit.

§. XLV.

Extremum Essexii Comitis supplicium.

Jam

Jamjam omnes plateæ Regio milite obsessæ, cunctæque urbis portæ occlusæ Comiti fugæ opportunitatem intercludebant, nihilominus desperatione audaciam stimulante sibi sclopetis, ensibusque viam aperire statuit, haud improspero successus initio; etsi enim suorum aliquot cæsi, & Bluntus graviter vulneratus esset, ipse tamen reflexo ad flumen itinere ad ædes suas conscensa navicula confugit, ubi tamen a Reginæ copiis undique cinctus, ac sese dedere compulsus una cum Rutlandio & Sontamptonio Comitibus, necnon Cronwello, Sandeo, Montaquila, Daversio & Bromleio ad turrim abstrahitur: die autem duodecima Februarii Thomas Lee intimus Tyrennii Comitis amicus crudelitate nunquam audita Reginæ jussu perimitur, ea ex caussa, quod eum, qui Essexium liberaturus esset, egregium facinus perpetraturum dixisset. Postea die decima nona ejusdem Mensis Essexius, & Sontamptonius in Westmonasterienſi aula coram Judicibus sistuntur, moxque accusationis capita perleguntur, ea autem hæc erant, quod I. Essexius cum suis urbem regiumque Palatium vi occupare, ipsamque Reginam custodiæ dare machinatus sit II. Pernicioſa cum Tyrennio Comite, Hispanis, Jesuitis, Catholicis & cum Scotiæ

Sæc. XVII. A. C. 1601.

Flosc. Hist. ad ann. 1601. Cambden vit. Elisab.

Hugo Grotius Hist. l. 10.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

tiæ Rege consilia agitarit. III. A Regina ad ipsum Delegatos injurioſe detinuerit, mortem eis, si discedere tentarent, comminatus. IV. Urbem armata manu ingressus, populum ad seditionem concitarit: Ad hæc captivi nil aliud respondebant, nisi quod nunquam de vi Reginæ inferenda cogitarint, sed tantum adversus hostium suorum molimina opem quæsiissent. Nihilominus pronuntiata capitis sententia Rei in Turrim reducuntur, moxque Essexius sibi Athtonem Presbyterianorum Pastorem accersiri jubet. Hic vero, ut testatur Cambdenus, Comitem urgebat, instabatque, ut sincera confessione cuncta, quibus sua gravaretur conscientia, eidem aperiret, absdubio *æternam subiturus pœnam, si quicquam hanc conspirationem concernens celaret, aut cunctos suos complices prodere nollet:* Hujus Ministelli verbis deceptus Comes plures alios perduellionis reos esse nominatim declarabat, imo hæc oretenus manifestasse haud contentus, terrore sibi per suum Pastorem injecto, atque accerrimo conscientiæ stimulo, quo illum perstrinxerat, necnon atrocitate pœnarum gehennalium, quas idem minitabatur, perculsus Comes etiam scriptotenus cuncta confirmabat. Perceptis omnibus tandem dies vigesima quinta

quinta Februarii illuxit, qua capitis sententia executioni daretur: eadem autem die Regina missso ad Turrim Tribuno supplicium differri, mox autem illud maturari jussit, quæ mentis fluctuatio, an vera vel simulata fuerit, crebris tamen satyris ansam præbuit, quibus Elisabetha exhibebatur tanquam mancipium, quod a libidinis, iræ, vindictæ & ambitionis affectibus quaquaversum raptaretur: nihilominus præstituta die Essexius e Turri ad ferale pegma deductus tertio demum ictu capite plexus est, quod Londinensi turri affixum diu spectaculum Reginæ præbuit. Die autem decima Martii Daversius, Merikius, Darius & Cussius extremo supplicio necati sunt, idem quoque fatum subiit Christophorus Bluntus, qui in Catholicæ fidei professione constans obiit: Comes vero Sonthamptonius, necnon Henricus Newillus Franciæ legatus in carcere ad Reginæ arbitrium captivi detinebantur.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

§. XLVI.

Petri Bocherii obitus.

Inter Scriptores Ecclesiasticos, qui hoc anno mortalitatem exuerunt, primo loco recensendus venit Petrus Bocherius, qui Gandavi in Flandria natus huma-

Aubert. Miræ. Script. Sæc. XVII. Sweert. Ath. Belg.

Sæc. XVII. A. C. 1601. humanioribus literis tantam navabat operam, ut latini & Græci idiomatis peritia clarus ingenii sui aciem non sine omnium admiratione excoleret, ac uberrima excogitandi, gratoque lepore describendi facultate præditus de quovis obvio argumento carmina pangeret, inter quæ præcipue celebratur *Tumultus Panicus seu Belgicus* heroico carmine conscriptus. Ingenuis tamen hisce artibus ingenii sui amplitudo haud expleri potuit, unde animo ad severiores disciplinas admoto intra exiguum temporis spatium profundissima Theologiæ arcana mira facilitate assequebatur, ac Lovanii Doctoratus laurea decoratus ad Christianæ Reipublicæ utilitatem haustæ scientiæ proventus impendere statuebat, quocirca ferventibus Belgicis tumultibus, quos *Panicos* appellitabat, falsa hæreticorum dogmata firmissimis argumentis confutare adlaborabat, atque in hac exercitatione integros sexaginta annos insumens Bruxellis, Antwerpiæ, Gandavi, Dordraci, Lovanii, Hagæ Comitum & Cliviæ immoto Religionis Zelo publice Theologiam tradebat, non sine ingenti Auditorum compendio, ac hæreticorum invidia. Erat in refellendis Acatholicorum erroribus acerrimus, in peccatoribus ad meliorem frugem reducendis

cendis potentissimus, ac in persuadendis Auditoribus rara facilitate ac efficacia præditus: neque sacra hac eloquentia tantum, sed & scriptis doctrina & pietate uberrimis sese celebrem reddidit. Edidit plura volumina Homiliarum in epistolas quadragesimales & Dominicales totius anni. Opera autem posthuma, quæ posteris reliquit hæc sunt, tractatus in *Missaliturgos seu Missæ Osores*, *Apologeticum pro fidelibus defunctis:* Dialogi *duo de Jurgio conjugali. Enchiridion Theologiæ Pastoralis*, ac denique Dialogus inter Cenophilum & conjugem Eulaliam, in quo Calvinistarum secta *Christi pellex*, Ecclesia vero Romana *Christi sponsa* appellatur. Hæc typis edita publicam lucem aspexere: plura tamen adhuc in Patrum Dominicanorum, qui ipsius lucubrationum hæredes exstitere, Bibliotheca nondum typis excusa Gandavi asservantur, ubi etiam hic Vir annis & meritis plenus die duodecima Februarii anno ætatis suæ octogesimo quarto, Salutis nostræ millesimo sexcentesimo primo fatis cessit. Sæc. XVII. A. C. 1601.

§. XLVII.

Petrus Tyræus mortuus.

Huic adjungimus Petrum Tyræum natione Germanum Novesii ad Rhe- *Miræus Script. Sæc. XVII. Alegambe Bibl. Script.*

Sæc. XVII. A. C. 1601. num in Diæceſi Colonienſi natum, qui anno ætatis ſuæ decimo quinto Societatem ingreſſus, ac vario ſcientiarum genere excultus in Academiis Trevirenſi, Moguntina & Herbipolenſi annis ſeptem, & viginti partim Profeſſoris partim Concionatoris munere fungebatur, tandem vero aſſiduo labore in Religionis utilitatem impenſo abſumptus novem Menſium moleſta tabe hoc anno die tertia Decembris obiit. Ex libris, qui typis proſtant, ſequentes recenſentur I. duo Tractatus de feſto Corporis Chriſti & Sacramentali Confeſſione Moguntiæ anno Domini milleſimo quingenteſimo octogeſimo quinto editi. II. Anno ſequenti Moguntinis itidem literis excuſa prodiit diſſertatio de Poteſtate Eccleſiaſtica III. libelli duo de vera fide & jure vocationis contra Pſeudo-Evangelicos anno milleſimo quingenteſimo octogeſimo ſeptimo Moguntiæ typis vulgati IV. vix elapſo anno edidit, Examen theſium Toſſani Calviniani, necnon tractatum contra apologiam ejusdem Toſſani, unacum libello de clandeſtinorum Matrimoniorum Juſtitia. Plures alios conſcripſit libellos, præcipue vero calamum ſuum exercuit circa argumentum, quod plerumque ex credendi facilitate naſcitur, viva phantaſia enutritur, atque in illuſionibus

nibus seneſcit, & cum infamia moritur: Exſtant enim ab eo plures libelli de varii generis apparitionibus, de obſeſſis, de locis infeſtis, nocturnisque terriculamentis, ex quibus non pauca Pater Candidus Brognollius Ord. Minorum in ſua Alexicacon mutuatus eſt. Sæc. XVII. A. C. 1601.

§. XLVIII.

Antonii Carvallii & Antonii Cordeſii fata.

Ex eadem Societate inter illius ævi Theologos celebrem ſe reddidit Antonius Carvallius natione Luſitanus, patria Ulisſiponenſis, qui humanioribus literis apprime excultus, atque eloquentiæ arte inſignis Philoſophiam ac denique Conimbricæ, Eboræque Theologiam viginti annis tradebat, obiit Conimbricæ ſexagenarius eodem die, quo ante quadraginta quatuor annos Societati nomen dederat. Scripſit commentarios in primam ſecundæ, & ſecundam ſecundæ Divi Thomæ. Alter erat Antonius Cordeſius natione Hiſpanus patria Catalaunus, qui anno Dominicæ incarnationis milleſimo quingenteſimo decimo nono in oppido Olet natus, in Societate, quam anno vigeſimo ſexto ætatis ſuæ ingreſſus erat, varia munera non ſine laude obibat; tandem vero

Miræus l. c. Philipp. Alegamb. Bibl. Script.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

vero hoc anno die decima sexta Martii octoginta duos annos natus peste contactis inserviens ad vitam immortalem transiit. Paratum prælo reliquit tractatum *de triplici via Purgativa, illuminativa & unitiva*, necnon alios libellos de oratione, Sacramentis, & Decalogo. Edidit quoque Florentiæ suppresso nomine *itinerarium Perfectionis Christianæ*, necnon Catechismum Valentiæ excusum.

§. XLIX.

Joannis Heurnii extrema.

Thuan. hist. l. 126. Frecher. Papadopol. tom. 2.

Nec silentio prætereundus est Joannes Heurnius, pervetusta familia e Belgio die vigesima quinta Januarii anno a Nativitate Christi millesimo quingentesimo quadragesimo tertio Ultrajecti natus. Hic Lovanii humanioribus literis sedulam quidem conferebat operam, fortuna tamen juvenilibus studiis suis adeo non favebat, ut decimum quintum ætatis suæ annum jamjam egressus nondum in Grammatica profectum facere potuerit; tandem vero ingenii tarditatem indefessa diligentia nocturnisque vigiliis expugnans, feliciore successu ibidem sub Gemma Frisio ad artis Medicæ studia animum intendit, ac postea Lutetiam Parisiorum profectus

sub

ſub Ludovico Dureto Regio Medicinæ Profeſſore hujus diſciplinæ præcepta celeriter æque ac profunde attigit. Poſtea Patavium & Ticinum delatus ibidem Medicæ Facultatis Doctor creatus, anno Domini milleſimo quingenteſimo octogeſimo primo Lugduni Profeſſor renuntiabatur, quo munere per viginti omnino annos ſumma cum laude functus die, qua natus erat, undecima Auguſti anno ætatis ſuæ quinquageſimo octavo ex calculo obiit. Præter plurimas Medici inſtituti lucubrationes ſcripſit *reſponſum ad ſupremam Hollandiæ Curiam, nullum eſſe aquæ innatantium lamiarum judicium*, & librum *de humana felicitate.*

Sæc. XVII. A. C. 1601.

§. L.

Fauhetii, Bernartii, & Franchiſi obitus.

Hunc ipſum annum ſibi quoque funeſtum habebant alii Scriptores eruditione clari, quos inter primum recenſemus Claudium Fauhetum, qui Pariſiis natus, omnique ferme ſcientiarum genere excultus mira in publicis negotiis dexteritate pollebat, quapropter in Regium rei Monetariæ Præſidem nominatus ab ipſo etiam Cardinali Turnonio ad Franciæ Regem ferventi-

Sammarth. elog. l. 5. Baillet jug. des Trad.

Sæc. XVII. A. C. 1601. ventibus Etruriæ tumultibus decer batur, qua legatione tam prospero su cessu tamque singulari prudentia fu ctus est, ut ad altiores honorum dig tates sibi viam sterneret: nec tam propterea ingens negotiorum moles gr tum literarum otium interturbare p terat, quin pluribus iisque eruditi mis lucubrationibus se literariæ Re publicæ optime meritum redderet. Ed dit enim in Gallico idiomate tractatu *de libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ*, alia *de antiquitatibus veterum Gallorum*, ne non librum *de origine Equitum, insigniu & armorum, quibus Galli olim in bell usi sunt*, præter plures alios tractatus qui unaomnes anno Christi millesim sexcentesimo decimo Parisiis, anno au tem sequenti Genevæ excusi prodiere Hunc sequitur Joannes Bernartius, qu Mechliniæ jurisprudentiam edoctu haud ingratus Justi Lipsii Discipulus e rat: Scripsit utilissimum Tractatum *utilitate legendæ Historiæ*, necnon celeb ratissimos commentarios in Statium & Boetii consolationem Philosophiæ. Plu rimorum adhuc ingenii sui monume torum spem mortis præmaturæ invidi posteris eripuit; quippe nonnisi trigint annos natus hoc anno Mense Januari mortalitatem exuit. Postremo loco re censendus est Vincentius Franchis Nea

po

poli Anno reparatæ Salutis milleſimo quingenteſimo trigeſimo primo natus, qui naturæ beneficio eloquentiſſimus, inſuper facilis omnino & planus in explicandis jurisprudentiæ præceptis, ſolidusque in applicandis exſtitit, quas egregias animi dotes necnon ſcientiam uberrime hauſtam in Cauſſidici munere, quo adoleſcens adhuc fungebatur, luculentis teſtimoniis comprobabat: quocirca primo Neapolitani Regni Conſiliarius, ac demum Præſes a Philippo II. Rege renuntiabatur. Edidit quatuor volumina deciſionum ſacri Regii Conſilii Neapolitani. Sæc. XVII. A. C. 1601.

§. LI.

P. Petrus Zarba aliique Carmelitani Ordinis Scriptores mortui.

Obiit pariter hoc anno Leocatæ in Sicilia die duodecima Februarii P. Petrus Zabra patria Melitenſis. qui decimo octavo ætatis ſuæ anno Carmelitarum ordinem profeſſus tam inſignem in literis profectum fecit, ut non modo Theologiæ Lector, ſed & ejusdem Facultatis Laureatus Magiſter crearetur: Singulari inſuper animarum Zelo fervidus inter celebriores ævi ſui Eccleſiaſtes numeratus eſt. Poſtea propriis duntaxat ſuffragantibns meritis Tribunali

Sæc. XVII. A. C. 1601.

nali S. Officii Melitensis Consultor ad scriptus per plures annos hoc munen cum indefessæ diligentiæ ac integrita tis laude functus est. Scripsit varios Theologiæ tractatus de Deo uno & tri no, de Verbo incarnato, necnon de Gratia: Edidit quoque librum de casi bus raris conscientiæ, ac denique Con ciones pro Adventu, quadragesima & Festis. Huic accensendus venit Ludo vicus Marion natione Gallus, Provinci Neustrius, Carmelita antiquioris obser vantiæ, qui in Conventu Rotomagen Theologus, Doctor, ac Concionator scripsit septem libros, in quibus haben tur Sermones quadragesimales, Ad ventuales, & Dominicales; nec non unum opus sermonum a Dominica pri ma post Epiphaniam usque ad Purifi cationem præter Carmina quædam in laudem Sanctissimi Sacramenti: Inter Ascetas quoque haud postremum locum meretur P. Isidorus a S. Ægidio natio ne Belga, patria Geldrienſis, qui per omnia Religionis exercitia ac munia tam Bruxellensis, Mechlinienſis, quam aliorum Conventuum sublimatus, Vir pietate singulari præstans die vigesima quinta Januarii ætatis suæ anno quin quagesimo octavo Prior Gandavi naturæ debitum solvit. Edidit opera nonnul la, quæ inscribuntur. I. Vena fontis vitæ

vitæ II. incitamentum devotionis ad S. Joseph. III. Spiritualia exercitia IV. Thesaurus amoris erga B. V. V. Corona Stellarum duodecim. VI. Excitamenta ad devotionem erga imaginem B. V. Neapolitanæ. Sæc. XVII. A. C. 1601.

§. LII.

Richardi Strinii mors.

Huic merito accensendus venit Richardus Strinius Austriacus Nobilis de Schwarzenavia, qui anno post Christum natum millesimo quingentesimo trigesimo octavo Argentorati humaniores literas didicit, ac postea generis sui splendorem cum impigro bonarum artium studio conjungere intentus, præcipue Philosophiæ, Historiæ ac Theologiæ sedulam navabat operam, tandemque ex crebra librorum lectione tam amplam antiquitatum, & præcipue Romanarum cognitionem, sub magisterio celebris Francisci Hotmani hauriebat, ut viginti annorum juvenis jam eruditissimum opus de *gentibus & familiis Romanorum* ederet. Eapropter eruditionis suæ fama in Imperatoris aulam perlata Rudolpho Cæsari a consiliis esse meruit, ubi inter assidua literarum studia senescens varios dialogos seu apologias pro Fœderatorum Ordi- *Hankius de script. rer. Rom. p. 2. Thuan. hist. l. 126.*

Sæc. XVII. A. C. 1601.

num libertate conscripsit, suppresso tamen suo nomine, quia Austriacorum Principum, quorum imperio subjectus erat, offensionem incurrere verebatur. Insuper calamum suum in Theologicis quæstionibus exercens, *commonitorium de Roberti Bellarmini scriptis atque libris* præter plures alios Theologicos tractatus posteris reliquit. Demum viribus exhaustus hoc anno e vivis excessit, quamvis alii ipsum jam anno priori obiisse, perperam asserant.

LIII.

Tyhonis Brahei fatum.

Gassend. in vita Tychonis Brahei Hist. Thuan. hist. l. 126.

Ex ipsis etiam Acatholicis Doctoribus nonnulli hoc anno decesserunt, atque inter eos merito primum locum sibi vendicat Tycho Bracheus, qui Knudstorpii in Dania Anno Christi millesimo quingentesimo quadragesimo sexto die decima tertia Decembris primam lucem aspexit. Hic, cum in juvenilibus studiis suis jamjam acutissimi ingenii specimina Hafniæ ederet, a Patruo suo ad Lipsiensem Academiam mittebatur, ubi Joannis Homelii & Bartholomæi Sculteti Magistris usus Astronomiæ egregiam navabat operam, inde vero anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo sexto Wittembergam,

gam, ac paulopoſt Roſtochium ſeceſſit, ſtudia ſua proſecuturus. Tertio autem poſt anno Germaniam atque Italiam peragratus novis ſuis inſtrumentis Mathematicis magnum ubique nomen ſibi conciliabat. Poſtea in patriam redux juſſu Friderici II. Regis Daniæ Theoriam Planetarum tradebat, ac in Weena Inſula, ſibi a Rege donata prælaltam turrim, quam *Urani burgum*, ſeu urbem cœleſtem nuncupabat, extruxit, tutius ibidem aſtrorum motus contemplaturus. Variis dein adverſantis fortunæ fatis expoſitus tandem anno Salutis milleſimo quingenteſimo nonageſimo octavo Pragam a Rudolpho II. Imperatore evocatus eſt, ut ibidem Chymicis ſuis exercitationibus, necnon Mathematicis obſervationibus huic Cæſari, qui Alchymiæ ſtudio vehementer oblectabatur, jucundum conſortium præberet, non ſine locuplete laboris ſui fœnore; quippe præter tria aureorum millia pro annuo ſtipendio propriam etiam domum, & Benachium caſtrum dono acceperat, quocirca ad improbum laborem incitatus, advectis ex Dania inſtrumentis ſuis Majoribus anno milleſimo ſexcenteſimo Pragæ in Cæſareo horto præter varias aſtronomicas obſervationes etiam Rudolphinas Tabulas conficere incœpit, in laboris ſocium

Sæc. XVII. A. C. 1601.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

Joanne Keplero e Græcienſi urbe evocato, qui etiam incæptum hoc opus compleverat; Tyho enim anno ſequenti die vigeſima quarta Octobris extremam diem clauſerat, annos quinquaginta quinque natus.

§. LIV.

Tyhonis opera.

Lexicon Univerſale Verbo Brahe. Freherus in Theatro Vir. erud.

Præter præfatas Rudolphinas Tabulas Tyho quamplurimas easque doctiſſimas poſteris reliquit lucubrationes quas inter potiſſimum celebratur novum ſyſtema ſuum Aſtronomicum; cum enim Ptolomæi ideas rejiceret, & Copernici præcepta minus probaret, inter utrumque ſyſtema mediam veluti viam invenire adlaborabat; quippe in ſyſtematis ſui centro terram poſuit immotam, lunamque & ſolem cum planetis fixis eidem circumferri ſtatuit, ceteris Planetis Mercurio, Venere, Marte, Jove & Saturno circa ſolem motum ſuum perficientibus. Celebriorum quidem Aſtronomorum judicio Braheus ſuo ſyſtemate propius quam Copernicus veritati acceſſerat, negari tamen haud poteſt, quod Tyho præcipuas ſui ſyſtematis leges a Copernicano mutuarit. Scripſit præterea *Hiſtoriam cæleſtem &c. Aſtronomiæ reſtauratæ mechanica, epiſtolæ aſtro-*

aſtronomicas, *progymnasmata aſtronomiæ inſtaurandæ*. Plures alias lucubrationes poſtmodum Keplerus, cui præclara ingenii ſui monumenta, ne perirent, Braheus teſtamento reliquerat, poſt ejus obitum typis vulgabat. Sæc. XVII. A. C. 1601.

§. LV.

Harderi & Glaſeri interitus.

Currente hoc anno die decima ſexta Febrnarii fatis ceſſit Wolfgangus Harderus, qui anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſecundo die trigeſima Octobris Lipſiæ in lucem editus, a teneris magnam ad literas propenſionem exhibebat, unde intra exiguum temporis ſpatium Theologus inter paucos ſolidus, ac in ſcribendo purus & facundus inter ſuos audiebat; his dotibus inſignis in patria ſua Theologiæ Laurea decoratus in Eccleſia ad Sanctum Nicolaum Paſtor renuntiatus eſt: poſtquam vero Nicolaus Selneccerus, ut appellitant, *Superintendens*, eoquod illorum, qui *Philippiſtæ* vocantur, partes tueretur, officio ſuo altera jam vice amotus fuerat, Harderus anno Chriſti milleſimo quingenteſimo octogeſimo nono ad inſignem hanc inter Pſeudo-Paſtores dignitatem promovebatur, qua tamen tertio poſt anno

Vogelius Leipzannal. p. 264. Freheri l. c.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

pariter, eoquod Calvini doctrinæ favi-
set, abactus est, nihil ejus pœnam re-
morante decantata illa conscientiæ li-
bertate. Tandem vero hoc anno di
decima sexta Februarii nonagenariu
periit. Elucubrabat quosdam serm
nes de Passione Domini. Alter er
Philippus Glaserus Argentorati anno
partu Virginis millesimo quingentesim
quinquagesimo quarto die vigesima no
na Novembris natus. Is ab ineunt
ætate literis deditus non modo Græc
idiomatis peritiam singulari facilita
adeptus est, sed etiam Historicis cogn
tionibus ingenium suum mire excolluit
postea vero jurisprudentiæ nomen dan
cœperat, cum tanto profectu, ut Ar
gentorati publice hanc scientiam pe
plures annos traderet, tandem ve
hoc anno die prima Augusti mors eide
calamum excussit, dum summ *Histori*
Syntagma elucubrare aggrediebatur, quo
opus postea Fridericus Philippus ejus
Filius ab hoc anno usque ad annum
Domini millesimum sexcentesimum vi
gesimum octavum prosecutus est. Edi
dit insuper *Synopsin Historiæ universali*
necnon *Syngramma Theoreticæ historiæ.*

§. LVI.

Schisma Presbyterianorum in Angli

Sæc. XVII. A. C. 1601.

Id equidem cunctis hæresibus familiare est, ut vix natæ in varias sectas scindantur, quæ postmodum inter se frequentibus & deficiente supremo judice perpetuis controversiis colliduntur, nullibi tamen magis schismatum numerus ac fervor indies excreverat, quam in Anglia; postquam enim Henricus VIII. ab Ecclesia defecerat, præcipue factio Coxiana, BrowniſtarumSecta, quæ postea *Independentium* dicta est, necnon Hierarchicorum seu Episcopalium, & Puritanorum seu Presbyterianorum turmæ propudiosum conflabant schisma, cujus (ut ingenue fatetur e secta Puritanorum Jacobus Peircius) potissima causſa exstitit præpotens Elisabethæ Reginæ circa res Sacras auctoritas, qua suo nutu omnia moderabatur: unde contigit, ut liturgia, ceterisque ritibus persæpe immutatis nonnulli rebus Sacris moderandis nonnisi Episcopos præfici, alii rejectis omnibus, quæ adhuc Catholicorum ritus olerent, laicos, eosque ex infima quandoque opificum fœce ad curarum partem vocari vellent, qui etiam veluti eximii puritatis cultores sibi libertatem arrogabant, vi cujus tum privatim tum publice, lingua & calamo Anglicanam Ecclesiam, ejusque Constitutiones veluti in multis depravatas emendari petebant: econtra Episcopales,

Larrey hist. d'Angl. t. 2. p. 23. & seq. Guiel. Nicoll. Def. Eccles. Angl. Apparat. p. 15. Jacob. Peircius Vind. Fratrum Dissid. p. 24.

Sæc. XVII. A.C. 1601.

qui ſuopte ingenio alios ſuper alios articulos comminiſcebantur, Puritanos etiam Senatus authoritate gravique cenſura compellebant, ut ſeſe ritibus Eccleſiæ Anglicanæ conformarent, necnon Epiſcopali imperio ſe ſubjicerent, novisque articulis ſubſcriberent: cum vero ipſis Diſſidentes pari animoſitate obſiſterent, hinc magis magisque inde exacerbati indomitis impotentibusque furiis in eos tumultuabantur, minitantes, quod, etſi myriades animarum perirent, nunquam tamen a ſuis conſuetudinibus recedere vellent, in id unum intenti, ut calumniis, injuſtisque confuſionibus, atque odioſis repræſentationibus Presbyterianos Reginæ infenſos redderent. Ex altera vero parte Diſſidentes ſub obtentu conſcientiæ ac Zeli pro cauſſa Dei carnalibus turbis, & furioſis debacchationibus contra Hierarchicorum normam effuſis nomen Divinum profanabant. Hic erat corruptiſſimus Eccleſiæ Anglicanæ ſtatus, qui in hodiernum usque diem perdurat.

§. LVII.

Puritani Hierarchicis infenſi.

Nicholſ. l. c.

Interim Puritani, ut Hierarchicos opprimerent, nullam prætermittebant occaſionem, præcipue in Scotia, ubi Jaco-

Jacobum VI. Stuartum Regem, qui sub Cnoxii & Buchanani disciplina adoleverat, sibi admodum faventem autumabant, mox decretis ad eum Oratoribus ipsius patrocinium implorantes. Blandis ejusdem verbis erecti classes suas aliquamdiu sopitas resuscitant, ceteramque disciplinam ab Hierarchicis confractam dissipatamque redintegrare conantur, vestem, quam *Albam* vocant, exuunt, liturgiam abjiciunt, omnesque demum Ecclesiæ ritus iterum conterunt & proculcant, datisque literis apud Regem instant, ut crux Baptismalis aboleretur, Musica Sacra, dies festi, annulus matrimonialis, absolutio, aliæque ceremoniæ abrogarentur, sparsis atrocibus contra Liturgiam & Ecclesiasticum Regimen convitiis. Ad hæc Rex, qui aversionem suam in Puritanos caute adhuc dissimulabat, facile indulsit, ut res hæ inter ambas partes controversæ disputatione publica quamprimum excuterentur. Hanc in rem colloquium ad Hamptoniam Aulam Regiam fuit indictum, quod etiam anno Christi millesimo sexcentesimo quarto celebratum est.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

Sæc. XVII. A. C. 1601.

§. LVIII.

Controverſia quædam domeſtica inter Lutheranos Doctores.

Leon. Hutterus in Concord. CLII. p. 354. & ep. Marbach. p. 765.

Non minus vehemens erat inter Lutheranæ Sectæ Literatos concertatio Helmſtadienſis, cui occaſionem præbebat Daniel Hofmannus ibidem Theologiæ Profeſſor. Hic Chriſtum ubique præſentem eſſe pernegans, ac Concordiæ formulam admittere detrectans, novam factionem inter Lutheri aſſeclas procudit, ſimulque Lipſienſes, Jenenſes & Wittembergenſes Paſtores, atque inter eos præcipue Hunnium circa prædeſtinationis articulos non ſine aculeo impugnabat, eisdem exprobans, quod longe magis periculoſos errores ex Lutheri cathedra divulgaſſent, quam olim in Papismi tenebris exſtiterint, necnon in eorum ſcriptis plusquam centum craſſiſſimi errores Chriſtianæ fidei recta oppoſiti reperirentur: His irritati Doctores eundem velut hæreticum vitandum declarantes, intentata anathematis pœna ad ſuas partes nequicquam trahere nitebantur: Paulopoſt Hofmannus Anno Domini milleſimo quingenteſimo nonageſimo octavo diſputationem *de Deo & Chriſto* habebat, inter alias theſes exponens, quod

quod Philosophia sit *deprædatrix hæresis, Theologiæ hostis, opus carnis & Pelagianismi rea*, necnon *Theologiæ oppido contraria & omnium hæresum genitrix.* Ad hæc Helmstadienses non modo Philosophicam Facultatem, sed etiam ipsum Principem, hujus Academiæ Patronum graviter esse offensum declamant, nullaque mora Guelpherbytanum Ducem questum adeunt, supplices, ut Hofmannum ad moderandum thesis suæ sensum urgeret. Annuit Dux eorum precibus, quantocius quosdam ad illum ablegans, quibus tamen Hofmannus arrogantius respondit, *se, quod tradidisset, non modo de abusu, sed etiam de vero, veriore, & verissimo usu Philosophiæ intellectum velle, omnemque Philosophiam, etiam quando se in officio suo continet, in recto usu contrariam esse Theologiæ.* Nec hoc responso contentus Philosophos variorum errorum imo & hæresum postulabat. His irritati Doctores Caselium, qui apud Principem gratia plurimum valebat, instigant, ut sua auctoritate rem eo deduceret, quatenus Hofmannus ad cantandam palinodiam Senatus edicto compelleretur. Sæc. XVII. A.C. 1601.

§. LIX.

Hæc controversia per publicam Thesium revocationem sopita.

Tam

Sæc. XVII. A. C. 1601.

Tam importuni erant horum Doctorum motus, ut adversus eorum violentias, uti scribit Henricus Julius Strobius, Hofmanni cineres vindictam adhuc postulent: cessit tandem Princeps eorum votis, ac ipse Hofmannus retractationis, quæ ipsi exhibebatur, formulæ sese submittere, illamque suo chirographo munire, hoc anno die decima nona Martii coactus est. Erat autem hujus palinodiæ tenor sequens.

Henric. Strob. ep. ad Meisner.

Cum præteritis annis ex præfatione illa, quam sine consensu Reverendissimi, & Illustrissimi Principis ac Domini Domini Henrici Julii &c. Domini mei Clementissimi Thesibus meis de Deo præmiseram, in qua nonnulla verba satis dura posita erant, controversia inter facultatem Philosophicam inclytæ Academiæ Juliæ & me orta esset, jam vero illa per decretum Reverendissimi & Illustrissimi Principis mei Clementissimi æquum, atque actis consentaneum decima sexta Februarii hujus anni publicatum composita sit, mihique injunctum, ut errorem illum meum, quo nimium perstrinxi Philosophiam, agnoscerem, & prædicta omnia me de abusu Philosophiæ, quatenus imperium in Theologiam affectat, intellexisse declararem, atque ut utilitatem & præstantiam Philosophiæ juventuti, ne ab illa per hæc, in quibus modum excessi, deterreatur, publico scripto ostenderem, æquum & pium erit,

Sæc. XVII. A. C. 1601.

erit, ut Principis Optimi mandatis obtemperem. Ego igitur ductus exemplo Divi Augustini, & sancti illius viri Lutheri, & recordatus Dei Optimi Maximi, ejusque mandati, quo jubetur in licitis, neque conscientiæ repugnantibus Magistratuum præceptis obedire, agnosco illum errorem meum, atque animum sic declaro; verum, veriorem, verissimum usum Philosophiæ, & illam Philosophiam, quæ in suo se officio continet, & intra terminos manet, nullo modo, sed eam tantum, quæ abusu affectat imperium in Theologiam, & se commiscet cum doctrina Ecclesiæ in iis, quæ sunt Spiritus, damnandam, rejiciendam, explodendam esse, & illos æque Philosophos juxta Tertullianum Patriarchas hæreticorum esse dico, & cum Chemnitio sentio, qui Ecclesiæ puritatem doctrina sua commacularunt, de aliis vero non item.

Extorta hæc revocatio nullatenus Hofmanni sententiam immutabat, uti manifestum reddidit in quodam suo cantico, ubi inter alia sic habet: *Intravit in Ecclesiam fera terribilis sapientia carnis, omnia subdole devastans. Pseudo-Prophetæ multi sunt atque hæretici, odio habentes amabilem veritatem tuam. Gloriantur, se Ministros esse Verbi tui, quod more gentium, quas odisti, enarrant. Sed non est communio carnalis Philosophiæ cum*

Sæc. XVII. A.C. 1602.

cum humillimo teſtimonio tuo &c. Tenuit inutile hoc bellum literarium per aliquot annos, Hofmannus autem in Amelungsbornenſe monaſterium detruſus eſt.

§. LX.

Oſtendana obſidio magna contentione utrinque protracta.

Gallutius de Bello Belg. l. 14. Thuan. hiſt. tom. 3. l. 127.

Ineunte anno Salutis noſtræ milleſimo ſexcenteſimo ſecundo Albertus Archidux revocatæ deditionis injuriam ulturus Oſtendanam obſidionem totis viribus urgere ſtatuit, habitoque belli Senatu, cum varia in conſilia Bellidux cum mentes dividerentur, ipſe validam irruptionem fieri decernit, eoquod crebris Bombardarum exploſionibus in propugnaculo, quod vergit ad mare, amplum hiatum, murique ruinam feciſſet. Ergo die ſeptima Januarii faventibus noctis tenebris magno impetu Catholici admotis ſcalis irruere certant: attamen obſeſſis ſumma vi atque ardore reſiſtentibus non ſine gravi ſuorum jactura retrocedere coguntur. Nec tamen ſiniſtro hoc ſucceſſu fractus Archidux, munitiones reſtaurare novasque exſtruere haud deſtitit, unice eo intentus, ut commeatus advehendi opportunitatem obſeſſis intercluderet, eluſa tamen

tamen hac solertia undecim dierum spatio plusquam centum naves intra oppidum receptæ sunt, recenti milite, ac copioso belli apparatu instructæ, quibus suppetiis freti Oppidani ad sustinendos obsidionis labores obfirmatum præsefe-rebant animum, quamvis haud parum eorum decresceret numerus; quamplurimos enim ingens morborum vis absumpserat, alios vero non paucos partim calamitatum pertinacia, partim melioris conditionis spes ad transfugium pellexerat; quippe Albertus crebris per sagittas in oppidum immissis literis præclara prorsus præmia transfugientibus pollicebatur. Sæc. XVII. A. C. 1602.

§. LXI.

Mauritii expeditio in Brabantiam.

Mauritius Protestantium Bellidux, cum Archiducem ab Ostendanæ obsidionis proposito nullo pacto abduci posse animadverteret, copiis tam ex Anglia quam Germania contractis Brabantiam vel Flandriam invadere constituit. Itaque lustrato ad Cliviam exercitu cum viginti duobus Peditum millibus, & Equitibus quinquies mille in Brabantiam contendit, occupatis ibidem, quotquot posset, oppidis, in Flandriam postea profecturus, ut periclitanti *Grotius Hist. l. 11. Mercur. Belgi. ad ann. 1602.*

Sæc. XVII. A. C. 1602.

tanti Oſtendæ ſubſidium afferret. Comperto hoc Mauritii conſilio Albertus nulla mora Mendozæ Arragonenſi Architalaſſo præcipit, ut hoſti Moſam tranſituro ſeſe opponeret, ac cum ſuis copiis itinere Tilæmontem verſus facto Friderici Spinulæ, qui ex Italia cum octies mille & quadringentis Namurcum venerat, ſeſe conjungeret. Ab juſſa igitur in campo dimidia leuca Thenis remoto caſtra metantur Catholici hoſtis adventum præſtolaturi: attamen Mauritius mutato conſilio ad Sanctum Trudonis Oppidum trium horarum ſpatio Thenis diſſitum caſtra ponit, inde vero Archithalaſſum per fecialem ad prælium provocat, qui reſpondit, „ju„ſum ſe regioni huic præſidio eſſe, non „prælio decertare: proin ſi caſtra ſua „oppugnatum veniret, prælii copiam „fore," hoc reſponſo territus Mauritius, cum hoſtem expectatione ſua validiorem cerneret, vim repellere tutius fore, quam inferre cenſebat, quocirca die octavo Julii flumine tribus pontibus juncto inſtructam aciem toto die tenuit atque aliquot diebus nulla re geſta conſumptis exercitum reduxit.

§. LXII.

Gravia a Mauritio deditione capta

Al-

Aliquamdiu Mauritius, ut hoſtem falleret, & aliorſum diſtraheret, varias ſimulabat obſidiones, tandem vero occupata Helmondana arce, propugnaculum, quod *perditi ſumptus* nomen habet, cis Moſam nullo ferme negotio cepit, & die vigeſima Julii prope Graviam caſtra poſuit. Præerat oppido Antonius Gonzalius Avila Hiſpanus bellicæ artis expertiſſimus. Præſidiariis utebatur nonniſi mille quingentis, quos tamen auctum iri ſperabat ab Archiducis copiis non ita longe intervallo remotis: nec ſua eum fefellit opinio; Albertus enim accepto obſidendæ urbis nuntio confeſtim Mendozæ præcepit, ut cum ſuo exercitu quantocius obſeſſis auxilium ferret: Is vero, cum pro fabricando ponte, parandisque aliis neceſſariis diutius in Ducatu Clivienſi ſubſtitiſſet, ac nonniſi decima Auguſti die haud procul a Mauritii munitionibus caſtra poſuiſſet, tum primum intellexit, quod ſerius quam oportebat, ſubſidia advexerit, eoquod hoſtis hac mora opportune uſus validiſſimis ſuis vallis omnem urbis acceſſum intercluſiſſet. Præterea Joannes Thomas Spina, qui perruptis juxta Ravenſteinium munitionibus auxiliares copias in oppidum immittere tentabat, pluviis, noctisque tenebris præpeditus, re infecta reverti

Sæc. XVII. A. C. 1602.

Carnerus lib. 15. c. 5. Bentivol. l. 7.

Sæc. XVII. A. C. 1602.

cogebatur. Igitur Mendoza immittendi subsidii spe dejectus castra movere constituit, præmissisque impedimentis clam noctis beneficio incolumem reduxit exercitum, omni spe solvendæ obsidionis destitutus. Nec tamen propterea obsessos animus constantiaque deseruit: quippe frequentes validasque faciebant in hostem irruptiones, æquato tamen utrinque decore ac dispendio: tandem vero obsessorum numero valde diminuto, cunctisque propugnaculis præter unicam loricam eversis ad extremum se ultro dedere constituunt, ac die decima nona Septembris arce, & biduo post ipso oppido excedunt. Pacta autem deditionis hæc erant: I. Omnium ante actorum oblivio sit. II. Præstito fidei Sacramento Mauritius omnes tam Clericos quam Laicos in tutellam suscipiat, cunctisque civibus sua privilegia sarta tueatur. III. Omnibus Catholicam Religionem profitendi libertas asseratur, assignato eisdem uno Templo IV. Religiosis in suis Monasteriis permanere, suisque bonis frui integrum sit, qui vero emigrare voluerint, id eis intra proximum triennium liceat. V. Præsidiariis non arma tantum & vexilla, sed omnia etiam sua efferre omnibus permittatur.

§. LXIII.

Sæc. XVII.
A. C. 1602.

§. LXIII.

Seditioſorum militum tumultus.

Soluta obſidione Mendoza ad Thornum, quod oppidum eſt Trajectum inter & Ruremundam ſitum, cum ſuo exercitu ſubſtitit, ubi eidem nunciatum, quod ex Catholicis militibus ferme ſexcenti Equites, peditesque ſimul ab Archiducis caſtris ad Hamonti ſuburbia auffugerint, ibique conflata ſeditione tumultuarentur, harum turbarum cauſſam prætexentes, quod caſtrenſium Quæſtorum iniquitate ſtipendia ſibi fide minus integra perſolverentur: Nulla igitur mora Franciſcus Mendoza, antequam impunitate creſceret numerus, & tumultuantium audacia, quosdam Tribunos ad ſeditioſos ablegat, qui reſipiſcentibus perfidiæ veniam offerrent, vel contumacibus pœnarum ſeveritatem minarentur. His vero ſurdas aures pulſantibus Mendoza Dux admotis quatuor belli tormentis plures eorum domos incendio abſumit, unde pedites hoc terrore perculſi in Ducis obſequium ultra rediere: Equites autem ſuorum numero, promptaque effugiendi occaſione freti Belgioſium Comitem, qui eos ad reſipiſcentiam hortabatur, audire dedignantur, ac deſpe-

Grotius lib. 11. Harræus ad ann. 1602. Mercur. Gallobelg. lib. 7.

Sæc. XVII. A. C. 1602.

ratione audaciam acuente arcem Hoch-
ſtratanam ipſo Vallone illius Præfecto
ad eos deficiente occupant; poſtquam
vero tantus inquietorum concurſus ad
hanc arcem tanquam perfidiæ aſylum
fieret, ut jam peditum duo millia, E-
quitesque mille recenſerent, Archidux
ipſe ad plectendos rebelles cum valida
ſuarum manu accurrit: Hi, cum pro-
ditionis pœnam pertimeſcerent, arma,
victum bellique tormenta a Mauritio
exorant, qui etiam iis non modo mili-
taris, ſed pene Catholicæ fidei transfu-
gis ex Bredano oppido cuncta neceſſa-
ria transmiſit: Non multo poſt Archi-
duci nuntiatum, Graviam deditione a
Fœderatis captam eſſe, quocirca vereri
cœperat, ne hi exinde animoſiores
facti, cum ipſum componendis ſuorum
tumultibus diſtantem cernerent, cir-
cum vicina loca occupare tentarent, hinc
Venlonam impoſito præſidio munire
ſtatuit. Interea impuniti ſceleris fidu-
cia tantopere ſeditioſorum temeritatem
auxerat, ut duas Catholicorum Equi-
tum turmas, ipſorum Præfecto graviter
vulnerato, adorſi in ſuas partes vi tra-
herent, Judoniæ oppidum invaderent,
Præfectisque male habitis milites ſe-
cum abducerent. Nec hic ſtetit rebel-
lium inſolentia; quippe quamplurimis
ſeceſſionis hujus felicitate allectis, at-

que

Sæc. XVII. A. C. 1602.

que e Catholico exercitu deficientibus, ipsi frequenter per agros & villas excurrunt, in rusticos barbare sæviunt, populantur domos, rura vastant, cunctaque sus deque vertunt, dein Leodiensibus literas pugione perforatas ac quatuor angulis igne combustas mittunt, minantes, ferro se & igne eos prosecuturos, ni continuo pulverem pyrium, arma & pecunias suppeditarent. Eadem petulantia ex aliis Regionibus ingentes pecuniarum summas corrasere. Igitur Albertus acrius remedium malo adhibendum ratus, edicto promulgato præcepit, ut quisque sua repetat signa, id qui faxint, commissi sceleris impunitatem consequerentur, contumaces vero pro perduellionibus habendi forent, proscriptis cunctis eorum bonis: attamen severitate hujus edicti magis adhuc exacerbati Rebelles ad Protestantum patrocinium sese recipiunt: nec profuere efficacissimæ hortationes Octavii Francipani Pontificii in Belgio Nuntii, quem seditiosi quidem Hohstratæ haud vulgaribus honorum significationibus exceperunt, ubi tamen de rei summa actum, præprimis edictum revocari petentes, insuper tot tantasque objectarunt difficultates, ut is re infecta discedere cogeretur. Progressu temporis tantopere horum rebellium

Sæc. XVII. A. C. 1602.

vires per Fœderatos ſuffultæ excreverant, ut nonniſi duriſſimis conditionibus graviorum tumultuum vexa annoſequenti redimi potuerit.

§. LXIV.

Hiſpana Claſſis ab Anglis diſſipata.

Thuan. lib. 127. Rapin hiſt. d'Angl. l. 17. Galut. l. 14. Grotius hiſt. lib. 11.

Haud ſecundiore fortuna utebatur Regis Hiſpaniæ claſſis ductore Friderico Spinola, qui Philippo III. auctore erat, ut ſuam claſſem novis octo triremibus, quæ nongentis Bellatoribus & remigibus mille quingentis inſtructæ eſſent augeret: Annuente Rege Fridericus Hiſpali ſolvit. Flandriam petiturus, quo comperto Angliæ Regina tres naves ſub littus Britannicum & fretum Morinorum Ductore Richardo Leveſono collocat, queis Batavi ſuarum quatuor addidere. In has, cum Spinola in Luſitano littore incideret, resque ad prælii neceſſitatem deveniret, Richardus ex Indica navigatione reverſus duas triremes depreſſit. Spinola vero cum reliquis ſex Ulyſſiponem appulſus, cum in Flandriam tenderet, die tertia Octobris in freto Britannico duas Batavorum naves obvias habuit, eas abs dubio demerſurus, niſi Robertus Mansfeldius Angliæ Archithalaſſus juxta Caretum diſploſo tormento ceteris Batavorum

tavorum navibus ex Prætoria ſignum dediſſet, quæ mox nebuloſo ſimul & ſilente cælo littus Anglicum legentes confeſtim advolant, ac tum a littore, tum e freto inſequentes non procul Gravelinga poſt pertinax ac diuturnum certamen duas Spinolæ triremes tormentorum ictibus lacerant, & bis terve invectæ ſuarum navium mole eas disrumpunt, militum cæſis quamplurimis, ceterisque captis. Aliæ duæ in Flandricas ſyrtes impactæ Neoportum attigere. Una præterea ad Caletum naufragio interiit, Remigum inſcitia. Poſtrema denique, qua Spinola vehebatur mari Zelandico vagata, non ſine periculo Dunckerkam tenuit. Tres haſce triremes, cum Fridericus ceteris navigiis, quæ in Clauſæ portu antea habebat, junxiſſet, in Valacrinam Zelandiæ Inſulam populabundus exſcendere ſtatuit, ſuborta tamen tempeſtate præpeditus. Sæc. XVII. A. C. 1602.

§. LXV.

Præludia Hiſtorica ad ſolemnes diſputationes coram Clemente VIII. habitas.

Cum Clemens VIII. ſerio perpenderet, quod cenſuræ toties contra Molinæ doctrinam pronuntiatæ jam *Livin. Meier hiſt. Controv. vindicat. l. 3. c. 12.*

Sæc. XVII. A. C. 1602.

quarto examine ab omnibus (exceptis paucis) Romanis Conſultoribus fuerint confirmatæ, ac S. Auguſtinum Molinæ contraria ſentire pluribus perſuaſum eſſe perciperet, ex adverſo autem non paucæ Univerſitates, præcipue in Germania, Molinæ ſyſtema mirifice commendarent, hinc decrevit, rem totam per ſeipſum experiri, auditis utriusque partis Theologis, qui in publicam diſputationis arenam deſcenderent, ſe ipſo non ſolum ſpectatore, ſed univerſi certaminis arbitro. Percepto hoc Papæ propoſito Patres Societatis, ut Clementis animum ſuæ cauſſæ meritis propitium redderent, eidem auctore Patre Gregorio de Valentia in ſupplici libello exponebant, quod res nuper in quæſtionem vocatæ dubiæ & inter Theologos controverſæ forent, proin non congrueret, ut præſens controverſia definiretur, ſed potius neceſſarium foret, ut ea, quæ Molina in ſuo libro verbis in reprobum ſenſum facile detorquendis expreſſiſſet, in nova editione caſtigarentur. Inſuper Pater Ferdinandus de Baſtida nomine Societatis in alio libello ſupplici ſparſos in Jeſuitas rumores detergere nitebatur. Erant autem hi potiſſimum I. Jeſuitæ immoderatam in vindicando Molina pertinaciam exhibent II. nunquam vindicato honore

Idem l. 5. cap. 1. Hiſt. Congreg. l. 3. c. 2. & l. 5. ſect. 6. c. 1.

honore ſatiati ſemper novas ingerunt petitiones III. tam pertinaces ſunt, ut ſe haud errare poſſe judicent. IV. Non acquieſcunt judicio Cenſorum V. negotii exitum moris ac ſubterfugiis impediunt. VI. Ne Societati labes unius Authoris damnatione inuratur, æternos concitant tumultus. VII. Nec a communi Sanctorum Patrum præſertim S. Auguſtini ſententia recedere reformidant. Hæc objecta refellere intentus Baſtida demum rogabat, ut Pontifex novam cauſſæ cognitionem inſtitueret, in qua S. Auguſtini ſententia de controverſis opinionibus publica diſputatione expenderetur, eoquod non pauci multis rationibus demonſtraſſent, nimia ſeveritate Cenſores æquitatis limites in cenſendo prætervectos, dum eas aſſertiones non modo falſitatis ſed & erroris in fide notaſſent, quæ tamen inter doctores Catholicos hactenus magis uſitatæ fuiſſent.

Sæc. XVII. A. C. 1602.

P. livin. l. 4. c. 32. p. 322.

§. LXVI.

Clementis VIII. propoſitum de Molinæ doctrina novo examini ſubjicienda.

Ne ergo Jeſuitæ, antequam audirentur, ſe damnatos quererentur, ſummus Pontifex indictis priu[s] publicis preci-

Iidem Authores. ex Diario Pegnæ & actis Coronel.

Sæc. XVII. A. C. 1602.

precibus hoc anno die trigesima prim Januarii utriusque Ordinis supre Moderatori instituendæ publicæ disp tationis, ac finiendæ litis propositu manifestabat, hancque in rem ipso Cardinales, quorum toto quinti huj examinis progressu omnino quindecu intererant, secum arbitros sedere novosque quatuor Censores prioribu addere voluit, ne, ut olim Cognitorum paucitas prætexi posset, cæteros ver Censores, qui jam ab anno 1597. i hoc negotio adlaborabant, confirmab Pontifex. Nominabantur etiam qua tuor Molinæ defensores scilicet PP. Va lentia, Arrubal, Bastida & Joannes d Salas: ex Dominicanis duntaxat Alva resio, & Lemosio contra Molinam actoris. Porro die decima quarta Februari Pontifex per cubiculi sui Præfectum a designatos hosce Censores Ordinisque Generales primæ disputationis argumentum transmittebat, bina hac propositione comprehensum.

I. *Quis majores vires ad bonum libero arbitrio tribuat, an S. Augustinus, an Molina?*

II. *An in libris S. Augustini legatur, constitutam esse a Deo legem infallibilem cum Christo Filio suo, ut quoties homo solis naturæ viribus fecerit totum*

totum quod in se est, Deus illi tribuat gratiam: vel id sit de mente S. Augustini?

§. LXVII.

Epistolæ Hispani Regis ad suum Oratorem.

His ita præmissis Sessæ Dux Hispanus apud Pontificem Orator die vigesima Februarii Philippum III. Regem de suscepto Clementis VIII. proposito certiorem reddebat, transmissis etiam præfatis duabus quæstionibus, quas Papa pro futura Congregatione Theologis & Censoribus tradiderat: quocirca Rex Catholicus Vallisoleti die quinto Aprilis hoc anno datis ad hunc Oratorem literis significabat, quod quidem hoc Pontificis consilium omnino ratum haberet, summopere tamen desideraret, ut Sanctitas sua *auctore Spiritu Sancto citius decerneret, quid in controversia de Divina Gratia tenendum, credendumve sit, ne diuturniori dissidio Universitates, & Religiosi Ordines committantur*; cum enim paulo ante non modo quidam Complutensis Academiæ Doctores, sed etiam Pater Melchior Ornate Jesuita, Præside Patre Ludovico Turriano ex eadem Societate Compluti publice ibidem inter ceteras Theses hanc

Hist. Congreg. l. 3. cap. 1. Ex relat. Pegnæ ad General. Inquis. Abrege de l'Hist. de auxiliis.

Sæc. XVII. A. C. 1602.

hanc propugnaſſet: *non eſt de fide hanc hominem eſſe ſummum Pontificem.* Nuntius Apoſtolicus exin vehementer comovebatur, qui apud Regem ejusque Senatum vehementer de Jeſuitis queſtus impetrabat, ut PP. Melchior & Turrianus unacum PP. Almaſano Collegii Rector & Gabriele Vasqueſio Theologiæ Profeſſore die vigeſima tertia Aprilis Regi Senatus juſſu in cuſtodiam Inquiſitionis darentur, quamvis non multo poſt Pater Rector & Vasqueſius cauſſa utriusque probe cognita die decima ſeptima Junii omnis criminis ſuſpicione liberati dimitterentur, aliis duobus ex publico carcere in Profeſſam Societatis domum migrare permiſſis. Interim in Hiſpaniam delatæ fuerunt Clementis VIII. literæ, quibus rei hujus diſcutiendæ cura Apoſtolico Nuntio commiſſa, ac præfatæ Theſis Propugnatores Romam citati fuere. Id vero Inquiſitor Generalis ægerrime ferens, Regi ſupplicabat, quatenus transmiſſa Pontificis mandata reſcindi, hancque cauſſam intra Regni fines ab ipſa Inquiſitione dijudicari poſtularet. Annuit Rex, ac die octava Maji ex Aranguies caſtro ad Seſſæ Ducem Oratorem ſuum literas dabat, quibus injunctum, ut a Sanctitate ſua impetraret, quatenus negotium iſtud vel cum ipſo Rege, vel

P. Livin. Hiſt. l. 4. c. 36. p. 335.

Sæc. XVII. A. C. 1602.

saltem cum suo Oratore communicare, hujusque causſæ cognitionem Hiſpano Sacræ Inquiſitionis Officio committere vellet, eoquod *hæc litis evocatio ad Romanam Curiam Apoſtolicæ Sedis auctoritati nocumento ſoret, ipſisque hæreticis inſuſurrandi anſam præberet, in Hiſpaniæ Regno ac in probatiſſima Complutenſi Academia in diſputationem vocari Chriſti Vicarii autoritatem, ipſa etiam Inquiſitione diſſimulante.* . . . . Nihilominus promiſerat Rex, quod hunc in finem illum delecturus ſit Cenſorem, quem ad Sanctitatis ſuæ Beneplacitum Orator nominaret. Ad haſce literas Orator Hiſpanus die vigeſima quinta Maji reſpondit, quod jamjam Franciſcus Pegna Rotæ Romanæ Decanus Regiæ petitionis æquitatem die trigeſima prima Maji ſummo Pontifici adductis plurimis iisque validiſſimis rationibus expoſuerit, a ſua tamen Sanctitate hoc reſponſum tulerit, quod attenta Hiſpanæ Inquiſitionis oſcitantia reos Romam advocaſſet, ſummopere ingemiſcens, quod indies periculoſæ diſſeminarentur opiniones, & quidam e Societate nuperrime Florentiis prædicare præſumpſerit, Confeſſionem Sacramentalem per literas edi poſſe: de cetero noxiæ Theſis propugnatores ea potiſſimum ratione Romam venire juſſiſſet, ut coram Inqui-

Sæc. XVII. A. C. 1602. Inquiſitore Generali explorare poſſe num ea Theſium expoſitio negotiis Re mæ agitatis affinis foret; cum emi Concilii Generalis convocationem p definienda hac controverſia omnino ne ceſſariam eſſe ubique divulgarent, ma rito ſuſpicaretur Pontifex, hujusmo theſibus viam parari, ut Apoſtolic Definitio a ſua Majeſtate tam ardente efflagitata eluderetur. Denique poſtre mo colloquio die octava Junii habi ſummus Pontifex conceſſit, ut delin quentes in Hiſpania Inquiſitionis judi cium ſubirent, ea tamen lege, ut Sa ctitati ſuæ reſcriberentur, quæcunqu hac in cauſſa acta fuiſſent. Priusquam vero hoc Scriptum in Hiſpaniam dela tum fuiſſet, Generalis Inquiſitor, ut memoravimus, Jeſuitas carcere dete tos libertate donabat. Nihilominus Romana Curia die vigeſima Julii duas haſce Propoſitiones. I. *Non eſt de fide hunc numero Papam eſſe verum Papam.* II. *Major pars Patrum in Concilio adhuc ante confirmationem ſummi Pontificis, eſt infallibilis veritatis*, velut erroneas, ſchismaticas, & ſcandaloſas proſcripſit. Tertio poſt die ſelecti Romanæ Curiæ Theologi varias Complutenſis Academiæ Theſes ab Apoſtolico Nuntio Romam transmiſſas examinabant, atque inter eas præcipue ſequentes cenſuris per-

perstringebant. I. *Revelatio Mysterio-* Sæc. XVII.
rum fidei facta Ecclesiæ non est necessarium A. C. 1602.
medium, ut certo & infallibiliter cogno-
scantur, sed prudentialis notitia sufficit.
II. *Successio Petri Apostoli in Episcopatu*
Romano, jure Divino non constat, etsi
probatissimum sit, Christum præcepisse Pe-
tro, eam fieri.

§. LXVIII.

Prima Congregatio coram Clemente VIII. habita.

Die decima nona Martii summus Pontifex utriusque Ordinis Generales unacum Theologis disceptaturis postridie in Vaticano Palatio adesse jussit. Præsidebat ipse Clemens VIII. assistentibus Purpuratis, Episcopis, Censoribus, ac Doctorum quamplurimis. In ipso aditu summus Pontifex oratione habita ita exorsus est. *Hæc, quæ inter vos tamdiu agitata est Controversia, ita pertinacibus concertationibus, in multorum aures, & animos per universam Europam se insinuavit, & tam ingentes turbas in multis Academiis excitavit, ut maximum Reipublicæ Christianæ periculum minitari videatur; nisi vel ad pacem mutuam vos ipsi deducamini, vel salutare remedium nos huic negotio adhibeamus. Etenim novis istis vestris opinationibus, vel veteribus quidem,*

Livin. Maier t. 1. hist. Controv. l. 5. cap. 2. Serii hist. Congreg. l. 3. c. 2. 9. l. 5. ser. 5. cap. 1.

Sæc. XVII. A. C. 1602.

quidem, sed sepultis jam post mille duc-
tos annos, & ab Ecclesia profligatis, u
Catholicorum animos rursus imbuere p
duistis, ut proculdubio videamini pac
scindere, & inconsutilem Domini tunica
dividere. Quid enim aliud est, vel pro
sus repudiatis, vel saltem posthabitis ve
stissimis illis, & Sanctissimis viris, Hi
ronymo, Ambrosio, Augustino, Prosper
& aliis, qui nullis vigiliis, aut labori p
percerunt, adversus Pelagianos constantiss
me dimicarunt, eorum artes dissuerunt, v
nenum detexerunt, falsos sensus aperuerun
& argumentationes omnes dissolverun
quid, inquam, aliud est, posthabitis i
sanctissimis, & doctissimis Patribus, recen
tioribus quibusdam, vel nullius vel cer
exigui nominis Doctoribus, tanquam Du
cibus, ad istas vestras opinationes defendes
das uti: quam Ecclesiam Dei Pelagianorum
erroribus denuo inficere & contaminare
quid est hoc, quod molimini? an non dubi
tatis pro defensione unius Molinæ invehere
in Ecclesiam Dei Pelagii dogma? perpen
dite, obsecro vos, quam grave periculum
a vestris istis concertationibus universo Chri
stiano orbi impendeat. Nolite communi
necessitati & saluti privatas vestras rationes
præferre. Cedite Patribus, cedite veritati.
Et hoc vos lubentibus animis facturos spe
rans, e re præsenti fore duxi, universam
istam controversiam ad aliquot capita ad
articu-

articulos reducere, ex quorum discussione veritas Catholicæ Doctrinæ facile apparere possit. Horum duos, de quibus hodierna die disseretis, vobis proposui, in qua disputatione mementote, omnes vos Ecclesiæ unius filios esse, per Sponsum ejus Christum Jesum rogo vos, ut omni odio deposito, dissidiisque propriis semotis, ita inquirendæ, & indagandæ veritati operam navetis, ut a vero sensu Scripturarum, & a defæcata S. Augustini doctrina, quam & Ecclesiæ doctrinam esse nemo vestrum ignorat, nullis invidiæ, & livoris facibus impediamini. Sæc. XVII. A. C. 1602.

Verum hanc orationem ab Auctore Historiæ Congregationum confictam esse asserit Pater Livinius de Meyer Jesuita, ea motus ratione, quod Pontifex ante veritatis inquisitionem Molinæ doctrinam Pelagianæ affinem asseruisse inducatur.

§. LXIX.

Primæ Congregationis progressus.

Finita hac oratione Clemens VIII. fusis ad Deum precibus de primo articulo, scilicet, an S. Augustinus vel Molina majores libero arbitrio vires tribuat, differere, Gregorium de Valentia Jesuitam jussit, qui palam declarabat, quod nequaquam Molinæ doctrinam *velut per omnia certo veram aut com-* *Hist. Controv. l. 5. cap. 3. Hist. Congreg. l. 3. cap. 10.*

Sæc. XVII. A. C. 1602. *muniter in Societate probatam*, sed duntaxat a *S. Augustini dogmate non abhorrentem*, defendere intendat. Postea adductis præfati S. Doctoris testimoniis comprobare nitebatur, quod nihil eorum, quæ Molina tribuit libero arbitrio, negaverit S. Augustinus, & quidquid hic eidem denegavit, Molina quoque negarit: cum vero Molina in disputatione octava & seqq. liberum arbitrium aliqua posse sine auxilio gratiæ disertis verbis propugnasset, Valentia appositè respondit, *illum non de omni prorsus auxilio, sed duntaxat supernaturali fuisse locutum.* Hæc Valentia ubi absolverat, Pontificis jussu P. Didacus Alvarez Ord. Prædicatorum Theologus reposuit, vires longe majores a Molina quam ab Augustino tribui libero arbitrio; hic enim negat initium fidei esse ex nobis, Molina vero affirmat, hominem ex solis viribus naturæ posse assentiri omnibus fidei Mysteriis assensu certo ac firmo tanquam revelatis a Deo. Id vero a Molina dictum negabat Valentia, aut certe de assensu mere probabili intelligendum voluit, postquam vero Alvaresius ex *Concordiæ* libro disp. 8. §. *Etsi* hæc verba adduxerat: *homo ex suis naturalibus assentiri potest revelatis actu mere naturali*, Valentia id fassus, nullum tamen in eo Pelagianum errorem deprehendi contendit.

tendit. Poſtea Pontifex eidem præ- Sæc. XVII.
cepit, ut ex S. Auguſtino demonſtraret, A. C. 1602.
quod Molina in propoſitione de actu fidei ex ſola facultate naturæ elicito non majores vires tribuat libero arbitrio ad bonum, quam Auguſtinus tribuiſſet: Juſſis paruit Valentia, ea proferens loca, in quibus S. Doctor fidem in dæmonibus eſſe propugnabat. Poſtea Molinæ ſententiam de voluntate humana & Deo tanquam duabus cauſſis partialibus in effectum ſupernaturalem influentibus impugnabat, aſt ſupremus Societatis Præpoſitus mox ſermonem abrumpens, *hoc certe*, inquiebat, *quod Molina docuit de cauſſis partialibus, nullum habet fundamentum, eſtque impertinenter dictum.* Haud credibile videtur Patri Livino Jeſuitæ, quod Pater Generalis palam Molinæ doctrinam improbarit, quam tamen defenſurus advenerat. Ut ut res ſe habuerit, id in comperto eſt, quod Alvareſius hoc dilemate argumentum ſuum inſtaurarit: „vel ille influxus voluntatis creatæ in „actum liberum eſt illi a Deo, vel illum „habet voluntas a ſeipſa, ſi a ſe, ergo „contra D. Auguſtini doctrinam Molina „homini conceſſit, ut ſine influxu gra„tiæ ex ſolis ſuis viribus poſſit elicere „actus perfectiſſimos, ſi a Deo, ergo „contra Molinæ ſententiam influxus

Sæc. XVII. A. C. 1602.

„iſte eſt effectus præoperantis gratiæ in „genere cauſſæ proprie efficientis;„ dum vero Alvareſius, ut propoſitio a P. Gregorio conceſſa a Notariis diligenter obſervaretur, impenſius inſtaret, ſuamque argumentationem urgeret, Valentia repoſuit: hæc non pertinere ad præſentem ſpeculationem, opportune alias de modo efficacitatis divinæ gratiæ agi poſſe. Ad hæc indicto ſilentio, congreſſus, qui quatuor horas continuas tenuit, ſolutus eſt, Prædicatoribus ac Jeſuitis ad paratum conclave interim ſecedere juſſis.

§. LXX.

Pontificis mandatum de Molinæ propoſitionibus cum D. Auguſtino conferendis.

Hiſt. Congreg. l. 3. cap. 2. Ex act. Coronell. Hiſt. Controv. l. 5. c. 4.

Hiſce dimiſſis Pontifex cum Cardinalibus, Epiſcopis atque Conſultoribus de agitatæ propoſitionis veritate ſecreto conferebat, atque ex Cenſorum conſilio ſpeciales quasdam propoſitiones ex Molinæ libris annotari præcipiebat, eo fine, ut in futuris Congregationibus apertius oſtendi poſſet, an S. Auguſtini doctrinæ adverſarentur; ne vero inter diſputandum quæſtio facti ſuboriretur, num integra fide ex præfato Authore petitæ eſſent, hinc eas-

dem

dem ex mutuo Prædicatorum & Jesuitarum assensu a Secretariis selectas haesce propositiones cum D. Augustini contextu conferri jussit, addito hoc rescripto: *Patribus Generalibus Ordinis Prædicatorum, & Societatis Jesu, de ordine expresso, Sanctissimi Domini Nostri Papæ Clementis VIII. jubetur, ut sequentes propositiones Molinæ conferant cum Doctrina Sancti Augustini, & scripto consignent loca omnia ejusdem Sancti Doctoris, ex quibus illas vel impugnari, vel defendi posse putabunt.* Sæc. XVII. A.C. 1602.

Seligebant Congregationis Seeretarii præprimis septem Molinæ propositiones, in quibus hic contra D. Augustini mentem libero arbitrio plus æquo tribuisse insimulabatur: Aliæ etiam duæ exponebantur propositiones circa secundum propositæ quæstionis articulum. Has omnes die vigesima secunda Martii summo Pontifici exhibent Secretarii, qui easdem ad Patres Societatis perferentes scisitabantur, *an ex Molinæ libro fuerint fideliter transumptæ, sumus enim*, inquiebant, *parati ad corrigendum, quidquid erratum fuisse videbitur.* Gregorius de Valentia conjectis in propositiones oculis, cum illas verbotenus omnino in Molinæ libris reperiri statim agnosceret, temporis spatium sibi indulgeri petiit, ut genuinum Molinæ

Sæc. XVII. A. C. 1602.

sensum ex antecedentibus & consequentibus in aperto ponere valeret, hancque in rem sequens Reverendis Secretariis scriptum transmisit: *Quoniam Patres Secretarii de ordine Sanctissimi Domini Nostri nobis novam aliquam rem proposuerunt: videlicet, ut propositionibus ante mensem datis, & conferendis cum doctrina Sancti Augustini, adderemus quæ nobis placerent, & judicaremus spectare ad Molinæ defensionem: nos existimantes hoc postulare diligentem investigationem, & maturam consultationem, petimus, ut nobis aliquod temporis spatium concedatur.* Ad hæc reponebant Secretarii, non hoc, sed duntaxat ab eis exigi, ut in ipsorum præsentia propositiones cum Codice Molinæ conferrent, & si quod verbum intermissum fuerit, adderetur. Id se præstiturum altera die promiserat Valentia asserens, *multa esse addenda, alia etiam omittenda, ut sensus Molinæ fieret plenus*, huncque in finem prælegit scriptum, in quo addenda vel detrahenda continebantur. Illud etiam exhibetur summo Pontifici, qui tam Societatis, quam Prædicatorum Generalibus præcepit, ut novem hasce Molinæ propositiones cum doctrina D. Augustini conferrent, scriptisque omnia ejusdem Doctoris loca consignarent, ex quibus illas vel impugnari vel defendi posse crederent. Postquam vero Secreta-

cretarius præfata loca ſibi tradi a Gregorio Valentia poſtularet, hic ſequentem Epiſtolam Clementi VIII. conſignari petiit: *Beatiſſime Pater: hac in re cum magnum habeamus fundamentum dubitandi, quonam modo velit Sanctitas veſtra id a nobis fieri, propter aliqua, quæ circa hoc nobis occurrunt, & quæ putamus Sanctitatem veſtram benigne audituram, humiliter ſupplico Veſtræ Sanctitati, ut dignetur me ſolita benignitate de hoc audire. Sanctitatis Veſtræ humillimus ſervus*

GREGORIUS de Valentia.

Sæc. XVII. A. C. 1602.

Die vigeſima octava Aprilis hanc Valentiæ epiſtolam unacum ſcripto, in quo FF. Prædicatores S. Auguſtini ſententias Molinæ oppoſitas adduxerant, receperat Pontifex, qui hæc eidem reſcripſit: *Volumus ſcire, quibus in locis Sancti Auguſtini reperiantur propoſitiones extractæ ex libris Molinæ. Nobis autem ſatis nunc erit, ſi citentur libri vel tractatus Sancti Auguſtini, & eorum capita; quod enim ex illis inferre volueritis, poſtea nobis præſentibus viva voce explicabitis, neque rurſus ad hæc replicetis, ſed perficite, quæ præcipimus.*

Igitur Valentia Papæ juſſis obtemperaturus, vigeſima quinta Maij die Divi Auguſtini teſtimonia Molinianis aſ-

Sæc. XVII. A. C. 1602.

sertionibus propitia eidem offerebat. cum autem non ipsa Sancti Doctoris verba, sed duntaxat libros & capita indigitasset, hinc summo Pontifici immensus relinquebatur labor, quo ex oblato ampliſſimo indice plusquam trecenta Divi Auguſtini loca evolvere ac conferre cogebatur. Poſtea hunc Valentiæ Indicem die octava Junii Conſultoribus examinandum tradidit, ut hi re maturius perpenſa in proximis Congregationibus de Molinæ doctrina judicium ferrent.

§. LXXI.

Congregatio Secunda.

Hiſt. Congreg. l. 3. cap. 10. Hiſt. Controv. l. 5. c. 5.

Evolutis a prima Congregatione quatuor pene Menſibus die octava Julii ſecunda habebatur Congregatio, in qua præſentibus iisdem, qui primæ intererant, ſummus Pontifex ex novem Molinæ propoſitionibus primam cum Divi Auguſtini doctrina conferendam propoſuit. Erat autem hæc tenoris ſequentis: *Cum ſolo concurſu generali Dei, absque alio dono vel auxilio gratiæ, poteſt homo efficere opus bonum morale, quod fini naturali hominis accomodatum, atque comparatione illius, ſit vere bonum & virtutis opus: non tamen quod fini ſupernaturali ſit accommodatum, quodque comparatione illius*

lius bonum ſimpliciter, ac virtutis opus dici queat. Sæc. XVII. A. C. 1602.

Hanc in rem ſummus Pontifex per mediam & amplius horam perorans Gregorio de Valentia innuebat, ut hanc propoſitionem S. Auguſtini doctrinæ conformem eſſe oſtenderet. Hic ergo varia ejusdem Doctoris teſtimonia, quæ Molinianæ aſſertioni faverent, allegans, quæ eidem oppoſita erant, interpretari nitebatur: Poſtmodum P. Thomas Lemos Ord. Prædicatorum Theologus, qui morbo præpeditus primæ Congregationi non interfuit, a Papa juſſus ad propoſitum diſputationis dubium reſpondit, validisque argumentis oſtendit, quod Molinæ propoſitio a vera & Catholica S. Auguſtini doctrina longiſſime diſtet, locaque omnia hujus S. Doctoris in ejus defenſionem adducta in alienum ſenſum fuerint detorta. Hanc in rem idem Pater multa ex D. Auguſtino congeſſit, ut oſtenderet, etiam in genere moris nullam dari poſſe virtutem ſine ſpeciali Dei dono, eaque in parte Molinæ ſyſtema haud multum differre ab illo Juliani Pelagiani. Ad hæc reſponſurus Valentia, denuo conteſtatus eſt, nolle ſe Molinæ ſententiam ut veriorem tueri, ſed duntaxat ut probabilem, & ab hæreſi Pelagiana alienam: reſpondente autem Lemoſio, controverſiam D. Auguſtinum

Sæc. XVII. A. C. 1602.

ſtinum inter & Julianum olim agitata de virtutibus Deo acceptis & fini ſupernaturali accommodis duntaxat intelligi poſſe, Pontifex loquentem interpellans inquiebat: „Profecto S. Auguſtinus con„tra Julianum non diſputabat, niſi de „virtutibus moralibus, quas Julianus „dicebat reperiri in ethnicis & impiis „hominibus. Nec potuit usque adeo „deſipere, ut putaret fuiſſe in ethnicis „veras virtutes fini ſupernaturali accom„modatas, ſed ideo impugnabatur a „S. Auguſtino, quia contendebat homi„nem ſine gratia poſſe operari bene mo„raliter propter Deum quod ſimiliter „aſſerit Molina.„

His dictis multa de Molinæ ſenſu Lemoſium inter & Valentiam diſputata ſunt. Poſtea ventum eſt ad hanc quæſtionem: *An virtutes morales ſine fide & charitate veræ virtutes dici valeant?* Hanc tamen quæſtionem Pater Valentia dignam non putabat eo confeſſu, *communiter enim Thologi*, inquiebat, *aſſerunt, ſine gratia, fide & charitate fuiſſe in aliquibus gentilibus opera virtutum moralium, an autem virtutes ſimpliciter vel ſolum de nomine dicendæ ſint, quæſtio eſt de nomine.* Tandem Hieronymus Xavier Ordinis FF. Prædicatorum Generalis ſubjunxit, quod Molina fateatur: *ſententiam illam ſuam non reputari tutam in multis provin-*

P. Livin. Hiſt. l. 5. cap. 5. p. 355.

cii

ciis & Scholis, propter antiquos Patres, & Concilia, quæ ex adverſo producuntur: ſperat tamen in Eccleſia aliquando definiendam, vel ſaltem frequentiorem fore.

Sæc. XVII. A.C. 1602.

LXXII.

Judicium Congregationis de Prima Molinæ propoſitione.

His ita agitatis juſſit Pontifex PP. Lemoſium & Valentiam cum ſuis Generalibus ſecedere: ipſe vero unacum duobus Cardinalibus cunctisque Conſultoribus de diſputata quæſtione judicium ferre cœperat, præcipiens, ut ſinguli ſuas proferrent ſententias, & libere edicerent, an prima Molinæ propoſitio aſſerta eſſet ſecundum mentem S. Auguſtini? Re ab omnibus mature diſcuſſa cenſebant omnes hanc propoſitionem eſſe contra expreſſam S. Doctoris doctrinam l. 4. contra Jul. c. 5. traditam, nec eam excuſari poſſe ab errore, non obſtantibus ex adverſo productis Patrum Societatis rationibus. Communi tamen huic ſuffragio non aſſentiebantur Epiſcopus Aquilenſis, necnon PP. Plumbinus Ord. S. Auguſtini Procurator, & Bovius Collegii Transpontini Carmelitarum Regens, qui præfatam propoſitionem poſſe probabiliter defendi aſſerebant

Act. Secret. in compendio Coronell. Hiſt. Congreg. c. 10. lib. 3.

LXXIII.

Sæc. XVII. A. C. 1602.

§. LXXIII.

Congregatio III. coram Clemente VIII. habita.

Die nona Julii celebrata est Congregatio tertia, in qua secunda Molinæ propositio discutiebatur: Erat autem hæc: *Propositis & explicatis his, quæ credenda sunt, adhibitis insuper argumentis, quæ afferri solent, ut homines merito sibi persuadeant ea revelata esse a Deo & jussa credi, & denique accedente externa vocatione ad fidem per concionatores aliosque Ecclesiæ Ministros, in facultate liberi arbitrii est, cum solo concursu generali Dei rebus propositis assentiri, tanquam a Deo revelatis; actu tamen, qui sit mere naturalis; quique ex parte intellectus non sit satis ad justificationem.*

P. Livin. Hist. l. 5. cap. 5.

Monente Pontifice, ut Jesuitæ de hac propositione agerent, Claudius Aquaviva eorum Generalis adhuc de prima propositione audiri postulavit. Pontifex, ne ullam Jesuitis querendi ansam præberet, indulsit, ut quæ adhuc in Molinæ favorem proferenda superessent, exponeret. His auditis hic Pater fatebatur, a Molina concedi, quod in hac propositione dicitur, sed adhibita ejusmodi interpretatione, qua clarissimus Molina ostendit, minime se a D. Augustino

stino hac in re dissentire: nec obstare dicebat, quod Molina asseruerit, in facultate liberi arbitrii esse rebus propositis assentiri tanquam a Deo revelatis, eoquod sensus esset, quod talis homo articulis assentiatur ideo, quia sibi persuadet esse revelatos, sicut Lutheranus naturali ratione credendi assentitur rebus a Deo revelatis propter propriam persuasionem, quod talis Revelatio existat. Præterea Pater Valentia probandum sibi sumpsit, Molinam intelligendum esse de *assensu mere opinativo & fide humana:* cum autem id negasset Lemosius, Valentia Molinæ locum ex quæstione decima quarta opposuit, ostenditque, quod Molina nullibi docuerit, excitationes exteriores sine prævenientis interioris gratiæ auxilio sufficere ad initium justificationis, fidemque Christianam, sicut eas sufficere docebat Pelagius, ejusque Assecłæ. Diu tenuit hæc disceptatio Theologorum, quibus tamen unacum eorum Generalibus secedere jussis, Pontifex cum Cardinalibus & Consultoribus diu consultabat: Exstat tamen sequens Censorum judicium. *Ex contentis in propositione & ex adjunctis, aliisque ex eodem libro consideratis convincitur, Molinam docuisse, ex propria sententia, posse elici ab homine per solas naturæ vires, actum veræ fidei*

Sæc. XVII. A. C. 1602.

Sæc. XVII. A. C. 1602. *fidei Christianæ quantum ad substantiam … perfectionem assensus excepta sola supern… turalitate, quæ illi actui accedit ex auxi… particulari & inspiratione Spiritus San… vel ex concursu habitus supernaturalis: ha… autem doctrinam esse proprie & formali… traditam a Molina contra patentissimam … Augustini doctrinam, a Sede Apostolica … probatam, constat ex omnibus pene e… libris & Epistolis adversus Pelagianos, … eorum reliquias editis.* Huic censuræ … nuo non aquievere tres hi Censor… antea nominati.

§. LXXIV.

Congregatio quarta circa tertiam Molinæ propositionem.

Hist. Controv. l. 5. cap. 7. Hist. Congr. l. 3. c. 11. Act. Secret.

In quarta Congregatione, quæ habita est die vigesima secunda Julii expo… nebatur tertia Molinæ Propositio hi… verbis expressa: *Cum quis edoctus fu… rit, supernaturalem assensum ad salutem esse necessarium, viribus naturalibus potes… optare, ita credere, atque etiam conari, ex dono & auxilio supernaturali assentiri, denique potest petere, ut auxilium illud sibi donetur, & ad illud recipiendum se tangere se disponere.*

Circa hoc argumentum Gregorius de Valentia genuinum hujus propositionis sensum exposuit, multisque allatis

D. Au-

D. Augustini testimoniis comprobatum reddidit, quod homo sine gratia supernaturali possit moraliter habere actus cognitionis, desiderii & petitionis circa supernaturalia: hisce autem argumentis a Lemosio confutatis Valentia proposuit, Molinam nonnisi locutum fuisse de assensu opinativo ac fide humana: cum vero ad hæc satis superque jam antea fuisset responsum, solutus est conventus, Censoribus sequens ferentibus judicium: *Ex locis citatis apparet Molinam formaliter docuisse, posse hominem suis solis viribus naturalibus optare supernaturaliter credere, & auxilium gratiæ divinæ petere, atque etiam ad illud recipiendum se disponere, hanc autem sententiam esse contra expressam doctrinam S. Augustini, & continere errorem Semipelagianorum ab Ecclesia damnatum in Concilio Arausicano II. constet ex Can. 2. & ex innumeris pene locis S. Augustini.*

Sæc. XVII. A. C. 1602.

Huic judicio Basilius Pignatellus Antistes Aquilanus, Plumbinus & Bovius non ex integro suffragabantur.

§. LXXV.

Quinta & sexta Congregatio circa quartam & quintam Molinæ propositionem.

Sequen-

Sæc. XVII. A. C. 1602.

Sequenti die in Congregatione quin
disputatum est de quarta Molin
propositione his verbis concepta: I
modo Deus sua sapientia leges, quibus
tam spiritualem, atque ejus incrementu
conferret, accomodavit, ut sicut per gr
tiam, hominis naturam ex se liberam pr
ficiebat, ita etiam & ante receptionem
gratiæ, & in ipsa gratiæ receptione, t
postea in augmento illius, suum locum
bero relinqueret arbitrio: quatenus ita ip
esset Auctor omnium bonorum, omniaque
accepta referrentur, ut nihilominus libe
arbitrio propria industria, & laus su
varetur.

Hanc propositionem Valentia no
modo D. Augustini doctrinæ consonam
sed & ex fide certam asserebat. His tri
capita ex Molinæ libro opposuit Lemo
sius, quæ tamen Valentia facile refe
lere potuisset, imo jam tum refutasse
inquit Pater Livinus in sua Histor
hæc addens: *hæc concertatio videtu*
Lemosio minime fluxisse ex animi sententi
quia Valentiæ nihil objecit, quod ante con
futatum non fuit. Finem tandem dispu
tationi dedit Pontifex, ac deliberatio
ne cum Episcopis ceterisque Patribus
habita censuit, præfatam propositionem
S. Augustini doctrinæ adversari. Hæc
tamen censura memoratis tribus Con
sultoribus denuo penitus non proba
batur.

batur. Die autem sexta Mensis Augusti Clemens VIII. sextæ interfuit Congregationi, advocans insuper S. Officii Cardinales, Pinellum, Hieronymum Asculanum, Sfondratum, & Franciscum de Avila. In hac Congregatione disceptatum est, utrum, prout quinta sonabat Molinæ propositio, *sine gratia possit homo actum naturalem attritionis & contritionis elicere.* Prior Molinæ sui caussam egerat Valentia, qui illum in hanc quidem sententiam inclinasse, non autem illam tradidisse affirmabat, ex adverso P. Lemosius eam ab hoc Authore propugnatam, esse Pelagianam, Canoni V. Sess. XIV. Concilii Tridentini adversam, & a S. Thoma, aliisque Doctoribus reprobatam ostendebat. Verum Valentia confestim opposuit, quod hoc Tridentini testimonium de contritione pia & salutari, Molina vero de contritione morali differuerit: attamen Pontifex ex Valentia scisscitabatur, an contritio a Molina stabilita sit fructuosa ac Deo placens, necne? respondente illo, eam per se fructuosam esse moraliter, conciliata vero gratia fructuosam fieri ad salutem æternam, subjunxit Papa, *hoc modo etiam colere agros, habere amicos & alia hujusmodi opera a S. Augustino commemorata sunt fructuosa. Sed hoc non est respondere ad interrogata: quæro igitur, an*

Sæc. XVII. A. C. 1602.

Sæc. XVII. A. C. 1602.

illa contritio, prout a Molina circumscrib-tur, sit fructuosa? ad hæc Valentia iden quod antea, respondit, affirmans Mo linam nonnisi spem moralem non Chri stianam inter fructus contritionis recen fuisse. Cum autem Lemosius oppone ret, quod Molina fidem supernatura lem naturæ viribus perinde ac semipe lagiani tribuisset, idque a Censoribu definitum fuisse diceret, excanduer Valentia & Jesuitarum Generalis, que rentes, an ipse Congregationis actu ac definitionem legisset, ad quod Le mosius reposuit, *hoc fuit publice concl sum, & ideo me remitto ad acta, ex illi constabit, an Valentia hoc concesserit, ne ne?* multis postea ultro citroque dispu tatis dimissa utraque parte soluta es Congregatio, omnesque tam Episcop quam Theologi, exceptis Aquilano & Carmelita censebant, propositionem quintam in sensu & terminis traditam a Molina nullo modo posse deduci ex doctrina S. Augustini.

§. LXXVI.

Congregatio septima & octava circa sextam & septimam Molinæ propositionem.

Iidem Authores.

Septimam Congregationem die decima nona Augusti habitam exorsus est

est Clemens VIII. prolixo sermone, quo nimium disputandi æstum, ac contentionem suggillans sextam Molinæ propositionem, in qua dictum, *quod homo lapsus sine gratia elicere valeat actum naturalem dilectionis Dei super omnia*, examinari præcepit. Hanc in rem Pater Valentia Divi Thomæ sententiam & communem Theologorum doctrinam explicans asseruit, quod in eam Molina propendeat, illa vero plurimum ab errore Pelagianorum distet, quia amor naturæ viribus a Pelagianis adscriptus excludere poterat effectum peccati mortalis secuturi, qualem amorem Augustinus viribus naturæ lapsæ merito abjudicat. Sæc. XVII. A. C. 1602.

Altera die Pontifex solemni Sacro peracto coram Cardinalibus Episcopis ac Theologis præceperat, ut singuli sigillatim mentem suam circa sextam Molinæ Propositionem aperirent: una tum omnium erat sententia illam adeo non esse secundum S. Augustini doctrinam, ut potius eidem omnino adversari videretur: Repugnabant tamen Aquilanus Episcopus & Bovius. P. Plumbinus vero censebat, Molinam in modo saltem loquendi assentiri Pelagianis. In Congregatione nona die secundo Septembris habita circa septimam Molinæ propositionem quæsitum: *utrum sine gratia*

Sæc. XVII. A. C. 1602.

possit homo lapsus cuilibet tentationi etiam gravi resistere, & quamcunque vincere difficultatem, etsi mors sit toleranda. Hanc assertionem Valentia vindicaturus, viginti sex Doctores scholasticos, qui Molinæ systemati suffragarentur, produxerat: maluit tamen Pontifex, ut a S. Literas, Patres, & Concilia recurreret, eaque ex caussa eidem objiciebat Canonem I. Sess. V. Concil. Trident. Denique soluta Congregatione die tertia Mensis Septembris collata Molinæ propositione cum D. Augustini sententia omnes Consultores, exceptis Pignatelli & Bovio, censuere, eam nec a S. Augustino traditam, neque secundum ejus mentem esse.

Juven. hist. Soc. l. 24. pag. 5. Meyer l. 5. cap. 11. Hist. Congr. t. 3. c. 15. P. Lemos Diar.

Hucusque in prioribus Congregationibus agebatur de primo articulo circa vires liberi arbitrii: discutiendum porro supererat alterum dubium, *an ex mente D. Augustini quoties homo solis naturæ viribus fecerit totum, quod in se est, Deus suam illi tribuat gratiam?* Hæc quæstio erat argumentum nonæ Theologorum disputationis, quæ in Congregationem undecimam incidens usque ad trigesimam Septembris diem ob adversam Patris Gregorii valetudinem differebatur: In ea idem Valentia sanitate redditus primam propositionem, in qua hoc dubium asserere Molina videbatur, pro-

Sæc. XVII. A. C. 1602.

propugnandam ſuſcepit, argumento potiſſimum quæſito ex libro decimo nono S. Auguſtini de civitate Dei cap. 13. circa quem locum acrior inter ipſum & Lemoſium diſceptatio incaluerat, tandem Patre Valentia capitis vertiginem patiente, ac Societatis Generali deſuper Pontificem monente ſoluta eſt Congregatio, in cujus judicio die prima Menſis Octobris Cenſores hanc Molinæ propoſitionem S. Auguſtino eſſe contrariam decernebant, reluctantibus Aquilano, Plumbino & Bovio: ſnterim omni ferme momento Gregorii Valentiæ infirmitas ingraveſcere videbatur; erat enim longius protracto diſputationum labore, nimia contentione, nocturnisque vigiliis, necnon Romani aeris, victusque inſalubritate fractus: unde jam in undecima Congregatione tantopere defecerat, ut Papa illum inter diſputandum ſedere pro imperio adegerit, tandem vero viribus lenta phthiſi acciſis Neapoli, quo ad eas cæli ſalubritate reficiendas ex Medicorum conſilio conceſſerat, die vigeſima tertia Aprilis anno ſequenti obiit.

Juvenc. hiſt. Soc. l. 24. p. 5. Meyer l. c. Alegambe Bibl. Script. S. J. Acta Coronell. Thom. Triumph. a. 6. §. 6. Apol. a. 20.

§. LXXVII.

Philippi III. Hiſpani Regis epiſtola ad Oratorem ſuum.

Sæc. XVII. A. C. 1602.

Quamprimum de Patris Valentiæ mo-
bo die nona Octobris Seſſæ Dux H-
ſpaniæ Regem, cujus apud Pontifice
Orator erat, certiorem reddiderat, mo
Philippus diſputationem talem interci
veritus, ad eundem epiſtolam ex Tu
Syllana die tertia Decembris perſcripſ
his conceptam verbis: *Summa an*
voluptate, ex Epiſtolis tuis datis die no
Octobris, didici, Sanctitatis ſuæ ſtudium
expendenda Divinorum auxiliorum Contro
verſia, necnon futurarum diſputation
argumenta, propria ipſius manu ſcripta
quæ Conſultoribus, ac Diſputantibus, tra
juſſit. Et quidem tantæ neceſſitatis deſi
tio eſt, tantique momenti præſentium Co
troverſiarum judicium Apoſtolicum, ut n
hil magis. Idcirco ſancte & Religioſe in
finiendis a Sanctiſſimo Patre labor impend
tur. Nomine itaque meo ſuæ Sanctita
ſignifices, negotium hoc omnino urgendu
eſſe, nec inde manum retrahendam, don
ex integro conficiatur, imo etiam quan
data occaſione, idem ipſi in memoriam voca
meque identidem moneas, quo loco res con
ſtitutæ ſint. Donec enim rem plane con
fectam videro, irrequieta ſollicitudine cru
ciabor.

§. LXXVIII.

Congregatio XIII. & XIV.

Poſt

Sæc. XVII. A. C. 1602.

Postquam hucusque in superioribus Congregationibus potissimi Patres, Molinam S. Augustini doctrinæ adversari, censuissent, Clemens VIII. de ejusdem cum Cassiani erroribus concordia agi præcepit, hancque in rem quatuordecim potissimas Molinæ propositiones cum Cassiani doctrina conferendas designavit, quas Secretarii utriusque Ordinis Generalibus die sexta Octobris tradiderant. His die octava ejusdem Mensis scriptotenus, responderunt FF. Prædicatores, qui collatis utriusque testimoniis Molinam & Cassianum in quatuordecim hisce articulis convenire demonstrabant. Jesuitæ vero nil scripto dedere, sed oppositum in publicis disputationibus se ostensuros promisere: hinc in Congregatione decima tertia die decimo octavo habita de primis duabus Molinæ Propositionibus agebatur, quarum prima erat: *Homo in natura lapsa habet naturale judicium ad cognoscendum malum & bonum, & naturalem facultatem ad utrumque amplectendum.* Disputabant P. Lemos & P. Arrubal, qui Gregorio Valentiæ subrogatus est. Hanc in rem cum multa ultro citroque prolata fuissent, demum die sequenti post maturam utriusque propositionis discussionem omnes tam Episcopi quam Theologi, excepto Antistite Aquilano & Bovio,

Hist. Congr. lib. 3. c. 9. & c. 16.

Sæc. XVII. A.C. 1602.

Bovio, illas omnino cum Caſſiano con-venire cenſebant. Idem ferebatur ju-dicium de altera propoſitione his ver-bis concepta, *Homo in natura lapſa ha-bet facultatem naturalem ad amplectendum bonum vel malum*, in qua propoſitione Molinam cum Caſſiano non convenire oſtendit P. Arrubal.

§. LXXIX.

Congregatio XV. XVI. XVII. & XVIII.

Hiſt. Contr. l. 5. c. 15. Hiſt. Congr. l. 3. c. 17.

Die nona Decembris coram Clemente VIII. habita eſt Congregatio decima quinta, in qua agebatur de tertia Molinæ Propoſitione: *quod homo poſſit ex ſola facultate naturæ diligere Deum ſuper omnia.* Cum autem Claudius Aquaviva ſupremus Societatis Moderator valetudinis cauſſa ſeſe apud ſummum Pontificem excuſaſſet, ſui Vicarium Patrem Ferdinandum de Baſtida miſit, ipſe vero aeris ſalubrioris deſiderio Tuſculum ſeceſſit. Eadem die diſputatum de quarta propoſitione his verbis expreſſa: *Deus expectat noſtros Conatus, aliquando tamen Deus nos præ-venit*, circa utramque tamen aſſertionem die decima ejusdem Menſis Epiſcopi omnes excepto Aquilano cenſuere, illas convenire cum Caſſiani errore: idem quoque

quoque judicium excepto Bovio fere- Sæc. XVII.
bant Patres Theologi, Plumbinus au- A.C. 1602.
tem enuntiabat, Molinam, quod attinet ad actus morales, consentire cum Cassiano & Pelagio, quantum vero ad sanitatem naturæ pariter judicabat Molinam consensisse cum Pelagianis, & quod spectat ad supernaturalia, censuit Molinam non in re & sensu sed in modo loquendi convenire cum Cassiano. In Congregatione decima septima, quæ coram Clemente VIII. habita est, die decima sexta Decembris agebatur de quinto articulo, ubi FF. Prædicatores ex tribus *Concordiæ* locis Molinam consentire cum Cassiano ajebant circa hanc propositionem: *Deus quodammodo occasiones quærit & exspectat, ut datio & largitio suæ gratiæ rationabilis videatur.* Eadem die pariter disputatum est de sexta illius propositione, quæ sic sonat: *Homo in natura lapsa sufficientes vires habet, ad resistendum gravibus tentationibus & ad superanda singula difficilia.* Utramque propositionem P. Arrubal a Cassiani errore vindicare satagebat variis hanc in rem allatis argumentis. Tandem die decima septima ejusdem Mensis unaomnes, solo refragante Bovio Carmelitarum Regente, censebant Molinam in utraque propositione convenire cum Cassiano. Toto igitur anno crebris di-

Sæc. XVII. A. C. 1602.

putationibus insumpto tam necessaria Ecclesiæ definitio nondum speranda erat, etsi omnes propositiones ultro citroque in cunctis Congregationibus diu acriterque fuissent agitatæ.

§. LXXX.

Propositio a Clemente VIII. proscripta de absentis absolutione.

Bullar. t. 3. Constit. 87. Argentre de novis erroribus t. 3. fol. 171. Hist. Congr. de auxil. l. 2. cap. 30.

Indefessa hæc enatam in Ecclesia controversiam decidendi sollicitudo haud adeo Clementis VIII. animum absorbebat, quin pastoralem quoque curam suam ad exscindendos abusus sensim in ipsam etiam Sacramentorum administrationem irrepentes extenderet: cum ergo compertum haberet, quod Theologorum nonnulli in privatis suis Prælectionibus ac collegiis traderent, imo etiam publice quidam Jesuita Florentiis sermone ad populum habito docuisset, quod Confessio Sacramentalis ab absente pœnitente absenti Confessario per nuntium vel epistolas fieri valeat, hinc summus Pontifex haud contentus, quod in hunc Concionatorem a S. Officii Judicibus summo jure animadverti præciperet, insuper hoc anno die vigesima Julii edita Constitutione declarabat, falsam, temerariam ac scandalosam esse hanc propositionem, quod si-

Epistola Ducis Sessæ ad Hispan. Regem die 11. Junii 1602.

cut

ceat per literas seu internuntium Confes- Sæc. XVII.
sario absenti peccata Sacramentaliter con- A. C. 1602.
fiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere. Præterea indicta anathematis pœna inhibuit Pontifex, ne deinceps hæc assertio publicis privatisque Lectionibus, concionibus & congressibus tradatur, nec unquam, tanquam aliquo casu probabilis propugnetur, typis vulgetur, aut ad usum deducatur. Huic judicio præcipue occasionem præbuit Franciscus Suarez S. J. qui Disp. 19. & Disp. 21. de Sacr. Pœnitentiæ hanc doctrinam Ecclesiasticæ disciplinæ omnino contrariam esse ostendit: oppositam vero propagaverat noxium opiniones probabiles amplectendi studium, quo abrepti Theologorum nonnulli, ut pœnitentibus suis complacentes salutarem verecundiam mitigarent, perversum hunc Confessionis usum induxerunt, in subsidium laxitatis suæ vocantes quædam statuta ac Canones, in quibus tamen nonnisi de absolutione a censuris, non vero de Sacramentali agitur.

§. LXXXI.

Transylvaniæ motus.

Etsi Transylvania ferme integra, ut supra memoravimus, a Georgio Basta Cæsareo castrorum Legato in Cæsaris *Thuan. Hist. l. 127. Mercurius Gallo Belg. l. 7.*

Sæc. XVII. A. C. 1602.

saris potestatem fuerit redacta, quam plurimi tamen, ac præprimis e nobilium Ordine a Cæsare alieni, qui Bistricium munitam Septentrionalis Daciæ urbem cum exercitus sui reliquiis sese contulerant, eoque pretiosiora quæque congesserant, novos concitarunt motus. Basta igitur cum exercitu suo aliisque Nobilibus ingenti alacritate eo profectus, urbem obsidet, murisque tormentorum vi dejectis Gallos Belgas ac Germanos per ruinas latius patentes immittit, qui tamen hostium ac periculi contemptu incautius longiusque abrepti ab obsessis non sine clade repulsi sunt: eapropter Basta, ut vel hostem injecto terrore ad innoxiam induceret deditionem, vel milites suos ad imperterritam oppugnationem accenderet, præconis voce proclamari jussit, totam urbis prædam iis, qui per vim irrumperent, esse relinquendam: cum ergo miles irruptionem faciendi aviditate arderet, obsessi e suis quosdam ablegant, qui vim deprecantes de deditionis conditionibus agerent, quas tamen oppidi Magistratus, cum duriores viderentur, acceptare renuebant: hinc oppugnatio majori, quam cæpta esset, furore redintegratur, Cæsareis ob prædæ spem extrema quævis tentantibus: Interea Sigismundus Bathorius Nicolaum Vi-

gadum

gadum ad Baſtam miſit, qui ſignifica- Sæc. XVII.
ret, quod nec ipſe nec cives Briſtri- A. C. 1602.
ciani contra Cæſaream Majeſtatem bellum gerere, ſed lubenti animo ſe ejus poteſtati ſubjicere intenderent, dummodo æquis conditionibus pax concederetur. Baſta igitur, ne obſeſſi ex deſperatione animum reſumerent, veritus, oppidanos his legibus in gratiam recepit, ut triginta talerorum millia mulctæ nomine penderent, & qui diſcedere vellent, cum ſuis bonis incolumes in locum tutum deducerentur: His ita pactis trecenti circiter urbe exeunt, quos Baſtæ Equitatus ante portam exceperat: ipſe vero Baſta urbem ingreſſus præprimis Sacrum ſolemne celebrari præcepit, & ſeveriſſime prius interdixit, ne quis ſponte ſeſe dedentibus vim ullam faceret, aut fieri pateretur: Attamen Baſtæorum militum cupiditate, & prædæ flagrantium perfidia Nobiles, cum vix duas leucas progreſſi eſſent, contra jus fidemque datam ſpoliati, ac unacum uxoribus, liberisque captivi abducti ſunt, nec quicquam obſiſtentibus Præfectis, quorum nonnulli, dum militum furorem ſiſtere conantur, ægre vitæ periculo ſeſe ſubducere poterant. Hujus criminis fama ad Baſtam delata ipſe toto itineris ſtudio advolans in reos inquiri jubet, quorum quosdam e veſtigio

Sæc. XVII. A. C. 1602.

ſtigio ſuppliciis affecit, omnemque praedam ſpoliatis reſtituit: inde vero reverſus urbem, quo minus vaſtatione flammisque deleretur, præſervare ſtuduit.

§. LXXXII.

Moſes Siculorum Dux a Baſta profligatus.

Panon. Bell. Hiſt. p. 1. Petrus de Reva Monarch. cent. 6.

Dum interea de Sigismundo Bathorio, qui omni ope deſtitutus quovis pacto pacem exorabat, in Cæſaris gratiam revocando agebatur, Moſes Siculorum Dux, qui antea ad Polonos & Turcas profugerat, collectis quatuor circiter millibus prope Mariſium flumen inter anguſtos colles latitabat, Tranſylvaniæ invadendæ occaſioni intentus. Baſta de inſidiis a Tſchiacco Iſtuano certior factus, nulla mora Viſeburgum contendit, quo comperto Moſes miſſis ad eum nuntiis colloquium poſtulat: ablegato igitur Iſtuano Baſta, quo animo tam copioſum militem adduxiſſet, exquiri jubet: ad hæc reſpondit Moſes, potiori nobilitatis parti initæ cum Bathorio conditiones diſplicere, proin ſe magis honeſtas expetere: Baſta ex hoc reſponſo capiti ſuo fabam cudi haud ignarus, eundem ad ſaniora conſilia perſuadere nitebatur; cum autem ſurdas

surdas pulsaret aures, die vigesima octava Junii noctu quindecim millium exercitum admovit, initoque prælio hostiles cohortes profligavit, cæsis Transylvanorum, Tartarorum & Turcarum tribus millibus, ipse autem Moses propudiosa fuga ægre saluti suæ consuluit. Hac strage territus Bathorius ipsus tertio post die ad Bastam venit, ac de Mosis perfidia se purgans Millenbachium unacum Basta contendit, ibidemque Transylvaniæ Principatum rursus Cæsari cedens, se totum ejus clementiæ permisit. Sæc. XVII. A. C. 1602.

§. LXXXIII.

Budensis Purpuratus a Christianis captus.

Interea bellum in Hungaria vario Marte gestum est; quippe ineunte Mense Aprili Altheimius arcem prope Visesburgum sitam obsidere cœperat, exorta tamen Hussaros inter & Germanos dissensione erumpentes Turcæ cæsis plusquam nongentis, Cæsareos ad solvendam obsidionem compulerunt: sequenti autem Mense Haiducci, qui Jaurini & Comorræ præsidia agebant, feliciori marte contra Turcas pugnabant. Hi dum sexaginta circiter Turcas secum captos abducere parant, certicres fiunt, quod Ali

Panon. l. c. fol. 270. Mercur. l. c.

Sæc. XVII. A. C. 1602.

Ali Budenſis Baſſa olim Caniſæ Prefectus unacum Panquero Apoſtata ſecundo flumine ad Veſirem excipiendum deſcendere pararet: hunc ergo vigin milliaribus infra Budam adoriuntur moxque quatuordecim ſuorum occi Purpuratum cum ingenti præda Jani num abducunt, Panquero autem, qui deſperatione in rabiem verſa ſe dedere renuebat, detractis veſtibus & annuli caput abſcindunt, illudque in Danubium projiciunt. Baſſa quæſtione habita confeſſus eſt, quod Turcarum Imperator hoc anno Haſanam Purpuratum cum ingenti Janiſſarorum mam miſſurus eſſet, jamque hujus exercitu pars Belgradum perveniſſet, ac proxima foret non modo Strigonii ſed Albæ Regalis obſidio, in opem advocata maxima Aſiatici exercitus parte conductisque Tartarorum octoginta mi libus. Præterea aſſerebat, Budam no modo ſex millium præſidio, ſed omn neceſſario apparatu, præterquam anno næ firmatam, Peſtam quoque valid præſidio munitam eſſe.

Thuan. l. 127.

§. LXXXIV.

Alba Regalis a Turcis recuperata.

Reva de Monarch. Hung. cent. 6. Mercur. l. c.

His rebus a Baſſa cognitis explorato que Veſiris Haſſanæ adventu Mat thias

thias Archidux Belliducibus Viennam accersitis, quo pacto validius hosti occurri posset, deliberat, ubi decretum, Budam recta petendam, eoquod Hassanam eo jamjam cum septuaginta suorum millibus properare nuntiatum esset: nec vanus erat rumor; hic enim ingenti celeritate Budam percurrens, die duodecima Augusti utraque ex parte Albam Regalem obsidere cæpit, toto impetu in Sigetanum suburbium verso, cujus tamen præsidiarii alacriter erumpentes hostem iterata clade repulerunt, tandem vero Turcæ numero superiores Suburbium impressione ad sex horas protracta occupant, Germanis unacum Isulano Comite sese ad urbem recipientibus; Heiducci quoque, cum per paludes viam sibi aperire certarent, plusquam mille ceciderunt, non minori tamen Turcarum clade. Die autem decima octava occupato alterius suburbii vallo Hassana toto armorum impetu in urbem irrumpere parat, & quamvis cæsis suorum octingentis recedere coactus esset, nihilominus desperatione audaciam inflammante die vigesima quarta ejusdem Mensis crebris tormentorum ictibus tam ampla ruina muros disjecit, ut vigesima octava die sæpius suos immittere tentans, urbem tanta vincendi pertinacia aggrederetur, ut vigesies repulsus

Sæc. XVII. A. C. 1602.

Sæc. XVII. A. C. 1602

pulsus, continuata tamen per integrum diem oppugnatione sex millia Janissarorum amitteret: Ex nostris vero desiderati fuerunt mille, ipse vero Isulanus Comes graviter vulneratus est: hujus fato territi milites gregarii abjecta defensionis spe, insciis invitisque Ductibus, ac Tribunis suis, cum hostibus de deditione agere cœperunt, cumque obsides utrinque traderentur, perfidi Vallones & Janissari turmatim muros transcenderunt, indomitoque furore irrumpentes insuperhabita pactæ incolumitatis fide obvios quosque trucidarunt, ceteris in castra abductis. Hac suorum perfidia vehementer commotus Venerius captos Ductores nonnisi soluto lytro, gregarios vero milites Polottum libere dimisit, Isulanum autem Comitem Albam Græcam conduci jussit. Nacti sunt ibi Turcæ decem belli tormenta nova, præter ea, quæ ibidem jam antea erant, necnon pulveris pyrii, globulis, missilium & pecuniæ copiam haud contemnendam.

§. LXXXV.

Pesta a Christianis capta, & Budæ incassum obsessa.

Mercurius l. 7. Panon. Chron. p. 1.

Hac victoria animati Turcæ in vicinos agros præcipue Waicienſem populabundi excurrebant, unde Præsidiarii obs-

Sæc. XVII. A. C. 1602.

obsidionem, quam verebantur, sustinendo impares, destructis propugnaculis unacum belli tormentis ad Christianorum castra secessere, ubi in itinere in octingentorum Turcarum agmen prope Agriam incidunt, hostemque munitioris loci fiducia sopitum in fugam agunt, ac tandem opima præda onusti Strigonium ad suos contendunt. Motis inde castris totus exercitus die secunda Octobris Budam pervenit, occupatoque S. Gerardi monte sua castra communire sategit, Turcis valida eruptione laborantes præpedire nequicquam conantibus. Junxerant Budam & Pestam urbes ponte, ad annonam & suppetias ultro citroque advehendas peropportuno, quo rupto proin intercluſa mutui accessus libertate, cum Christiani alterutrius urbis expugnationem multo magis expeditam reddi probe cognoscerent, navem incendiariam nova arte constructam recta ad pontem impellunt, insequentibus novem aliis navigiis, ad quorum conspectum Turcæ, quod res erat, suspicati magno numero ad pontem convolant, densoque telorum imbre Cæsareos petunt; fervente autem tumultu navis emissa dissilit, suaque mole, pyriique pulveris vi pontem non sine ingenti hostis clade disrumpit: mox nostri in navigiis latentes propug-

Sæc. XVII. A. C. 1602.

naculum ad Danubii defenſionem exſtructum aggrediuntur, haud ſegnius Turcis e Buda in opem accurrentibus: quocirca Comes Sulcenſis idem propugnaculum cum ſuis adorſus occupat, Turcasque pontem propugnantes aggreſſus in fugam agit. Hac ratione libero aditu patefacto die ſexta Octobris Cæſarei ductoribus Sulcenſi Comite & Althemio, ut hoſtem fallerent, oppidum noctu ad fluminis oram invadunt, interim Turcis tuendo fluvio unice intentis e terra Equites admotis ſcalis magno numero mænia tranſcendunt. Inde conſternati Turcæ, ubi circumventos ſe vident, deditionem offerunt, quæ negata non ſine ingenti clade in munitiora urbis loca ſeſe recipiunt, Chriſtianorum vero fortitudinem ſuſtinendo impares vitam modo pacti cum uxoribus, liberisque ſe dedunt, polliciti, ſe parem deditionis conditionem a Budenſibus impetraturos. Hi vero a noſtris ſollicitati ſe dedere recuſabant, quocirca ponte reſtaurato die undecima ejusdem menſis Budæ oppugnatio totis viribus inchoata eſt: qua comperta Vezires Baſſa cum viginti ſuorum millibus accurrens, die decima quinta haud procul ab oppido Peſta caſtra metatur, noſtrosque invadens propugnaculum prope pontem erectum oppugnat: fervente

Sæc. XVII. A. C. 1602.

vente hoc conflictu duo Turcarum millia e Budenſi oppido erumpunt, primoque furore centum e Cæſareis trucidant, Equitibus tamen in opem accurrentibus repulſi: iterata autem eruptione die decima ſeptima res ad pugnæ neceſſitatem devenit, æquata utrinque clade: vigeſima prima ejusdem Menſis die Vezires Peſtam toto impetu, incaſſum tamen, adoritur: altera autem die Cæſarei patefacto murorum hiatu usque ad ſeram noctem impetum urgent, & licet, Turcis valide vim repellentibus, plusquam mille ex noſtris fuerint deſiderati, nihilominus cum a quodam transfuga præſidiarios annonæ penuria laborare edocti eſſent, rurſus impetum in urbem parant, atque octo Turcarum millibus in Chriſtianorum caſtra advolantibus, necnon die vigeſima ſexta cum toto peditum equitumque agmine erumpentibus non ſine mutua clade utrinque pugnatum eſt: Dum ita noſtri Budam oppugnant, Veſires famis vehementia preſſus die ſecunda Novembris Peſtanam obſidionem ſolvit, Tolnamque eo fine contendit, ut trajecto flumine Viſenburgenſibus Turcis auctus Cæſareorum caſtra invaderet: aſt a Colonitzio inopina vi obrutus deſideratis ſuorum ſexcentis repulſus eſt. Tandem Matthias Archidux, qui die

Sæc. XVII. A. C. 1602.

decima octava ad castra advenerat, cum Christianorum virtuti successus suus haud colluderet, hyemisque ac pluvioſi aeris intemperies ingrueret, oppugnationem intermittere statuit, Haiduccis interea annonæ transitum urbi intercludentibus.

§. LXXXVI.

Edictum Henrici IV. Galliarum Reges contra Duellantes.

Thuan. hist. l. 129. Daniel hist. de France ann. 1602. tom. 10.

Cum in Galliis ad singulare certamen provocantium furor tantopere invaleſceret, ut intra paucos Menſes quatuor Nobilium millia occisa numerarentur, atque ad Henricum IV. Franciæ Regem, cum Blæsis esset, de duellorum licentia, quæ in Dei contumeliam, animarum perniciem & labefactandam legum auctoritatem cedebat, crebræ querelæ ex omnibus Provinciis deferentur, ipse de coercenda hac perniciosissima licentia serio egit, editoque edicto statuit, ut tam ad certamen provocantes quam provocati, si ad illud comparerent, capitali pœna punirentur, hi vero, qui provocationis literas deferrent, aut provocanti vel provocato tanquam testes, quos Patrinos vel secundantes vocant, assisterent, proscriptis eorum bonis sine spe veniæ plecterentur:

Sæc. XVII. A. C. 1602.

fterentur: Præterea ſancitum, ut qui honorem ſuum graviter læſum cauſſarentur, aut ad certamen, quod citra notam infamiæ inter Nobiles & militares Viros detrectare non poſſent, provocati eſſent, ad Provinciarum vel militiæ Præfectos recurrerent, qui auditis utrinque partibus, interdicta omni armorum vi, injuriam ex æquo & bono reſarcire tenerentur, utraque parte eorum judicio ſtare compulſis: Si vero ſecus fecerint, concitata in ſe Regis indignatione aula ac provincia exularent, vel aliis ad arbitrium pœnis caſtigarentur, in occiſos vero tanquam læſæ Majeſtatis reos ſpeciali judicio ageretur. Hoc Regis edictum Menſe Junio in Senatu promulgatum eſt, exiguo tamen fructu, quia ipſemet Rex, ut fertur, duella recuſantes nonnunquam facete cavillaretur. Eodem hoc anno, cum Clemens VIII. anno Chriſti milleſimo nonageſimo ſecundo die decima ſeptima Auguſti Pii IV. Gregorii XIII. & Concilii Tridentini pœnas in duellantes latas confirmaſſet, ſimulque ſtatuiſſet, ut abſolutio ab excommunicatione ob duellum incurſa extra articulum mortis duntaxat a Romano Pontifice impendi poſſet, die decima ſexta Novembris promulgato Sacræ Congregationis decreto declarabat, quod Regulares

Bullar. Clem. VIII. Conſt. 11.

Sæc. XVII. A. C. 1602.

omnes ab hac cenſura extra Italiam & extra urbem virtute ſuorum privilegiorum abſolvere valeant.

§. LXXXVII.

S. Franciſci Saleſii inauguratio in Epiſcopum Genevenſem.

Opera S. Franc. Maupas du Tour vita B. Franciſci.

Jam anno Chriſti milleſimo quingenteſimo nonageſimo octavo Claudius Granierus Genevenſis Epiſcopus S. Franciſcum de Sales in Paſtoralis ſollicitudinis partem nominabat, quam tamen Coadjutoris dignitatem ipſe omnibus inſervire, nulli præeſſe ſtudioſus tertia jam vice recuſans, tandem inſtante Sabaudo Duce acceptare cogebatur. mox præfati Epiſcopi juſſu Romam contendit, ubi ſummis honoribus exceptus præſente ipſo ſummo Pontifice, octo Cardinalibus & viginti tam Archiepiſcopis, quam Epiſcopis, pluribusque Ordinum Generalibus Theologicum ſubibat examen, in quo ad triginta quinque propoſitas quæſtiones maximo omnium applauſu & admiratione doctiſſime reſpondit, ipſo Papa in ejus amplexus ruente inter hæc verba: *Bibe aquam de ciſterna tua & fluenta putei tui: deriventur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas divide.* Inde Genevam reverſus Saleſius, obtento Nicopolitani Epiſcopi

Prov. 5.

scopi titulo ineunte hoc anno ad Cleri sui preces Parisios venit, ab Henrico IV. Galliarum Rege Ecclesiasticorum proventuum restitutionem impetraturus, ad cujus alloquium Fontis Bellaquei admissus præter maximas honorum significationes optato Legationis suæ successu potiebatur. Postquam igitur nono Mense ibidem substiterat, tandem e Galliis reversus in itinere non sine maximo animi sui dolore Granierium decessorem suum obiisse percepit, quapropter Gebennam adventans urgente Clero in Thorensi Ecclesia die octava Decembris hoc anno a Vespasiano Gribaldo Viennensi Archiepiscopo in Genevensis Ecclesiæ Præsulem ritu solemni inauguratus est. Sæc. XVII. A. C. 1602.

§. LXXXVIII.

Galliæ Delphinus veneno impetitus.

Anno priori, quo in Hispania die vigesima secunda Septembris primogenita Philippi Regis Filia Anna Maria Mauritia nascebatur, in Galliis quoque Delphinus nomine Ludovicus XIII. die vigesima secunda ejusdem Mensis maxima utriusque Regni lætitia primam lucem aspexit, cui recens nato Henricus IV. Parens capulum gladii dexteræ inseruit, precatus, ut eo ad Dei glo- *Janson. lib. 26. Metteran. l. Belg. 21.*

Sæc. XVII. A. C. 1602. riam & Eccleſiæ defenſionem uteretur. Hic in Divi Germani ſuburbano, ſ. nutricis cura in ſpem Regiæ Borb. niorum ſucceſſionis educabatur: dum autem Rex die decima ſeptima Jun. Lutetia digreſſus ad hoc oppidum v. nerat, non ſine maxima animi adm. ratione percepit, hanc nutricem dem. pente ſub illum ipſum veſperum ex. extinctam, eoquod eidem Hugonotta. rum, ut creditum fuerat, nonnulli s. pera manuque coquinæ ipſis addict. conducta, offam veneno imbutam r. prandium attuliſſent, eo fine, ut no. tam in ipſam, quam ut per ejus mani. las in Delphini vitam graſſarentur: At tamen nutrix ſimulac conceptum viſce. ribus toxicum animadverterat, ipſa ſu. quidem exitii certiſſima, in id unic. intenta erat, ne malum hoc idem & Re. gius Filius incurreret: quocirca inhu. manitate prorſus clementiſſima, quan. tumvis avide inhiantem lactis tract. confeſtim arcuit, huncque in modum adhuc incolumem ſervavit.

§. LXXXIX.

Funeſta Bironii Ducis fata.

Thuan. l. 128. Daniel l. 10. Rapin. Hiſt. d'angl. l. 17.

Non minus feliciter Henricus IV. Ludovici XIII. Parens eluctabatur in. fidias, ſibi a Carolo Gontalto Bironii Duce

Duce ſtructas. Hic ob bellicam virtutem Regi percharus tam amplis cumulabatur favoribus, ut vix non ab eo ſolo dependerent, cunctaque in regno administrarentur, unice tamen ambitionem ſuam coercendo impotens erat; cum enim a Rege Bruxellas Legatus mitteretur, Alberti Archiducis juramentum de Verbienſi pace ſervanda excepturus, ſalutabatur a Picoto natione Aurelianenſi ac Francia extorre, qui olim a Luxii copiis captus, ac ſine lytro ab ipſo Duce libertati aſſertus, pro innata in cudendis atque exequendis conſiliis dexteritate ſua in variis colloquiis Bironio inſuſurrabat, quod ob egregias animi ſui dotes Hiſpaniæ Regi percharus facile ad ſupremos honorum apices aſcendere poſſet, dummodo ipſus ſibi viam non occluderet: hamum incautius devorans Bironius, Picotum Pariſios venire juſſit, ea, quæ obſcuris nonniſi verbis prælibaſſet, apertius declaraturum: interea inter ambos frequens erat commercium literarum, quæ ex Hiſpania, Taurino & Mediolano allatæ ad Dolenſem civem, nomine Bibum ex condicto directæ, Bironii ambitionem mire ſovebant, facta nuptiarum ſpe nunc cum Maria Auſtriaca Rudolphi Cæſaris nepte, nunc cum Emanuelis Sabaudiæ Ducis Filia. Tam ſplendidæ affinitatis

Sæc. XVII. A. C. 1602.

Mem. Secret. tirés des Archiv. parti. 1. & 2. fol. 362.

Sæc. XVII. A.C. 1602.

tis felicitas tantopere inflabat Biro
animum, ut indignationem ſuam, qu
contra Regem ob denegatam Burgi
cis Præfecturam conceperat, haud a
plius diſſimulans effræni libertate hu
Principem ingratitudinis, aliorum
criminum inſimularet, haud parum
ſtigatus a perfido Jacobo Laffinio, qu
Bironius omnium arcanorum parti
pem reddebat: Poſtquam autem Sa
audiæ Dux in Franciam venerat, e
tremum Bironii exitium cudi cœper
cum enim Hiſpaniæ Orator Ducem
ſum iret, eique exprobaret, quod no
niſi fœdus contra Philippum cum He
rico initurus aulam acceſſiſſet, idq
ex ipſo Regis Galliæ ore compertum
ſet, Sabaudus ira commotus atrocib
convitiis Regem petebat, inter cete
rememorans, Regem de Bironio ejus
que Patre dixiſſe, quod merita ab
roque præſtita nequaquam æquare
moleſtias ſibi ab utriusque ambitio
& inſolentia cauſſatas. Ad hæc Bir
nius in rabiem actus reſpondit, ſi pr
ſens adfuiſſem, hanc injuriam Regio
tiam ſanguine vindicaſſem, poſtea plu
adhuc in Henricum evomens Emanue
Sabaudo manifeſtabat, quod Rex Brug
arcis Præfecturam committere velle
Boeſio Calviniſtæ, eo fine, ut Catholicis
ſuppetias ex Hiſpania & Sabaudia re
cipiendi

cipiendi opportunitatem intercluderet, hacque ratione Hugonottarum Secta in munitiſſimo Chriſtianæ Reipublicæ loco prope Genevam ſtabilita novas vires acciperet. Ut ergo Religio Catholica, bonum publicum, & totius ſtatus privilegia ſarta ſervarentur, jamjam in Regno fortium Virorum agmen eſſet conflatum, cujus præcipui Duces forent ipſe, & Alverniæ Comes unacum Conneſtabili, ac Regii Sanguinis Principe Sueſſionenſi Comite, quem in Henrici locum Franciæ ſolio deſtinaſſent. Percepto hoc conſilio Dux omnem opem pollicitus Bellium Cancellarium ſuum ad Hiſpaniæ Regem ablegat, de agitatis edocendum. Hunc in finem Renazeus Laſſinii Domeſticus Taurinum decernebatur, qui Hiſpaniæ Oratorem hac de re certiorem redderet. Jam antea deſuper colloquium cum Bironio, Alphonſo Idiacquio & P. Alexandro Jeſuita Divioduni habebatur: fertur quoque Taurini fuiſſe decretum, quod Bironius Franciæ Regem venationi intentum caperet in Hiſpaniam abducendum, vel in quodam Monaſterio recludendum. Utut res ſe habuerit, id tamen exploratum habetur, quod Madritenſes Aulici totum negotium reliquerint Comiti Fontano Mediolanenſi Gubernatori, qui tamen conjuratorum parti-

Sæc. XVII. A. C. 1602.

Guichenon. Hiſt. de Savoie.

Sæc. XVII. A. C. 1602.

partibus accedere renuebat, donec
Bironii proposito certus esset: cum
ro in promissi auri securitatem Monm
lianum, præter alia duo loca ab Em
nuele Sabaudiæ Duce peteret, hic Pri
ceps inde offensus conjurationis a
tatæ consilia detestatus est, quam
Franciæ Rex eidem armis suis Ca
berium & Monmelianum eripuisset.

§. XC.

Bironius a Laffinio proditus.

Memoir. secret. tom. 1. *pag.* 1. *Daniel l. c. Memoir. de Sulli t.* 1. *cap.* 95. *Cayet a l'an.* 1602.

Jamjam Bironii fides Henrico Regi
specta esse cæperat, id quoque cu
suboleret ipse, Lugduni cum Rege de
ambulans fatebatur, quod ob denega
tam Burgi Præfecturam indignatione
expugnatus Sabaudiæ Ducis consiliis
ac præcipue oblatis filiæ suæ nuptiis
contra Regis sui obsequium nimium fa
ciles præbuisset aures: jam vero pœ
nitentia ductus veniam exoraret. Re
inquietos subditos, quorum ingens nu
merus tum in Galliis erat, clementia
ad officium reducere intentus, non mo
do præteritorum oblivionem spondebat,
sed insuper Bironium ad Elisabetham
Angliæ Reginam, necnon ad Helvetios
Legatum decernebat: Postquam vero
Regi per Combellum innotuerat, quod
Bironius cum Alverniæ Duce & Bul
lionio

lionio novam armorum societatem iniisset, his vero pactis Laffinius, ut jussus erat, subscribere renuisset, Carnutensem Vicedominum sollicitabat, ut Laffinium Patruum suum a Bironii partibus abstrahere, totis viribus niteretur. Hic impunitatis pollicitatione pellectus, ac aliunde Malenium Luxium in Bironii amicitia sibi præferri indignatus, Gosselinum ad aulam nuntiatum miserat, quod maximi momenti arcana, quæ Regi aperiret, haberet: Paulopost Comes Fontanus, quod rei fuberat, suspicatus, Laffinium ad Sabaudiæ Ducem, ut ab eo custodiæ manciparetur, mittere constituit. Hic vero postquam Renaseum, quem sibi a secretis habebat, in sui locum, eo ablegabat, quem etiam Dux mox carceri dedit, ipse mox recta in Franciam contendit, ubi Mense Martio Fontem Bellaqueum perveniens totam conspirationis seriem productis ipsius Bironii literis Regi manifestavit. Hic rem provide dissimulans Luxio, qui tum in aula agebat, familiariter dixerat, se non sine maxima animi sui lætitia ex Laffinio percepisse, quod falsus rumor de perversis Bironii consiliis duntaxat consuetis suis jactationibus inniteretur, a quibus tamen, ne illas ejus inimici in ipsius exitium verterent, caute abstinere

Sæc. XVII. A. C. 1602.

Sæc. XVII. A. C. 1602.

nere deberet. Hæc Regis verba mo
Luxius ad Bironium, qui tum in Bu
gundia erat, perſcripſit, ipſe etiam La
finius, ut Bironium ad aulam veni
pelliceret, datis ad eum literis no
modo ſecuritatem, ſed & ſingulare
Regis benevolentiam pollicebatur, fi
data, quod nec Regi nec ejus Miniſtr
de arcanis eorum conſiliis quicquam m
nifeſtarit: Inſuper Eſcurius & Joann
nus, quos Rex ad eum ablegabat, ta
validis eundem urgebant rationibus,
Laffinii ſponſione, necnon Lugdu
comperta veniam impetrandi facilitat
propriique meriti fiducia deceptus, L
tetiam venire decerneret, id nequi
quam diſſuadentibus Luxio, ejusq
amicis, ac præcipue Eſpernonio Duc
qui Bironio, ut potius abſens Regis cl
mentiæ ſeſe committeret, author era
Igitur die decima tertia Junii Fonte
bellaqueum advenit, cui obviam fa
Laffinius proditor hæc ejus auribus inſu
ſurrabat: *Domine, animo & lingua uter
nil ipſis de nobis conſtat.* Rex adventa
tem Bironium amplexatus eundem a
ingenuam conjurationis confeſſionem
hortabatur, omnium delictorum veniam
pollicitus. Bironius repoſuit, quod ut
pote innocens, venia non indigeret, ac
cuſatorum vero nomina, ut reſciret,
ac de iis ſibi a Rege ſatisfieret, ad
aulam

Hiſt. du Duc d'Eſpernon l'an. 1602.

aulam veniſſet. Rex ſpatium delibe- Sæc. XVII.
randi ei relinquere volens Eſpernonium A. C. 1602.
& Sueſſionenſem Comitem ſollicitabat, ut Bironii pertinaciam vincere niterentur, ſpe facta, quod Rex ſolam criminis confeſſionem velut pœnitentiæ teſtimonium acceptaturus eſſet. Aſt incaſſum erant omnia: poſtridie Rex ſummo mane in horto Bironium ad ſe vocatum rurſus enixe rogabat, ut res, de quibus ſibi jam aliunde plene conſtaret, nihil diſſimulans manifeſtaret.

§. XCI.

Bironius cuſtodiæ datus, ac capite plexus.

Cum Bironius cuncta pertinaciter per- *Dupleix hiſt. du Henri. IV. Mem. de Sully tom. 2. cap. 10. Thuan. l. 128.*
negaret, Rex hoc unum ſupereſſe ad ſuos ajebat, ut illum comprehendi, ac legibus cum eo agi juberet, hanc que in rem Vitrio & Choiſelio Stipatorum Præfectis clam ſignificari præcepit, ut ſuos ſub noctem paratos haberent, ipſe vero Rex poſt cœnam denuo Bironium urgeret, ut quod ſciret, ipſe ſibi patefaceret, quo recuſante ajebat: *quæ tu negas, ab Alverniæ Comite an reſcire potero, tentabo;* mox ambo comprehenſi die decima octava Junii Baſtillam conducti ſunt: poſtea vero coram Judicibus Laffinius præſente Bironio

Sæc. XVII. A.C. 1602.

hæc accusationum capita exposuit: clandestina habuit commercia cum coto II. Sabaudiæ Dux eidem un ex suis Filiabus in Sponsam promi vicissim Bironius ad exitium Regii exe citus, imo ipsius etiam Regis Ducem vit, eundem etiam de exiguo Re agminis numero, ac urbium statu, turaque obsidione propugnaculi S. C tharinæ certiorem reddidit. III. Illi Præfectum monuit, ut Regem, que ipse munimenta contemplaturum adi cere vellet, tormentis suis peter IV. Sommæ prope Ticinum pacta ini vi quorum Franciæ Rex ad norm Romani Imperii non jam Succession jure, sed Parium suffragiis deinceps n minaretur. Hæc & plura alia non m do Laffinius, sed & Renaseus & Ca lus Hubertus productis Bironii liter confirmabant, quibus omnibus matu discussis die vigesima septima Julii B ronio in Regio Senatu coram centu quinquaginta Judicibus comparere jus hæc accusationum capita prælegunt quibus omnibus aut pernegatis, au dextere declinatis ad Bastillam reduc tur. Die trigesima ejusdem Mensis i Senatu Regio Cancellarius unacum ju dicibus pronuntiabat, quod Bironius læsæ Majestatis, ac conflatæ conjura tionis reus omnibus suis bonis, hono-

ribus

ribus & dignitatibus privatus, in arcis Greviæ area capite plecteretur, ad fervidas tamen Bironicæ familiæ preces mutato ſupplicii loco Rex indulſerat, ut in ipſa Baſtilla pœnas lueret. Percepta hac ſententia Bironius in lacrimas & lamenta erumpens, dum nullam veniæ ſpem ſupereſſe cerneret, ſeſe proximæ morti accingere cœpit, piis Garnieri Doctoris & Maignani Parochi ad S. Nicolaum de Campis hortationibus egregie adjutus. Poſtquam ergo ſequenti die ferale pegma conſcenderet, denuo mortis ſententia prælegebatur, inaudiens autem, quod ob inſidias Regiæ vitæ ſtructas morti adjudicaretur, *hoc falſum eſt*, exclamabat, *delete hoc, nunquam id mihi in mentem venit:* poſtea fuſis ad Deum precibus ſtrophiolum ſuum extrahens ſibimetipſi oculos velabat, illo autem mox detracto, vultuque ad carnificem verſo ajebat, *cave, ne accedas, ſecus tibi cervicem frangam*, extremum autem hoc officium ſibi impendi rogabat a Baratono, qui eidem in carcere inſerviebat: quo facto carnifex unico ictu caput amputat, quod una cum corpore linteo involutum ad S. Pauli Templum defertur, ibidemque ſolitis exequiarum honoribus terræ mandatur. Ex ceteris conjuratis Luxius & Alverniæ Comes Regis clementiam ingenua

Sæc. XVII. A. C. 1602.

Sæc. XVII. A. C. 1602. confessione promeriti, libertati redd bantur: Hubertus vero, qui Bironio epistolis erat, ad perpetuum carcere damnatus est. Ita nempe seditionu exitus est feralis seditiosorum interitu

§. XCII.

Henrici IV. Regis querelæ apud P pam contra Hispaniæ Regem, & Sabaudiæ Ducem.

Mem. secret. sous l'an 1602. Die vigesima nona Julii Henricus G liarum Rex Maximiliano Bethun Comiti, suo apud Pontificem Orato negotium dabat, ut eundem de to conspirationis serie certiorem redde exponeret, quod ipso etiam fatente B ronio complices præter Hispaniæ Rege & Sabaudiæ Ducem sub Religi nis obtentu Sanctitatem suam inve vere intenderint: Pontifex Oratori, q hæc proposuerat, Regi nuntiari pra cepit, solerter caveret, ne temere los, quos atrocium criminum convi deferunt, ejusmodi scelerum consci judicet, eoquod ejusmodi homines pl rumque magno complicum numero auctoritate Principes suos deterrere atque a legum severitate absterrere in tendant: de cetero Rex certus sit, quo Sabaudiæ Dux testante ipsius Legat nec

Sæc. XVII. A.C. 1602.

nec post firmatam pacem, nec fervente bello civili ulla contra Franciam clandestina foverit consilia, imo quemdam, qui se ad Ledigierium trucidandum obtulerat, non sine indignatione repulerit: de Hispaniæ vero Rege utpote pacis studiosissimo tantum scelus suspicari, nefas foret. Replicante Oratore, quod Rex nec tantum scelus in Legato suo Comite Fontano impunitum relinquere, nec Sabaudiæ Duci permittere debuisset, ut ipse Gallos ab obsequio Regis sui abstrahere præsumeret: ad hæc Clemens, qui pacem inter utrumque Regem nuper redditam tueri apprime sollicitus, omnem diffidentiæ fomitem extinguere satagebat, Oratori ita respondit, „a Bironii captivitate, ut Fontanum & Sabaudum ad saniora reducerem, nil intentatum reliqui, proin Regi „Christianissimo considerandum exponas velim, quantam utilitatem Rex „ex nupera pace reportarit, econtrario „autem nova animorum disjunctio rursus Christianam Rempublicam maximis calamitatibus involutura esset, facile ceteris Principibus alterutri faventibus, bellique incendium per universam Europam propagantibus. Porro Fontanus Comes non ita pridem „ex honorariis suis famulis unum ad „me ablegabat, questum, quod ipse

Sæc. XVII. A. C. 1602.

„velut conjurationis conflatæ particeps „nonnisi per summum nefas a Gal „haberetur.„ Nihilominus Bethuni Regi suo minime satisfactum iri af mabat, nisi Hispaniarum Rex Fon num severe castigaret, atque a Sabaud si ambo rei invenirentur, desciscere hoc tamen vix expeti poterat, idone qui horum crimen probare possent, de ficientibus testibus, quales contra B ronium deferentes, haud esse videba tur, qui simul rei, accusatores & t stes erant.

§. XCIII.

Hispaniæ Regis honor coram Pap vindicatus.

Thuan. l. 128. Mem. Secr. l. c.

Nondum expleto Bironii supplicio La vardinus, cui Henricus Rex Bur gundiæ Præfecturam commiserat, co piis Hispanis a Comite Fontano in Be gium decretis transitum per Gressiniu pontem Rhodano impositum denegabat re comperta Philippus Hispaniarum Re Joannem Baptistam de Taxis in Fran ciam ablegabat, ut de feliciter elucta conjurationis periculo Regi gratulare tur, simulque liberum Hispani exerci tus transitum ab eo exoraret. Jam an tea Hispaniæ Orator de Lavardini ausi apud Pontificem querebatur, commina tus,

Sæc. XVII. A. C. 1602.

tus, hanc injuriam haud inultam relinqui, eo potiſſimum nomine, quod Pontifice, Aldobrandino Cardinale, & ipſo etiam Franciæ Legato urgentibus, Philippus licet invitus, renuente Sabaudo Gallis Geſiam ceſſerit, ſalvo tamen tranſitu. Eapropter Pontifex pacem exin infringi veritus, mox Comitem Octavium Taſſonum ad Henricum decernit, qui tranſitus copiam exoraturus Regi exponeret, hac repulſa pacem initam violari, cum Hiſpani nonniſi per terras Sabaudo in Lugdunenſibus pactis relictas tranſire intenderent: Nec deerat Pontificis conatibus proſper Legationis ſucceſſus; quippe Henricus non modo tranſitus libertatem indulſit, ſed etiam die decima quarta Auguſti miſſis ad Bethunium literis Pontifici ſignificari juſſit, „quod ex Bironii actis nullatenus „evinci queat, Regem Catholicum hu„jus conjurationis conſcium fuiſſe, Fon„tanus tamen culpa haud vacare videa„tur, eoquod a Sabaudo Henrici cædem „promovere ſollicitatus, exhorruerit qui„dem, ipſum tamen captivum abduci „ſuaſerit: nihilominus Hiſpaniæ Orator „ſpopondiſſet, quod Philippus in om„nes ſuos ſubditos, quicunque hujus „criminis rei invenirentur, ſevere anim„advertere, Regique plene ſatisfacere „intendat. Hanc tamen atrocem in-

Sæc. XVII. A. C. 1602.

„juriam, etsi Rex intimo dolore sen-
„ret, nullatenus tamen vindictam ip-
„rans, sese plene Dei judicio ac Sanct-
„tatis suæ prudentiæ relinqueret.„ D
vindicata Hispani Regis innocentia sum
mopere lætabatur Pontifex, qui cun
ctas solliciti Pastoris partes explens di
nona Septembris Bethunio declarabat
quod lubenter pro conservatione pac
vitam suam sacrificare paratus tanto
pere dissidia inter utrumque Regem to
vere abhorruerit, ut ejusmodi etiam
cogitationes non modo Christi Vicari
sed cuicunque etiam Christiano indi
gnas semper detestatus sit, quapropte
pro tuenda inter illos amicitia arden
tissimum studium sit impensurus: tibi ta
men, subjunxit, non ut Oratori, sed ut Equi-
„ti dictum sit, quod licet Hispanos, in qui-
„bus non pauca reprehendo, cæco ad
„fectu defendere haud intendam, æqui
„tamen ipsorum querelis contra Regem
„tuum deferre cogar, propter auri, mi-
„litumque suppetias, quas hic violato
„Verbiensis pacis articulo Batavis Calvi-
„nistarum secta infectis suppeditavit:
„inde enim orta est inter utrumque Re-
„gem dissensio.„ Ad hæc Orator no-
mine Regis reposuit, quod Henricus
Batavis absque pacis præjudicio sup-
petias ferat, pecuniis vero, quas sup-
peditaret, nonnisi æs alienum eis debi-
tum

tum expunxerit, inscio autem eo milites ad ipsorum vexilla transierint. Sæc. XVII. A. C. 1602.

§. XCIV.

Bullionius Conjurationis complex.

Ex præcipuis conjurationis motæ conscii erat Bullionius Maresçallus seu Henricus de la Tour, Turenæ Vice-Comes, qui Bironii supplicio territus Septimaniam contendit, die trigesima Novembris Castrum delatus: inde apud Regem, qui eum literis die decima nona Octobris datis ad se venire jusserat, suam absentiam excusans rogabat, ut Castri in Tribunali, quod utpote ex Judicibus partim Catholicis partim Hugonottis conflatum *Camera bipartita* dicitur, innocentiam suam demonstrare permitteretur: ast renuente Rege, ac ipsum comprehendi jubente, Bullionius Monpelium venit, ac Protestantium, quorum sectæ addictus erat, patrocinio apud Regem implorato incolumis Genevam profectus est; postquam vero Protestantes crebras ad Regem literas miserant, supplices, ut ei apud Judices minime suspectos causam dicere liceret, Rex Elisabethæ Angliæ Reginæ indignationem veritus, die quinta Decembris per Oratorem suum Christophorum Harlæum Bellomontium de

Thuan. l. 128. Thoyras hist. d'Angl. lib. 17. Mem. secret. part. 2.

Sæc. XVII. A. C. 1602. Bullionii crimine agere cœpit, & qui cum eo agendum, Reginæ ſententiam e petiit. Verum arrogans fœmina no modo Bullionium ſibi amicitia & Reli gionis affinitate conjunctum velut ſuo rum hoſtium calumniis oppreſſum e cuſabat, & cum eo diſſimulatione u tendum ſuadebat, ſed etiam ipſius Re gis fidelitatem his verbis carpſit: *gau det veſter Rex me bello opprimi, & me tan quam annoſam deſpicit, ſibique blandit quod ſemper Gallis adhærere cogar, ſe fallitur, ab unius Eliſabethæ nutu depen det, ut is de oppoſito convincatur.* Hæ nimia libertate dictis Rex irritatus, ju dicii acta inſtrui juſſit, moxque ſcri ptum, quod præcipua accuſationum ca pita continebat, circumferebatur, quæ omnia Bullionius tanquam ex ſui ſecta que ſuæ odio prolata pernegabat.

§. XCV.

Melitenſium Equitum expeditio contra Turcas.

Thuan. hiſt. l. 127. Sub idem tempus Melitenſes Equites ſub auſpiciis Adolphi Vignacurii Hieroſolymitanæ militiæ Magiſtri inſtruc tis quinque triremibus Mahometam ſeu Adrumetum Africæ urbem occu pare nitebantur. Eo fine Matha Se quanus veteranus Dux die quarta Au guſti

gusti portu solvens naves mille circiter armatis ac ducentis quadraginta Equitibus instructas Lampadosam conduxit, inde progressus duas Turcicas triremes, quæ in insidiis latebant, occupat, captis quinquaginta octo Turcis: postea promoto victoriæ cursu noctisque beneficio urbi appropinquans expositis in terram suorum septingentis, Vadagnio Bellogardio & Canremio negotium dabat, ut ambo subsequentibus copiis, duo crepitacula utrique portæ admoverent: nec defuit animoso molimini optatus successus; quippe scalis appositis, impetuque facto urbs feliciter capta, quæ tamen cum servari haud posset, post direptionem igni consumpta est, præsidiariis omnibus captis, atque in servitutem abductis. Ex nostris nonnisi quatuor Equites, atque inter eos Carolus Espinæus lancea confossus, necnon viginti sex milites desiderati sunt, nonaginta circiter vulneratis. Eodem vero tempore classis Turcica ductore Cicada Rhegium in freto Siculo fœde devastabat. Paulopost Janissari cum vastationes, quibus Scriba Pirata cum seditiosis suis usque ad novæ Romæ portas grassabatur, impune tolerari, ægre ferrent, Purpuratos hujus indulgentiæ reos ad pœnam dedi, ab ipso Senatu postulabant, Assanes vero, cum se peti cerneret, totam culpam

Sæc. XVII. A. C. 1602.

Sæc. XVII. A. C. 1602.

culpam in Sultanam conjecit: eo igitur hortante Sultanus, ut hos furibundos placaret, duos Eunuchorum Principes capite plecti jussit, Scribam vero quocum transegit, Bosnæ Præfecturam decorabat, belli in Hungaria gerendi cura eidem commissa, quo cum suorum decem millibus nulla mora se contulit: Sultanus vero uxorem suam, quam Janissari ad tempus ab aula relegari petebant, ipse in mare unacum quatuordecim aliis projici, prius autem ipsius filium in Matris conspectu strangulari præcepit.

§. XCVI.

Henrici IV. Galliarum Regis fœdus cum Helvetiis innovatum.

Daniel hist. de France tom. 10. Thuan. l. 129.

Jamjam Regnante Carolo VIII. Gallirum Rege cum Helvetiis inita erat armorum Societas, quam tamen Henricus Rex amplioribus pactis innovare statuit, misso hanc in rem Emerico Vico, qui Soloturni cum illis fœdus concluserat: Ut vero illa solemnis sponsio utrinque rata haberetur, hoc anno omnes Pagi Delegatos suos numero quadraginta duos Parisios decernebant, qui die decima quarta Octobris Carentonium delati præprimis Regi supplicabant, quatenus ipsis, antequam Sacramenti Religione sese adstringerent, tres articulos pro-

proponere liceret, quorum primus erat: ut deinceps ad quadringenta aureorum millia quotannis aliqua adhuc millia adderentur. II. Nationis ſuæ Privilegia circa Franciæ negotiationem ſarta ſervarentur. III. Quinque Pagi in fœdere cum Mediolanenſi Principatu & Sabaudo nuper icto permanere poſſent, ac Proteſtantes, ſi bellum contra ipſos in Regno gereretur, ſuppetias ferre non tenerentur. Rex ceteris admiſſis circa primum articulum, exhauſtum cauſſabatur ærarium: His ita compoſitis die vigeſima Octobris ingenti pompa Rex comitante Nobilitate præcipue unacum Helveticæ gentis Oratoribus ad Beatæ Virginis ædes proceſſerat, ubi Viennenſis Archiepiſcopus ſolemne Sacrum peragebat, ſub quo Proteſtantes extra Chorum ad pulpitum ſubſtiterant. Eo peracto Oratores fœderis pacta ſuo Regisque ſigillo munita ſuper Pulvinar deferunt, ac Rege ipſorum fidelitatem, ipſis vero Franciæ gloriam deprædicantibus manu Evangelii libro impoſita fidem ſuam jurisjurandi Religione obſtrinxerant, idem Rege confeſtim præſtante. Poſtea decantato Hymno Ambroſiano Oratores ad Epiſcopale Palatium conducti, lautoque convivio excepti demum honorifice in patriam ſuam reducebantur.

Sæc. XVII. A. C. 1602.

§. XCVII.

Sæc. XVII. A. C. 1602.

§. XCVII.

Browniſtarum Secta in Anglia.

Ottius annal. Arab. Roſſæus fundat. Browniſt. Nicholſ. def. Angl. Eccleſ. Weiſman hiſt. Sæcul. XVII. pag. 1047.

Hoc anno innovata eſt in Anglia Browniſtarum ſecta, quæ poſtea *independentium* dicta temporis progreſſu pluma privati Spiritus monſtra progerminabat. Hæc priori ſæculo ſua debetis cunabula, Progenitore Roberto Bolton qui ceteris primus in Anglia recens introductum Eccleſiæ Regimen abominatus ſocium ſibi adlegit Robertum Brownium Leidenſis Eccleſiæ Paſtorem, cetera juvenem vecordem, factioſum, animo immoderatum, atque in Eccleſiæ ſuæ perniciem natum, optimorum Autorum parum ſtudioſum, ſolertem tamen librorum Puritanorum Lectorem. Hic ex Anglia Medioburgum in Zelandia profugus, cantata palinodia denuo ab Anglicanæ Eccleſiæ Miniſtris in gratiam receptus eſt, ad vomitum vero rediens propter uxorem inclementer habitam in vinculis, vel ut alii volunt, ob diſſolutiſſimam vitam atque æs alienum in carcere miſere periit: Poſtmodum tamen aucta fuit eorum ſecta, accedentibus Thaſcero & Copingio, Barovio & Grenowodo, qui tamen anno Chriſti milleſimo quingenteſimo nonageſimo tertio ſuſpendio plectebantur, licet eos Browniſtæ Martyrum honore venerati ſint.

sint. Hi antea ex Anglia Amsteloda- Sæc. XVII.
mum auffugientes, fervidos suæ sectæ A. C. 1602.
Duces Franciscum Jonsonum & Henri-
cum Ainsworthum consecuti sunt, qui
etiam hoc anno palam sectæ suæ pro-
fessionem edidere, cujus articuli minus
nocivi fuere hi I. quod Ecclesia Anglicana,
ejusque Regimen, necnon Ethnica die-
rum nomina, gradus Academici, Gen-
tilium librorum prælectio in Scholis dam-
nanda foret. II. Omnes tam Episcopo-
rum quam Presbyterorum ordinationes
eorumque auctoritatem abominabantur,
suamque Ecclesiam solam ab errore im-
munem, Anglicanam vero Papismo,
Anti-Christianismo, & idololatria, om-
nigenisque flagitiis inquinatam tradu-
cebant, cunctasque peccandi formulas,
imo & ipsam Orationem Dominicam
rejiciebant, denique III. Catechismos,
symbolum Apostolicum, Philosophiam &
Universitates flocci habebant. Hæc, in-
quit Weismanus, *prima Anglicani schis-
matis initia & fundamenta fuerunt, sed au-
rea fere, si comparentur, cum tragœdiis sequen-
tium temporum, quas peperit infelix mixtura
eorum, quæ mala fuerunt in Hierarchismo,
Presbyteranismo & Independentismo.*

Econtrario Catholicæ fidei puritatem sanguine suo glorioſius pro Deo ac Religio-
ne profuso confirmarunt Franciscus Pag-
hius & Dominicus Colinus, quorum pri-
mus Londini, alter Conchæ in Hibernia
suspen-

Sæc. XVII. A. C. 1602.

ſuſpendio vitam hoc anno poſuere, Eliſabethæ Reginæ truculento contra Catholicos imperio.

§. XCVIII.

Contentio inter Scholam Sorbonicam & Navarricam compoſita.

Argentre judic. Facult. Theol. t. 2. p. 539.

Exorta erat hoc anno inter Collegium Sorbonicum & Navarricum quæſtio circa Ordinis prærogativam Prioris Sorbonici, ubi die decima ſexta Julii ſanctum eſt, quod eidem primus locus ante omnes Baccalaureos debeatur: cum antea die prima Auguſti de confirmanda hac deciſione ageretur, & Magiſter Adrianus Amboſius rem ad Regium Senatum eſſe devolvendam ediceret, ceteri Doctores unacum Decano comitia privata, ubi res amice tractaretur, ad diem quintam ejusdem Menſis indixere: Adriano autem comparere recuſante pro Collegio Navarrico Andreas Bartholomæi & Fayerus, pro Sorbonico Petrava, Ancelinus, Huon Cholætæus, Guido le Roux Carmelita, Pillon Auguſtinianus, Cucillius Prædicator, aliique Magiſtri nominabantur, qui eadem die ſtatuerunt ſtandum eſſe antiquæ conſuetudini, qua Prior Sorbonicus in omnibus locis & Conventibus reliquis Facultatis Theologicæ Baccalaureis præire conſuevit. Demum ne quid contra hanc deciſionem innoveretur, prohibitum eſt.

HISTO-

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

CONTINUATÆ.

LIBER CLXXXVI.

CLEMENS VIII. SUMM. PONTIFEX.
RUDOLPHUS II. OCCID. IMP.

§. I.

Decisiones Pontificiæ circa Sacros Ritus.

Sæc. XVII. A. C. 1602.

Propositis variis dubiis hoc anno die secunda Martii Patres Congregationis Rituum approbante summo Pontifice decidebant, quod Archidiaconus tam in Cathedrali quam collegiata Ecclesia a dexteris Episcopi celebrantis sedere, necnon Nobilior Magistratus post Episcopo assistentes incensari debeat. Statutum præterea die quinta ejusdem Mensis in Congregatione Episcoporum, quod Hebdomadarius legitime absens supplenti nihil dare teneatur: vigesima autem prima Martii censuit Congregatio Concilii Tridentini, quod interesse debeant publicis supplicationibus Clerici

Sæc. XVII. A. C. 1602.

rici sæculares, etsi a jurisdictione Ordinarii, intra cujus Diæcesin existunt, exempti sint: ad quas tamen, excepta supplicatione ad SS. Sacramentum Monachos Cassinenses non esse cogendos Congregatio rituum die decima Junii decidit. Eadem quoque Congregatio die vigesima Aprilis declarabat, quod Canonici in Choro teneantur psallere & alias obligationi suæ non satisfaciant: ut vero alta voce cantent, non possit eos cogere Episcopus, si vero cum Mitra celebrant, ex illis per alios imponenda & deponenda sit, si autem chori assistunt, per seipsos. Ipse Pontifex die quinta Maji Franciscanis concessit, ut organa, vestes, & vasa Sacra pretiosa quæ in Ecclesiis antea erant, possint servare, illisque uti, quamdiu duraverint. Die decima octava Maji a S. Congregatione Rituum decisum habetur, quod solemniores Ecclesiæ functiones non ad Sodalitatum Capellanos, sed ad Parochum spectent, qui neque ab Episcopo cogi potest, ut subministret necessaria Presbyteris, qui in Parochiali celebrare volunt: nec Episcopus Regulares cogere valeat, ut faciant ipsius commemorationem in ultima collecta, prout die decima Junii decisum est. Eadem Congregatio die octava Septembris declarabat, quod illi, qui sunt de Gremio

mio Ecclesiæ, debeant recitare officium, quod in choro dicitur, & licet extra Ecclesiam vel Diæcesin morentur, deceat eos recitare Officium proprium Ecclesiæ ipsorum. Declaratum quoque in Congregatione Episcoporum die tertia Decembris, quod in Ecclesia Collegiata citius quam in Cathedrali Divina persolvi queant, nullatenus tamen, uti decisum die decima ejusdem Mensis, intra Monialium clausuram Missa celebrari valeat, etsi infirmæ communicandæ forent: nec liceat Regularibus SS. Sacramentum etiam in propriis Ecclesiis publice exponere, nisi ex publica causa ab Ordinario approbata. Sæc. XVII. A. C. 1602.

§. II.

Aliæ Constitutiones circa Confessarios.

Die vigesima secunda Januarii Congregatio Concilii censuit, quod Capitulum Sede vacante dispensare & absolvere a casibus Episcopo reservatis juxta Tridentinum valeat. Quod vero neque Episcopus pro licentia audiendi Confessiones, nec Notarius propter Scripturam &c. quicquam accipere valeat, die octava Martii decisum est, pariter die duodecima declaratum, quod Confessarii examinati & indeterminate approbati non sint iterum examinandi,

Sæc. XVII. A.C. 1602.

nisi ab Episcopo Successore, possunt tamen Ordinarii statuere, ne Regulares Sæcularium Confessiones excipiant, antequam suas Patentes Parochis ostenderint: ita definitum legitur die quinta Aprilis in Congregatione Episcoporum. si vero hi licentia ab Ordinario petita & non obtenta Confessiones exciperent, ad eas inhabilitantur, a suis Superioribus puniendi. Eadem Congregatio die quarta Septembris decidit, quod Excommunicatus propter non solutionem non absolvatur neque post mortem, nisi hæredes, quam possunt satisfactionem præstent, nec etiam excommunicatus propter manifestum excessum absolvatur, nisi prius Ecclesiæ satisfaciat.

§. III.

Contentio inter Surdisium Cardinalem & Senatum Burdigalensem.

Thuan. l. 129. Sammart. Gall. Christ. Eccl. Burdeg.

Sub idem tempus Burdigalæ contentio erat exorta, qua rursus Sacra jurisdictio cum Regia collidebatur: Erat enim in majore S. Andreæ Templo quoddam altare, in quod plerique e plebe, ut Concionatoris faciem intueri possent, minus religiose insiliebant, ceterisque risu dignum excitabant spectaculum non sine magna piorum offensione: quocirca Franciscus Henricus Surdisius Cardinalis

nalis urbisque Archiepiscopus hanc aram destrui jussit, quoniam vero id inconsultis Senatoribus aggressus esset, hi altera die rursus Altare erigere moliuntur, & cæmentarium, qui illud demolitus fuerat, carceri mancipant: superveniente autem Cardinali, ejus domestici refractarios illata vi Templo deturbarunt. Re ad Senatum delata decretum est, ut convocato ad vim prohibendum satellitio altare instauraretur. Porro Cardinalis jus suum nonnisi armis Sacris vindicandum ratus Sacerdotem decernit, qui Senatores diris devoveret: Ast Godefridus Malvinus eum contemptui habuit: quocirca Cardinalis Cruce ac Sacra Eucharistia prælata ante Ecclesiæ valvas hunc & Verdunum, qui proxima Dominica ad Concionem accesserant, anathemate perculit, simulque Concionatori & Sacerdoti, ne tunc suo fungerentur officio inhibuit. Die proximo feria secunda Mensis Martii Senatus edicto mandatum, ut Cardinalis excommunicationem publice in Ecclesiæ foro per Sacerdotem revocaret, ac desuper scriptum testimonium ad acta Curiæ deponeret, indicta, ni pareat, quatuor aureorum millium mulcta: Præterea cautum, ne Præsulum ullus deinceps Senatum aut alios Officiales diris devoveret, ni mul-

Sæc. XVII. A. C. 1602.

Sæc. XVII. A. C. 1602.

ctæ nomine decem aureorum millia pendere vellet. Nec his contenti Senatores, insuper Cardinalem, cum Senatum adiret, non admissum & per integram horam ad portam sedere jussum acriter increpant: Hanc injuriam non sibi solum, sed Deo ac Ecclesiæ illatam ratus Præsul ad Regem questum venit, qui nec suam conscientiam lædere, nec auctoritati suæ quicquam detrahere volens, edito diplomate inhibuit, ne ulterius ab utraque parte hoc in negotio procederetur, eoquod hanc illius cognitionem sibi reservasset.

§. IV.

Aliud dissidium inter Episcopum Andegavensem & cujusdam Collegii Sodales.

Thuan. l. 129. Abregé hist. tom. 3. pag. 394. & 409.

Nec minori animorum contentione caussa inter Andegavensem Episcopum & S. Trinitatis Collegii Sodales hoc anno agitabatur, occasione inde sumpta, quod Episcopus inconsultis suæ Diæcesis Ordinibus ac Metropolita suo Turonensi Archiepiscopo, abrogatis veteribus hucusque in hoc Collegio usitatis, novum Breviarii, Missalis, Psalterii ac reliquorum Divini Officii librorum usum juxta Tridentini præscriptum edito decreto introduxisset, ac refracta-

rium

rium Michaelem Serſannum alia tamen ex cauſſa Pariſiis comprehendi, & carceri includi juſſiſſet. Igitur hi Sodales nulla mora adverſus Epiſcopi decretum ad Senatores appellant, qui injuriam, qua nuper ob aſſumptum FF. Recollectorum patrocinium ſe ab hoc Præſule affectos exiſtimabant, vindicandi occaſionem gratanter acceptant, remque ad Cognitorem Regium deferunt. Paulopoſt Ludovicus Servinus pro Sodalium cauſſa in Senatu perorans comprobatum reddebat, quod, niſi Regis permiſſu & conſulto Metropolitano totiusque Diæceſis Clero, nihil in uſu receptum innovari poſſit, præcipue cum ibi Veteris Officii Divini uſus per ducentos & amplius annos invaluerit, Pii V. Conſtitutione confirmatus: Plura adhuc ſatis contumelioſe contra honorem Sacræ Sedis, atque authoritatem, ejusque jurisdictionem tam effræni licentia congeſſerat, ut anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo quarto major adhuc exinde tumultus fuerit exortus. Poſtmodum Senatores Epiſcopo diem dicunt, quo tamen non comparente Senatus pronuntiabat, quod ipſius decretum ſit nullum, ac legitime ab eo appellatum, ſimulque inhibebat, ne quid in Divini Officii libris in ſua Diæceſi absque Regis auctoritate innovaret: idem quoque

Sæc. XVII. A. C. 1602.

Vid. Supr. Lib. CLXXXV. §. 23.

Sæc. XVII. A. C. 1602.

anno sequenti circa Rothomagense officium fuit decretum, ubi duo notanda occurrunt, I. quod Breviarii Romani publicis typis edendi licentiam potendi usus primum sub Henrico III. instantibus Jesuitis incœperit, II. quod Carolus de Bassac Noviodunensis Præsul Anno 1610. Canonicis præceperit, ut relicto Diæcesano Breviario ad Parisiensis Ecclesiæ normam Romanum assumerent, quod nullo reclamante in Sacello Vincenensi etiam factum est.

§. V.

Sabaudiæ Ducis expeditio in Genevam.

Mem. secret. p. 2. fol. 359. 375. & 545. Mercur. Gall. fol. 465. Daniel hist. de France tom. 10.

Jam sæpius tam scriptis quam congressibus Emanuel Sabaudiæ Dux jus suum in Genevam Hugonotarum urbem prosequebatur, irrito tamen semper conatu quocirca hanc urbem quacunque ratione posset, in suam potestatem redigere statuit: Ejus igitur auspiciis & Caroli Albinii ductu sparsi per omnem eam Regionem milites die undecima Decembris noctu clam contrahuntur, moxque somno profundo consopitis civibus lectissimæ virtutis juvenes fossas urbis siccas superant, applicitisque coriaceis scalis murum, nemine vigilum strepitum sentiente, transiliunt, nec minimo

Sæc. XVII. A. C. 1602.

nimo numero; nam erant aliquanto plures ducentis, qui in diversa urbis loca contendebant, & alii quidem, ut effracta altera porta sociis suis aditum aperirent, crepitaculum admovebant, alii vero fores ligonibus effringere, suosque inobservatos intromittere nitebantur. Strepitu tamen majore excitati, necnon a puero quodam, qui vigilias mutaturis lucernam præferebat, periculum evadente admoniti cives ad arma convolant: interea Sabaudi partim intempestiva victoriæ conclamatione, partim tumultus fragore omniumque tam virorum quam mulierum densa concursatione obruti, circumventique sunt, cumque hi, qui urbem modo ceperant, scalis tormenti ictu diffractis, præclusoque effugio de mœnibus resilirent, ac ceteri numero viribusque civium oppressi vel vitam vel libertatem amitterent, hinc illi, qui foris adhuc remanserant, ab adjuvandis intusque laborantibus sociis excludebantur. Porro Albinius Dux, Amassius, & Schaffardonus Viri nobilitate conspicui, qui cum aliis triginta duobus capti sunt, indemnitatis fidem a victoribus petierunt, & impetrarunt, qua tamen perfide violata eodem adhuc die, quæ erat Dominica, suspendio publice necati sunt, quorum omnium capita uti & eorum,

Sæc. XVII. A. C. 1602. qui cæsi in fossis jacebant cervicibus a vulsa in propugnaculo Anserino, q venerant, præfixa sunt, ad ludibriu furore hæreticis usitato exposita, co poribus in profluentem demersis. Ec vibus sedecim circiter interfecti, & iis Canartius & Marcus Cambiagu Infausto hoc successu turbatus Sabo diæ Dux datis ad vicinos Principes teris violatæ pacis Verbiensis calu niam abstergebat, caussatus, hanc u bem in dicto fœdere haud fuisse nom natam: Papa vero percepta urbis i vasione anxiis curis agitabatur, ve tus, ne Hispaniæ ac Franciæ Reges infringendam pacem exinde induceret tur; probe enim cognoverat, quod Ph lippus hujus urbis, quæ hæresis Latr na, execrandumque Catholicæ Re gionis suique Zeli obstaculum erat, v lidam expugnationem urgere intende atque econtra Franciæ Rex illius j cturæ totis viribus sese oppositurus e set, non modo privati sui commodi fr dio abreptus, sed etiam Hugonottaru atque inter eos Ronii sui Clientis in pa cis chari sollicitationibus animatus hinc Papa per Nuntium suum apud Re gem instabat, ne ex hoc Emanuelis ausu ambo Reges arma summo Chri stianæ Reipublicæ gaudio posita rest merent: Augebatur magis Pontifici timor

timor, eoquod Bethunius Franciæ Regis Orator accepto Genevensis expeditionis nuntio Papam accessisset, exponens, quod ipsius Rex Sabaudiæ Ducis violentias absdubio tota armorum vi ideo repressurus esset, quia Dux Francici Regis subditos corrupisse haud contentus, urbem in Verbiensi pace comprehensam, ac speciali Regis protectione munitam aggredi ausus esset, nec unquam a turbis cessaturus, donec inter ambos Reges bellum suscitaverit: ad hæc vero Pontifex reposuit, quod sedulo, omnique conatu ejusmodi consilia præpediturus esset, de cetero autem Hispaniæ Rex in hac aggressione nullam partem haberet, nec Sabaudus ad eam Hispano aut Neapolitano milite usus fuisset, quinimo, addebat Pontifex, Emanuel adeo nihil de suo proposito mihi manifestabat, ut nequidem Hispanis quicquam communicarit. Hoc tamen responso parum contentus Orator abscessit. Sæc. XVII. A. C. 1602.

§. VI.

Caroli Molinæi Scripta a Clemente VIII. damnata.

Jam olim Caroli Molinæi, qui inter celebriores ævi sui Causidicos Parisienses numerabatur, scripta & commentarii *Bull. tom. 3. Constit. 89. Argentre Collect. jud. tom. 3. p. 171.*

Sæc. XVII. A. C. 1602.

tarii ad Indicem librorum prohibitorum a Sixto V. auctum atque Clementis VIII. jussu recognitum rejiciebantur: cui vero in vetita pronior sit conatus, in factum, ut non pauci, ac præcipue j risperiti libros præfati Authoris sub r rio obtentu passim evolverent: eapropt Clemens Papa pro Pastorali sua sollicit dine omnia præfati Molinæi opera t novo edita Constitutione proscripsit, r vocatis quibuscunque licentiis pro i puni ipsorum Lectione extortis aut i petratis: declarat tamen Pontifex, qu libri juris Canonici una cum ejusd annotationibus non permittantur, n iis deletis & emendatis juxta censur Romæ in Typographia Apostolica ju ejusdem Clementis VIII. hoc ipso an impressam. Præcipue vero in Indi auctoritate Pii IV. edito proscripta h bentur ejusdem Authoris consilia d de *commodis vel incommodis novæ sect seu factitiæ Religionis Jesuitarum, nec super facto Concilii Tridentini.* Hæc e dem proscriptio per Sacræ Congreg tionis decretum confirmata est die d cima Junii anno Domini millesimo fe centesimo quinquagesimo nono.

Possev. sel. Bibl.

§. VII.

Aliæ ejusdem Pontificis Constitution

Pau

Sæc. XVII. A. C. 1602.

Pari etiam sollicitudine idem Pontifex minoris etiam momenti negotia Constitutionibus suis decidit, atque inter ea præcipue circa Religiosorum professionem die secunda Aprilis salubria edidit decreta; cum enim occasione casuum, in quibus Sixtus V. Professionem esse nullam sanxerat, quamplurimi Religiosi fraudulenter illam irritam declarari peterent, & non sine populi offensione claustra desererent, hinc Pontifex præfatos casus ad terminos Juris & Sacrorum Canonum reduxit, salvis tamen pœnis ibidem in Superiores impositis. Die autem decima nona Maij quædam edidit statuta circa modum recipiendi Novitios, illosque ad Professionem admittendi. Præterea cum Fratres Ordinis Redemptionis Captivorum statutis diebus absolutionem, ut vocant, necnon Indulgentiarum communicationem non modo dicti Ordinis Sodalibus sed etiam Laicis fuerint impertiti, hinc Pontifex edito diplomate die nona Maji præcepit, ne absolutio hæc, sed duntaxat juxta ritum Romæ anno 1600. die vigesima Maji præscriptum communicationem piorum operum, & indulgentiarum nonnisi Confratribus & Consororibus contritis & confessis, ac S. Synaxi munitis concedant, populo ad hæc minime invitando. Insuper die

Bull. tom. 3. Constit. 83. & seq.

decima

Sæc. XVII. A. C. 1602.

decima Maji Pontifex Breviarium Romanum a Pio V. reſtitutum rurſus recognoſci, ne Romæ imprimi præcepit inhibens, ac deinceps diverſus pſallendi Ordo induceretur; Pontifex enim Eccleſiæ unionem etiam in uno eodemque orandi ordine inter fideles ſervato ſplendeſcere credidit; non igitur ſobrietatem ſapere videbuntur illi Theologi, qui cum Servino contra Andegavenſem Epiſcopum, dum Eccleſiaſticarum precum libros auctoritate Concilii Tridentini recognitos introducere moliebatur, his ſpecioſis verbis perorabant.

Vid. ſupra §. CIV.

Thuan. l. 129.

Varietate illa, quæ in diverſis orandi formis cernitur, a ſapiente providentia ſuæ Eccleſiæ concentus temperatur, ſublata inducitur perturbatio cum ratione, & cum fide per charitatem operante pugnans. Nam ratio inferior debet conſentire cum ratione æterna, quæ varietatem in creatione univerſi poſuit ab initio, ut ſit diſcors concordia, & ut magis excitemur ad virtutem; cum enim diverſa & varia ac denique plura exempla videamus, varietate illa ſublata minuitur Dei optimi Maximi gloria, Sanctorum cultus, & Chriſtianorum, qui exemplis inflammantur, ædificatio item Epiſcoporum, & Diœceſium auctoritas: Hi porro, qui hanc ſublatum eunt, non ſunt ſimplices & devoti, ſeu ſpirituales, ſed aſluti, politici, qui ex re qualibet, quovis modo rem facere

Sæc. XVII. A. C. 1602.

facere conantur: omnis ut novitas ſuſpecta, ita talis mutatio nequit eſſe ſine detrimento magno. Id fovet cantorum, & Eccleſiæ inſervientium inobedientiam, & diſciplinæ ſolutionem, ſi unum & idem ſit omnium Eccleſiarum officium. Quot porro ſumtus faciendi? ruſtici minime poſſunt in officio peragendo, quod tamen ſumme in pagis neceſſarium eſt, plebanos ſuos adjuvare. Spiritus Sancti gratia factum, ut magnalia Dei omnibus linguis ubique perſonarent, idque argumentum eſt varietatis, ut in univerſo, ita in ſingulis corporis humani membris Deo placentis; Sancti Patres, qui ſapientia, prudentia, virtute ac donis S. Spiritus præ hominibus hujus ſæculi præcelluerunt, juſtis de cauſis ſingula conceſſerunt ſingulis diœceſibus officia. Miratur Gallia ſuum Marcellum, ſicuti miratur ſuum Silveſtrum Roma, tali mutatione ſectarii exultaturi ſunt, quaſi in errore aut inſcitia hactenus in talis momenti re fuerint Patres Catholici, & ad defenſionem piorum & Catholicorum id pertinet, qui ſcrupulo poſſent attineri de ipſa fide ac Religione, cujus conſuetam profeſſionem nulla juſta de cauſa immutatam viderent.

§. VIII.

Reliqua ejusdem Pontificis decreta.

Præ-

Sæc. XVII. A. C. 1602.

Præterea idem Pontifex hoc anno [illegible] vigesima secunda Augusti statui[t] ut ad tollendum abusum, quo Canoni[ci] Congregationis S. Georgii in Alga Ve[ne]tiarum in locis sacris publice sola t[u]nica alba induti comparere solebant, [in] imposterum ubique togam cærulei co[lo]ris deferant. Die autem secund[a] Septembris edito diplomate Papa Fr[a]tres Tertii Ordinis S. Francisci eorum[que] Superiores Provinciæ Dalmatiæ [in] subjecit obedientiæ Vicarii & Visitat[o]rum Generalium. Sequentis vero Me[n]sis die decima quarta declarabat, qu[od] ejusdem instituti Fratribus reformati[s] cum a nonnullis novæ Regulæ Profe[s]sores, votique obedientiæ transgress[o]res dicerentur, injuria fieret. Insup[er] Pontifex, ut literarum studia prom[o]veret, die vigesima quinta Octobris co[n]dito decreto statuit, ut Ferrarienſis Un[i]versitas jam anno millesimo ducente[si]mo vigesimo primo a Friderico II. Im[pe]ratore erecta omnibus Bononien[sis] Academiæ Privilegiis gaudeat, ac Le[c]tores & Scholares a gabellis aliisque oneribus immunes sint. Sub idem tem[pus] Calari Sardiniæ urbe innovata erat inter FF. Carmelitas & Ordinis de Mer[cede] jam ante biennium sopita contentio, quam Pontifex die decima quinta Novembris dirimens declarabat, quod

Carme-

Carmelitæ ubique ac in omnibus locis Fratres Redemptionis Captivorum præcederent. Sæc. XVII. A. C. 1602.

§. IX.

Antonii Mariæ Salviati Cardinalis mors.

Hunc annum sibi funestum experiebatur Antonius Maria Salviatus patria Romanus, qui Patre Laurentio & Matre Lucretia Medicea Leonis X. Sorore die vigesima prima Januarii anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo septimo primam lucem aspexit. Adolescens adhuc erat, cum jamjam morum integritate, & scientiarum ac præcipue jurisprudentiæ laude magnam sibi famam etiam apud exteros Principes conciliaret, non modo a Galliarum Rege ad Episcopatum S. Papuli, sed etiam a Papa ad Tridentinam Synodum expetitus: inde rediens sponte Ecclesiam suam sat pinguem nulla pensione sibi retenta dimisit, postea variis muneribus, atque etiam ad Carolum IX. Franciæ Regem legatione decoratus, defuncto Pio V. a Gregorio XIII. rursus in Franciam mittitur, ubi sex annorum spatio Catholicam Religionem depressa hæreticorum audacia tam prospero successu promoverat, ut idem Pontifex illum

Ciacon. in vit. Gregor. XIII.

Petramell. in elog.

Sæc. XVII. A. C. 1602.

illum in meriti præmium Cardinalem Presbyterum tit. S. Mariæ in Aquiro crearet. Postea regnante Sixto V. Bononiam Legatus decernitur, hancque Provinciam exterminatis rebellibus optatæ paci restituit, glorioso propterea Liberatoris ac Parentis nomine a Bononiensibus honoratus: unde haud mirum, quod ab Urbano VII. Gregorio XIV. Innocentio IX. & Clemente VIII. maximi habitus summis dignitatibus augeretur, quin tamen unquam pro tot laboribus in Ecclesiæ utilitatem exantlatis quicquam, quo sua res crescceret, a Romanis Pontificibus ambiret, aut acceptaret. Nihilominus luculenta quoque suæ in egenos liberalitatis, atque in Deum pietatis monumenta reliquit; Xenodochium enim S. Jacobi exstructo novo Templo ampliabat, alterumque S. Rochi proventibus, novoque mulierum hospitio augens, & veterem Ecclesiam tituli sui funditus diruens, ampliorem a fundamentis erigebat: eadem quoque munificentia Hospitium & Collegium pro orphanis nova fabrica ac reditibus locupletabat, aliisque Ecclesiis magnifice instauratis merita cumulare non prius, quam vivere desiit, unde haud immerito hujus Cardinalis domus sedes liberalitatis, horreum, asylumque pauperum nominabatur: Tandem cælo matu-

maturus die decima octava Martii, anno ætatis suæ sexagesimo sexto pie in Domino obdormivit, morienti assistente ipso Clemente VIII. Sæc. XVII. A. C. 1602.

§. X.

Julii Sanctorii Cardinalis obitus.

Alter ex Purpuratis, qui hoc anno obiere, erat Julius Antonius Sanctorius, natione Italus, patria Casertanus, qui Leonardo & Barattonia Parentibus die sexta Junii anno Salutis nostræ millesimo quingentesimo trigesimo secundo natus Theani ac Neapoli sub celeberrimis Magistris omni scientiarum genere imbuebatur, ac demum jurisprudentiæ Laurea decoratus Neapoli Causſidicum agebat, paulopost Sacris initiatus Sacræ Inquisitionis Judex, & Cardinalis Carafæ Archiepiscopi Neapolitani Vicarius Generalis nominabatur, quo in munere cum hæreticos publicis sermonibus editoque libro, cui titulus: *deploratio calamitatum* insectaretur, non semel necis periculum incurrebat. Præterea impius quidam auro corruptus Julium falso accusabat, quod Pium IV. veneno trucidare moliretur: quocirca Romam accersitur, ast calumniator cum bis in judicio mendacium jure jurando confirmasset, tertio per- *Ciacon. t. 3. in vita Pii V. Purp. docta l. 4. Maraccius in Purp. Mar.*

Sæc. XVII. A.C. 1602.

territus virum innocentem proclamabat: Julius igitur innocens a Judice declaratus, atque a Papa amplexu honoratus, delator autem ſuſpendi juſſus eſt. Neapolin dein reverſus, a Pio V. paulopoſt Romam evocatur, ac graviſſimis negotiis adhibitus Secretioris primo Cubiculi, dein S. Inquiſitionis Conſiliarii munere, demum S. Severinæ Epiſcopus anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo Purpura decoratur. Abbas præfuit Nobili Cœnobio B. Anaſtaſii de Carbone in Claromontenſi comitatu, illudque collapſum ſuis ſumptibus reſtituit, regularemque diſciplinam ibidem reſtauravit. Exſtitit etiam plurium Ordinum Protector, interfuit quoque ſex Pontificum comitiis, in quibus defuncto Innocentio IX. parum abfuit, quin Succeſſor renuntiaretur, eo dignior, quo magis ab ambitu hujus dignitatis erat alienus. Demum virtutum ſplendore illuſtris die ſeptima Junii ætatis ſuæ anno ſeptuageſimo Romæ apoplexia correptus exceſſit e vita. Collegit acta Sanctorum. Scripſit etiam tractatus de moribus hæreticorum, de poteſtate Pontificum ſupra Franciæ Regnum, de Græcorum ritibus & erroribus, necnon de Monarchia Siciliæ præter duas Apologias, ac quamplurimos alios varii argumenti tractatus. Manum etiam adjecerat

jecerat ad Regni Neapolitani Hiſtoriam, quam tamen morte præventus non perfecit. Sæc. XVII. A. C. 1602.

§. XI.

Ponti Heuteri extrema.

Inter Hiſtoricos ævi ſui celebriores, qui hoc anno deceſſerunt, merito memoratur Pontus Heuterus Delfii anno Salutis reſtauratæ milleſimo quingenteſimo trigeſimo quinto nobili genere natus. Hic politiori literatura apprime excultus anno decimo quinto ætatis ſuæ Mechlinium mittitur, ibidem a Franciſco Pauli non minus pietate quam ſcientia conſpicuo Presbytero ſeveriores diſciplinas didicit: poſtea Lugdunum Batavorum proficiſcitur, ubi, cum Philippus III. in Hollandiæ Comitem proclamatus eſſet, & ipſe cum ceteris fidelitatis homagium tanta animi ſinceritate profitebatur, ut toto vitæ ſuæ tempore promiſſam hanc fidem illibate ſervaſſe gloriaretur. Demum anno a partu Virginis milleſimo quingenteſimo ſexageſimo Pariſios delatus eruditionis fama celebre ſibi nomen comparabat. Inde in patriam reverſus Sacræ militiæ nomen dedit, Gorichemii Canonicorum numero adlectus: poſtea vero celebrior factus Trudonopoli Decanus

Balduin. Sæc. XVII. Chronic. le Long. Bibl. hiſt.

Sæc. XVII. A. C. 602.

canus Collegii Canonicorum renuntiatur, uti etiam meritis plenus fatis cesſit. Elucubrabat ſex libros rerum Burgundicarum necnon libros quindecim rerum Belgicarum atque Auſtriacarum præter librum de orthographia Belgica necnon de libera hominis Nativitate & de veteri ac ſui ævi Belgio.

§. XII.

Gregorii Sayerri Benedictini fatum.

Miræus Aubert. Script. Sæc. XVII. Poſſev. App. Sac. lit. G. P. Ziegelbaur hiſt. Rei lit. p. 4. c. 1. ſect. 4.

Non minus pietate quam ſcientia inclytus erat Gregorius Sayerrus natione Anglus, Ordinis S. Benedicti Monachus Congregationis Caſſinenſis. Is Philoſophicas diſciplinas, cum juvenis eſſet, Cantabrigiæ in patria edoctus ob Religionis tum in Anglia oppreſſæ amorem in Franciam transfretabat, & Rhemis interrupta ſtudia proſpero admodum ſucceſſu abſolvebat. Inde Romam Theologiæ navaturus operam mittebatur: tandem vero mundo valere juſſo ad Montem Caſſinum factus Monachus anno Chriſti milleſimo quingenteſimo octogeſimo quinto confugit, ibidemque ſolidi ingenii, conſtantis judicii, feliciſſimæque memoriæ beneficio non tantum per plures annos Theologiam docendo tradebat, ſed etiam inſignem eruditionem

nem assecutus egregia prorsus opera edidit, inter quæ potissimum celebrantur sex libri de *Theologia scholastica*, *tractatus de Sacramentis in Communi*, quod opus Venetiis anno priori editum summo Pontifici dicabat. Alterum seu tractatum de Theologia morali sive *de censuris Ecclesiasticis*, *pœnis & impedimentis* iterato prælo excusum Anglis Confessoribus nuncupabat. Edidit quoque *flores decisionum seu casuum conscientiæ*, præter *epitome Consiliorum Navarri*, necnon *summam Sacramenti pœnitentiæ* ac *denique clavem Regiam Sacerdotum*, in quibus tamen lucubrationibus plura ex Commentariis Doctoris Navarri desumpsit, absque literarii plagii vitio, cum id ipsemet ingenue testatus sit. Decessit Venetiis in cœnobio Benedictino S.Georgii majoris, fato nimis præmaturo ac nondum expleto anno ætatis trigesimo secundo, cælo tamen sat maturus. Sæc. XVII. A. C. 1602.

§. XIII.

Florimundi Remondi obitus.

Hoc item anno peritissimus historiæ antiquæ & recentioris Scriptor supremum obiit diem, qui ob detectos Calvinianæ Sectæ errores a Reformatis atroci passim scomate traducitur, a Catholicis vero propter egregiam veræ Reli- *Graves. Hist. Sæc. 17. pag. 102. Rocolles hist. du Calvin. Aubert. Mir. Script. Sæc. XVI. Weism. notit. Auct.*

Sæc. XVII. A. C. 1602.

Religionis defenſionem inter claſſicos ſcriptores recenſetur. Erat is Florimundus de Remond Regius in Curia Burdegalenſi Senator, vir amplæ lectionis, ac judicii ſingularis, qui adoleſcens Calviniſtarum hæreſi addictus Lutetiæ Pariſiorum Magiſtro Petro Ramo Studiis vacabat: cum autem Laduni anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto juvencula quædam nomine *Nicolina Obris* obſeſſa, Laudunenſi Epiſcopo ſuper caput ejus Sacram Hoſtiam tenente, a dæmone ſpectantibus plusquam decem hominum millibus liberata fuiſſet, Florimundus, qui omnia ſuis ipſe oculis viderat, tam luculenti prodigii *beneficio*, uti ipſius verba ſonant, *a profundo hæreſis luto extractus eſt:* eapropter Reformati ipſum ejusque libros odio plusquam vatiniano ad hanc usque diem inſectantur, ac per ludibrium de illo ſpargunt, quod *libros ſcripſerit ſine ſcientia, judicarit ſine conſcientia, ædificarit ſine pecunia, & ſenuerit ſine canitie*, quam falſum autem ſit mordax hoc dicterium, facile perſpiciet, qui ejus libros iterato prælo excuſos ſemoto partium ſtudio pervolverit: id vero cum Calviniſtæ recentiores negare haud audeant, eo temeritatis prolapſi ſunt, ut egregiam ejus hiſtoriam, *de ortu & progreſſu ac ruina hæreſis*

Genebrardus & Baron. ad ann. 1566.

Florim. de ort. hæreſ. l. 2. c. 12. n. 3.

Langlet. Abbas catal. pag. 47.

hæreſis, ſuppoſito duntaxat Remondi nomine a Ludovico Richeomio Jeſuita conſcriptam fabulentur: attamen in nullo Scriptorum hujus Societatis Catalogo hoc opus præfato Patri vindicatur, cum tamen hujusmodi Collectoribus, quod quandoque alienos libros adſcripſerint ſuis, non autem quod proprios ſuis Scriptoribus abjudicarint, vitio vertatur. Ceterum Calviniſtæ grave vulnus ſibi ab hoc Authore inflictum non modo dicteriis, ſed etiam hujus viri captivitate ac carcere ulciſcebantur, a quo ſeſe mille aureorum lytro redimere cogebatur. Scripſit præterea librum *de Antichriſto*, necnon contra fabulam ab hæreticis male conſarcinatam de Joanna Papiſſa quam tam ſolide confutabat, ut a Juſto Lipſio æquo rerum Judice, aliisque magni nominis Auctoribus promeritas retulerit laudes. Teſtatur etiam Aubertus, quod opus ſuum *de ortu hæreſis* moriens imperfectum reliquerit, illud vero Franciſcus ejus Filius ac doctrinæ hæres perfecerit. Sæc. XVII. A. C. 1602.

§. XIV.

Joannis Friderici Lummii mors.

Præfati Viri fatum ſequebatur obitus Joannis Friderici, qui a Pago *Lummen* ditionis Leodienſis Haſſeletum inter *Miræus Script. Sæc. XVII.*

Sæc. XVII. A. C. 1602.

ter & Dieſteimium ſito *Lumnius* dis-
batur. Is inter pietatis exercitia,
quieta Muſarum otia Magiſtro Nicol
Eſchio liberaliter educatus anno ætat
ſuæ vigeſimo quinto Sacræ militiæ n
men dedit, brevique tam præclara i
nocentiæ ac doctrinæ ſpecimina pr
buit, ut Sacrarum Virginum, quas *B*
ginas appellant, Antverpiæ Paroch
ac Director nominaretur. Exortis ve
ibidem tumultibus ob Religionum di
dia Leodium ſeceſſit, ubi aliquot ann
moratus eſt: reddita autem pace,
que Antverpia a Catholicis recupera
ad priſtinum munus rediit, quo etia
non ſine ingenti nominis ſui laude,
copioſo animarum proventu functus e
usque ad ſupremum vitæ ſuæ dies
Obiit autem Vir ſanctus, paupertat
amans, ſemperque annos æternos ne
non horrendum judicii diem in men
habens anno ætatis ſuæ ſexageſimo n
no, in præfatarum Virginum Temp
ſepultus. Poſteris reliquit *de extrem*
Dei judicio & Judæorum vocatione libros
duos Antverpiæ & Venetiis edito
præter *Theſaurum Chriſtiani hominis e*
D. Auguſtini Scriptis erutum, ac Plant
nianis literis Antverpiæ anno Domini
milleſimo quingenteſimo octogeſimo
octavo excuſum. Scripſit etiam *Apo-*
logeticum adverſus eos, qui Viros Eccle-
ſiaſticos

fiaſticos hæreditate privant: Plura alia ingenii ſui monumenta recenſet Valerius

Sæc. XVII. A. C. 1602.

§. XV.

Antonius Covarruvias morte ſublatus.

Non minus celebrem ſeſe reddebat Antonius Covarruvias patria Toletanus, qui adoleſcens ingenio & induſtria valens, ſine Magiſtro Græcas literas tanto tamque celeri profectu didicit, ut Hiſpania ſuo ævo nullum in his literis magis verſatum numeraret: Sacratioribus poſtea diſciplinis addictus præprimis Jurisprudentiæ tam Sacræ quam profanæ vacabat, illamque prima Doctoratus laurea decoratus Salmanticæ publice per plures annos tradebat, non ſine ingenti Auditorum applauſu ac proventu. Inſtante autem Synodo Tridentina a Philippo II. Rege Catholico ad eandem ſedente Paulo IV. unacum Fratre ſuo Didaco Epiſcopo Civitatenſi decernebatur, inde vero redux in concinnandis *variarum Reſolutionum* libris egregiam eidem Fratri ſuo operam impenderat, creſcente autem nominis ſui fama Regius intimi Caſtellani Conſilii Senator renuntiatus ob eminentem doctrinam cum rara memoriæ felicitate conjunctam inſtar omnium unus erat Regi, absdubio ad altiores etiam

Schottus & Antonius Bibl. Script. Hiſp. Miræus l. c.

Sæc. XVII. A. C. 1602.

tiam dignitatum gradus evehendus, ni
aurium vitio laborans, ac ſurdaſter e
fectus publico hoc munere ſeſe abdica
coactus fuiſſet. Demum Collegio C
nonicorum Toleti adlectus *Scholarch*
ut vocant, necnon Academici Præfec
munere fungebatur, donec die vige
ma prima Decembris annum agens ſe
ptuageſimum octavum meritis plen
naturæ debitum ſolveret. Edidit libru
de Jure Regni Luſitanici ad Philippum Re
gem Catholicum.

§. XVI.

Petrus Coretus vita functus.

Andreæ Bibl. Belgii. Miræus. l. c. Poſſevin. appar. Sacer. lit. P.

Doluit eodem hoc anno Belgium je
cturam Petri Coreti Theologiæ Li
centiati, qui natione Hannonius, pa
tria Athenſis confecto ſtudiorum curr
culo, apud Nervios Canonicus & poſtea
Tornacenſis Parochus creabatur, ub
ſermone & opere potens frequentiſſim
ad populum verba faciebat, ſuaque di
cendi vi, ac perſuadendi habilitate plu
rimos ad meliorem frugem revocabat.
Eo tempore doctiſſimo huic Viro inde
feſſum Religionis ſtudium exerendi oc
caſionem præbuerat, Franciſcus Phi
lippus de la Nue ſeu Novæus Pſeudo
Politicus, qui perniciosiſſimas Aſſertio
nes hæreſi aſperſas vulgabat, & una
cum

cum Bodino aliisque ejusdem furfuris Libertinis sub fallaci tranquillitatis obtentu suave Religionis jugum excutere, atque impunitatem atheismi & hæresum in Rempublicam invehere, civilique potestati Ecclesiasticum Ordinem subjugare nitebatur; cum ergo pestifer hic Scriptor, universam Galliam, quam ad Cortracum Flandriæ oppidum captus ac Limburgi inclusus armis manuque oppugnare haud poterat, venenato calamo ac dogmate suo perturbaret, Petrus Coretus adversus ejusdem theoremata militaria & Politica calamo decertare constituit, huncque in finem congestis validissimis argumentis egregium opus conscripsit, cui titulus: *Defensio veritatis adversus Assertiones Catholicæ fidei repugnantes libro Philippi de la Nue de Politicis & militaribus rebus aspersas*. Liber hic primum anno Incarnationis millesimo quingentesimo nonagesimo primo Antverpiæ Plantinianis literis, & postea Lugduni in Gallia typis Buyssonii ac demum Venetiis & Coloniæ excusus prodiit: Edidit quoque Coretus de eodem argumento suum *Antipoliticum contra Bodinum*. Hos autem libros Possevinus tanti habuit, ut illos suo operi *de Theorematibus ejusdem de la Nue aliorumque* adjungere voluerit. Hujus Viri memoria ejus amico Henrico Oultremano

Sæc. XVII. A. C. 1602.

Sæc. XVII. A. C. 1602.

no Urbis Valentianæ apud Hannonos Præfecto tam pretiosa erat, ut eidem tumulum cum hoc anagramate: *Portus erectus* posuerit.

§. XVII.

Joannis Jacobi Boissardi obitus.

Hanckius de Rom. Script. t. I. c. 76. Observat. Hall. tom. 4. observ.

His merito accensendus est Joannes Jacobus Boissardus de Republica Literaria bene meritus. Hic Bisantii anno Christi millesimo quingentesimo vigesimo octavo natus liberaliori naturæ beneficio jam ab ineunte ætate ad pervestigandas antiquitates oppido propensum præseferebat animum: unde in Italiam profectus integros sex annos describendis veterum monumentis, epitaphiis, elogiis, aliisque scripturis insumpserat, hocque studio absorptus, cum Romæ ad Carpii Cardinalis hortum diverteret, in abscondito quodam loco diu noctuque delitescens cunctas ibidem copiose collectas veteres inscriptiones tam improbo labore transcripserat, ut Cardinalis illum mane hoc studio adhuc intentum reperiens cognita ac commendata clandestini hujus accessus causa plenam cuncta commode delineandi copiam Boissardo faceret. Roma profectus in Calabriam, inde vero navigatione facta Corcyram, Cephaleniam & Moream

Moream pervenit, Jerosolymam & Syriam pervagaturus: ast maligna febri correptus in patriam reverti cogebatur, & rursus itinere per Franciam, Italiam & Germaniam facto ea, quæ indefesso studio collegerat, Belligardi apud Sororem suam depositurat, quo tamen thesauro a Lotharingicis copiis Burgundiæ Comitatum devastantibus spoliabatur, sed fama percrebrescente de edenda Romanarum Antiquitatum collectione Literati huic Viro omni ex parte varia submisere monumenta, quorum ope suffultus Francofordiæ quatuor majoris formæ tomos ediderat, quibus etiam inseruit suam *Recentioris Romæ typographiam*, necnon librum *de funeribus & sepeliendi modis apud antiquos usitatis*. Edidit quoque præter alia tractatum *de divinatione & magicis præstigiis* ac *Bibliothecam chalcographicam illustrium virorum*. Obiit Metis hoc anno die trigesima Octobris. Sæc. XVII. A. C. 1602.

§. XVIII.

Varii Scriptores e Societate hoc anno defuncti.

Silentio præterimus plures alios Scriptores hoc anno defunctos, veluti Passeratium, Melissum, Rulandum, Marguinum, Guarinonum &c. cum hi potius *Alegambe Bibl. Script. S. J. verb. Petrus Miræus l. c.*

Sæc. XVII. A. C. 1602.

tius Philologis, aut Medicis accenſend
eſſent: ſubjungimus tamen quosdam
Societate Scriptores, quorum primu
eſt Petrus Ludovicus, natione Hiſpa
nus, patria Valentinus, qui in Eboren
Academia Theologiæ Profeſſor com
mentarios de Angelis & incarnatio
ne edidit, mortuus ibidem die nona
Martii. Alter eſt Ludovicus Rogerius
natione Italus, patria Aretinus, qu
antea jurisprudentiæ vacans, primum
anno ætatis ſuæ vigeſimo primo Socie
tatem ingreſſus eſt, ubi expleto tan
Concionatoris quam Profeſſoris muner
tandem anno milleſimo quingenteſimo
nonageſimo nono Poſnaniæ contra Ec
cleſiæ hoſtes fidei controverſias expli
cuit. Verum haud diu vita ſuperfu
hoc anno vivere deſiit. Scripſerat pri
mum tomum ſui *Apologetici pro Rober
Cardinalis Bellarmini libris de Translatio
ne Imperii ad Germanos adverſus Mat
thæum Dreſſerum hæreticum*, quod tamen
opus, cum Rogerius morte præventus
non poſſet, Caſparus Haſp abſolvit an
no Chriſti milleſimo ſexcenteſimo Poſ
naniæ editum. Edidit inſuper Roge
rius ſub nomine Rhetorum Posnanien
ſium *defenſionem pro libris de Purgatorio
Card. Bellarmini & Miniſtrum delirantem
ſeu Colloquium Rhetorum Posnanienſium de
Purgatorio*. Huic accedit P. Antonius
Monreal

Monreal natione Hiſpanus, patria Belmontanus, qui in Provincia Boetica emenſo literarum humaniorum curriculo præter Philoſophiæ & Theologiæ ſtudia linguarum cognitione excelluit, intempeſtiva tamen morte præventus trigeſimo quinto ætatis ſuæ anno Villanovæ obiit. Reliquit autem poſteris Commentarios in Sacram Scripturam tribus voluminibus diſtinctos. Nobiliores Societatis Scriptores hoc anno defunctos non invenimus. Sæc. XVII. A. C. 1602.

§. XIX.

Franciſci Junii interitus.

Ex Proteſtantibus, qui hoc anno deceſſerunt, pauci reperiuntur, qui inter Scriptores Eccleſiaſticos locum merentur: ex Reformatis tamen celebrior eſt Franciſcus Junius, gente Gallus in Biturigibus natus, de quo Thuanus ſcribit, quod *vir fuerit deſultorio ingenio, qui multa conatus, & quod moliebatur, an aſſecutus ſit, doctorum relinquendum ſit judicio.* Juventutem ſuam Lugduni meretricum conſortio, aliisque pluribus vitiis imo & Atheismo contaminabat, Epicuri dogmata ſectatus: quocirca a ſuo Parente diſſolutam filii vitam edocto domum revocatus, Genevam mittitur, qui tamen accepto nun- *Thuan. l. 127. Weiſman Introd. in hiſt. Eccl. Sæc. XVII. Melch. Adam. vit. Theol. Voſſ. Præfat. de hiſt. Lat.*

Sæc. XVII. A. C. 1602.

tio de Patris sui nece Antverpiam profectus est, ubi Margarithæ Parmensis Ducissæ jussu carceri mancipatus fuisset, nisi tempestiva fuga evasisset, postea ad Fridericum III. Electorem Palatinum secedens, tandem Lugduni Batavorum Theologiæ Professor nominabatur, quo in munere decem complebat annos, ibidem peste die undecima Octobris sublatus. Scripsit Prælectiones in tria prima capita Geneseos, expositionem Danielis, analysin Apocalypseos, animadversiones in Bellarminum, ac demum tractatus quosdam de Ecclesia, de politia Moysis, de Theologia vera, & de primo peccato Adami.

§. XX.

Reusneri & Reidani extrema.

Adam. in vitis Ictor. Germ. Baillet jugem des Scav. sur les Poët.

Eodem hoc anno decessit Nicolaus Reusnerus celebrior Jurisconsultus Leobergæ in Silesia anno post Christi Nativitatem millesimo quingentesimo quadragesimo quinto natus. Hic humaniores literas edoctus confecto Philosophiæ curriculo Lipsiam venit, jurisprudentiæ vacaturus. Demum a Wolfgango Palatino Comite Laugingam accersitus Græcos Latinosque Scriptores ibidem per quinque annos interpretabatur, tandem Basileæ Doctoratus laurea

rea decoratus. Tradidit quoque Argentorati & Jenæ Jurisprudentiam, anno autem post Virginis partum millesimo quingentesimo nonagesimo quinto unacum Cæsareis & Brandenburgicis Consiliariis in Poloniam decernebatur contra Turcas opem imploraturus: septimo autem post anno die vigesima quarta Februarii decessit annos natus quinquaginta septem. Præter Poeticas & Philologicas lucubrationes, quas Melchior Adamus longa serie recenset, edidit quoque Ethicam Philosophicam & Christianam, variosque tractatus historicos. Huic quoque accensemus Everhardum Reidanum Deventriæ natum, ac die vigesima quinta Februarii anno ætatis suæ quinquagesimo tertio defunctum, qui historiam rerum in Belgio gestarum ab anno millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, usque ad annum millesimum sexcentesimum primum conscripsit.

Sæc. XVII. A. C. 1602.

§. XXI.

Perkinii, Glandorpii & Peuceri fata.

His subjungimus tres alios, quos inter primus est Guilielmus Perkins celebris inter Anglos Theologus anno Salutis nostræ millesimo quingentesimo quin-

Frecher. theatr. Königin Bibl. Witte Diar.

Sæc. XVII. A. C. 1602.

quinquageſimo octavo Marſtonii natus, qui Cantabrigiæ Doctor ac Theologiæ Profeſſor die decima Octobris hoc anno obiit, relictis quamplurimis ingenii ſui monumentis, inter quæ præcipue celebrantur ipſius Commentarii in epiſtolas D. Pauli ad Galatas, epiſtolam D. Judæ, necnon in tria capita priora Apocalypſeos: Edidit quoque *harmoniam Bibliorum Veteris & novi Teſtamenti* præter *Chriſtianam œconomiam.* Alter eſt Joannes Petrus Glandorpius ex Inſula Fionia oriundus, qui Otinenſis Scholæ Rector typis vulgabat ſpeculum vitæ humanæ. Obiit die trigeſima Septembris. Poſtremo denique loco venit Gaſparus Peucerus, qui Budiſſæ Luſatiæ ſuperioris oppido die decima ſexta Januarii anno Chriſti milleſimo quingenteſimo vigeſimo quinto primum lucis uſum adeptus eſt. Hic quamprimum adoleverat Wittembergæ Melanchtonis magiſterio uſus, Magiſtri honoribus vigeſimo ætatis ſuæ anno decorabatur, poſtea ad publicas Matheſeos & Medicinæ lectiones accedens Doctoratus gradum adeptus eſt: cum autem incautius Reformatorum ſectam in Saxoniam invehere niteretur, die prima Aprilis anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto cuſtodiæ datus, per integros decem annos inhumaniter vexa-

Thuan. hiſt. l. 127. Teiſſier elog. des hommes Scavans tom. 2.

vexatus detinebatur, eoquod Reformatorum sectam abjurare renueret, necnon acerrime formulam concordiæ impugnaret, palam asserens, quod illa in omnibus articulis Sacræ Paginæ, Confessioni Augustanæ, & Lutheri Catechismo adversaretur, & ipsemet Lutherus, dum articulum de *Cœna Domini* fabricaret, veritatem non agnovisset. Quis autem Judex ultimo judicio, quod in dubium vocari non posset, & cui utraque pars stare teneretur, hanc Religionis controversiam inter Theologos Saxones & Reformatos Sacris literis utrinque munitos deciderit, assignare nesciunt Acatholici; an vero decantata conscientiæ libertas diuturna hujus Viri captivitate non fuerit violata, aut Inquisitionis rigor in Saxoniam evocatus, Lectoribus a partium studio alienis dijudicandum relinquimus: de cetero compertissimum habetur, quod Peucerus nonnisi ad preces Agnetis Electricis carcere liberatus fuerit. Præter varios tractatus Medicos elucubrabat tractatum *de præcipuis divinationum generibus*, necnon *historiam carceris Peuceriani* & historicum opus *de Philippi Melanchtonis sententia in controversia de Cœna Domini.*

Sæc. XVII. A.C. 1602.

Sæc. XVII. A. C. 1603.

§. XXII.

Conventiculum inter Proteſtantes Palatinos & Heidelbergenſes.

Cudſem. l. de deſper. Calvini cauſſa.

Ineunte anno Domini milleſimo ſexcenteſimo tertio Prædicantes Palatini, cum dudum cum Heidelbergenſis Academiæ Theologis ob realem Chriſti Domini præſentiam in Euchariſtia digladiarentur, tandem coacto concilabulo in novam doctrinæ formulam contra eosdem conſpirabant, edito hoc decreto: *Commune & hactenus uſu potius quam veritate receptum, triumphat dogma de vera & reali Corporis Chriſti communione & præſentia, quod Academici Doctores noſtri in Scholis tradunt, atque defendunt, licet fidei ſolius medio, & inſtrumento non modo periculoſum eſt, ſed plane falſum. Nobis itaque & Zwinglii ſpiritui viſum eſt, certas conſcribere concionandi formulas, & phraſes, quibus in poſterum ſit utendum, & quibus vocibus & terminis abſtinendum, ut falſo hactenus tradita Corporis præſentia, quæ tantum in cœlis eſt, a Cœna exterminetur.*

§. XXIII.

Friderici Palatini Electoris deprecatio apud Franciæ Regem pro Bullionio.

Præter

Sæc. XVII. A. C. 1603.

Præter civiles tumultus, quibus Franciæ Regnum agitabatur, non minus periculosæ fervebant dissensiones inter Metensis urbis cives, & Raimundum Sobolium, quo tandem exauctorato, necnon subrogato Varenno Henricus Galliarum Rex, qui eo fine advenerat, pacem restituit: Eodem tempore plurium Germaniæ Principum Oratores ad ipsum accesserant, atque inter eos Friderici Palatini Electoris, ad quem Bullionius Dux confugerat, Legatus, qui hunc Ducem denuo in gratiam recipi, rogabat, eoquod comprobata ipsius virtus, necnon patriæ amor, immotusque in Regem suum affectus ipsum ab impacta perduellionis labe penitus purgare videretur, si tamen, addebat Orator, hujus criminis reus foret, Elector suo ipsum patrocinio nullatenus dignabitur. Ad hæc Rex reposuit, quod Bullionius oblatam veniæ spem clandestina fuga eludens sese suspectum reddiderit, si tamen intra bimestris spatium ad aulam redire, ac de objectis criminibus, coram Rege respondere voluerit, contra suos accusatores Regii patrocinii opem experturus foret, si vero contumax esse perseveraverit, ipsius etiam Electoris judicio, indignus erit omni clementia. Verum hæc invitatio in irritum cecidit: Dux enim nonnisi post plurium

Daniel hist. de France tom. 10. Thuan. hist. l. 129.

Sæc. XVII. A. C. 1603.

annorum decursum in Franciam reversus est.

§. XXIV.

Controversia inter Lotharingium, & Brandeburgicum Ducem a Rege composita.

Thuan. hist. l. 129. Daniel hist. de France tom. 10. Abrege chronolog. l'an. 1603.

EOdem tempore, quo Rex adhucdum in Metensi urbe morabatur, arbitrum agebat controversiæ, quæ inter Carolum Lotharingium Cardinalem & Joannem Georgium Brandeburgicum Ducem jam per integros decem annos agitabatur, occasione inde nata, quod hunc Protestantes, Catholici vero Ecclesiæ Argentinensis Canonici Cardinalem in Episcopum elegerint, uti supra memoravimus. Quoniam vero hæc causa ultimo Cæsaris judicio, ad quod a partibus remissa fuerat, nondum fuisset decisa, Rex arbitri partes sibi sumens Brandeburgico, cui clam magis favebat, possessiones urbi magis vicinas, reliquas vero Cardinali adjudicabat. Postea tamen hoc anno die duodecima Novembris Hagenoensi tractatu conventum est, ut totus Episcopatus Cardinali relinqueretur, ea tamen lege, ut hic numeratis centum triginta aureorum millibus Brandeburgicum indemnem servaret. Ceterum summus

Vid. supra Lib. CLXXX. §. XXII. Calmet Hist. Eccl. de Lorraine tom. 2.

Ponti-

Pontifex ægerrime ferebat, quod Cardinalis cum Proteſtantibus pacem iniiſſet, diviſo cum illis Epiſcopatu, quem tamen, ut indemnem ſervaret, ac integrum tueretur, a Sede Apoſtolica accepiſſet. Sæc. XVII. A. C. 1603.

§. XXV.

Eliſabetha Angliæ Regina mortua.

Compoſita hac lite Rex exeunte Menſe Aprili Lutetiam redire conſtituit; adhucdum vero in itinere hærebat, cum eidem nuntiatum eſſet, quod Eliſabetha Angliæ Regina fatis ceſſerit. Hæc jam Menſe Januario ad finem vergente primos gravioris morbi inſultus ſentire cœperat, ineunte autem Menſe Majo moleſta omnium ſenſuum torpedine opprimebatur, cauſſata ex occiſi Eſſexiæ Comitis recordatione necnon ex gravi mœrore, quod ſe a ſuis clientibus deſpectam derelictamque cerneret, cunctis Regis Scotiæ Succeſſoris ſui favores aucupari certantibus. Tandem morti vicinior a Senatu Succeſſorem nominare rogata ægre hæc reposuit: *Thronus meus eſt Thronus Regum a nullo privato poſſidendus:* ſubobſcura hac declaratione Senatoribus haud contentis tandem reſpondit: *Volo, ut mihi Rex ſuccedat, & hic ſit Scotiæ Rex mihi arctius* ſan-

Rapin hiſt. d'angl. l. 17. Daniel l. c. Thuan. l. c.

Sæc. XVII. A. C 1603.

ſanguine junctus. His dictis noviſſimum decem vitæ dies, noctesque pertinaciter vigiles continuis hiſce lamentis *Heu Comes heu! Ergo Eſſexius periit, miſeranda! quid egimus?* tranſigebat donec intercluſa reſpirandi facultate die quarta Aprilis anno Regni ſui quadrageſimo quarto, ætatis vero ſeptuageſimo Richemondæ animam exhallaret. Weſtmonaſterii ſepulta, ubi die octava Maji defunctæ funebri pompa parentabatur.

§. XXVI.

Hujus Reginæ indoles.

Sleidan. cont. p. 3. Thuan. Daniel & Rapin l. c.

Hæc Regina, ab Angliæ Regno exterminata Religione Catholica, demum Proteſtantium ſectam invexerat: inde orta inter vitæ ſuæ Hiſtoricos duplex quaſi factio eorum, qui vel adulationis vel invidiæ calumniam ſibi invicem obtrudunt: quippe Proteſtantes ac præcipue Camdenus & Metteranus hanc Reginam ſuæ ſectæ, quæ ſine ipſius patrocinio ex Anglia, Scotia & Hibernia exulaſſet, velut unicum fulcrum reſpiciunt, ac propterea illam immodicis laudibus extollunt, ipſaque etiam vitia virtutis pallio contegunt, atque inſulſo adulationis ſtudio faſcinati in fabularum organa degenerant. Catholico-

rum

rum vero nonnulli, atque inter eos præ- Sæc. XVII.
primis Sanderus & Bombinus, eoquod A. C. 1603.
veræ fidei Sectatores non tantum ſummo odio habuerit, ſed etiam quamplurimos exiliis, carceribus, atque atrociſſimis ſuppliciis infectata fuerit, eandem nigris admodum coloribus depingunt: quapropter ea duntaxat, quorum veritas probatiorum Scriptorum conſenſu ſtabilita videtur, huc adducere lubet.

Erat hæc Regina primævo naturæ beneficio judicii ſoliditate, animique fortitudine, admodum celebris, ſceptro nata, ſi moderatione ac pietate temperaſſet imperium: ſuæ ſectæ faventium amorem aucupari, ærarium augere, ac diſſidia inter vicinos Principes fovere ſtudioſa: his mediis inſtructa hoſtes ſuos, licet potentia validiſſimos, ingenio acutiſſimos, ac militiæ peritia verſatiſſimos non tam armorum vi, quam negotiationum dexteritate ſuperabat, par tam bello ferendo, quam paci tuendæ. In gratiis diſpenſandis ita munifica erat, ut meriti potiorem rationem habuiſſe gloriaretur, in donando autem parcior, ne exhauſto ærario ſuis ſubditis gravior eſſe cogeretur. Conſtantem præterea æqualemque fortunam toto ferme tempore experta, pacem pene toto Regno coluit, crebre-

Cambden annal. Eliſ. Burnet hiſt. Ref. Larrey hiſt. d'angl.

ſcente

Sæc. XVII. A. C. 1603.

Grotius Hist. l. 12.

ſcente tamen conjurationum procella, ex Miniſtrorum potius quam propria ingenio ſexus molitiem in crudelitatem deflectebat, necnon poſt ſciſſum ſchiſmate regnum Religionis odio ex Catholicis quamplurimos bonis ſuis exuit, alios exilio, aliisque fæviſſimis pœnis afflixit, & pene innumeros capite damnavit. Præterea tanta tumebat ambitione, ut non modo Majeſtati ſuæ debitos Zelaret honores, ſed & exemplo hactenus nunquam audito ſibi jus ſummum & poteſtatem in res Sacras & cauſſas Eccleſiaſticas arrogans ſe caput Eccleſiæ Anglicanæ dici geſtiret. Totæ etiam vitæ ſuæ tempore cælebs a nuptiis abſtinuit, verita, ne ſi nupta conciperet, in puerperio moreretur, idedem ſuggerentibus Medicis: aſſerunt tamen Scriptorum non pauci, quod ex Comite Liceſtrienſi Filiam ſuſceperit. Utut res ſe habuerit, id omnino certum eſt, quod plurium Procorum ac præcipue Eſſexii Comitis amoribus implicita ob colli ſui formam usque adextremam ſenectutem a multis amari concupiverit, qua agendi ratione, ſi quid famæ, nihil tamen imperii Majeſtati deperiit. Plurimos quoque Principes, atque inter eos Hiſpaniæ, & Sueciæ Reges, Holſatiæ Ducem, Araniæ & Arundeliæ Comites, Pickeringum Equitem, Rober-

Mem. ſecret. Vol. 1. p. 512.

Robertum Dudleium, Andegavenſem Ducem, Glarincardum Hibernum, Carolum Auſtriæ Archiducem, & Alenſonium Ducem, quocum de matrimonio eam ſerio cogitaſſe teſtatur Thuanus, vana nuptiarum dotalisque regni ſpe deludebat, ad fallendum optime inſtructa, cujus artis ope Franciæ & Angliæ Reges, Scotosque adumbrata ſinceritate, atque amicitia mire ludificabat, necnon vindictæ, ambitionis, & invidiæ motus præprimis erga Mariam Stuartam Religionis, & æquitatis ſpecie tegebat: id teſtatum facit ipſemet Paulus Rapin Calviniſta, qui in ſua Angliæ Hiſtoria ſic de Eliſabethæ ſœvitia in Mariam Scotiæ Reginam differit: „Ægre vindicari poteſt „circa mortem Scotiæ Reginæ, ac li„bere fatendum, quod ob ſecuritatis „propriæ curam, æquitatis, juſtitiæ ac „fors propriæ conſcientiæ officium de„ſeruerit; etſi enim Maria Regicidii rea „fuiſſet, illam punire, non ad Eliſa„betham ſpectabat: inſuper etiam illam „non ob hoc crimen neci dabat, ſed „carceri tradebat ſub doloſo hoc obten„tu, ut interim ejus innocentiam teſta„tam redderet: hoc autem facto dam„nanda erat ipſius ſimulatio. Prima „hæc injuſtitia illam poſtea eo induxit, „ut millenas fraudes & artes necteret, „qua-

Sæc. XVII. A. C. 1603.

Sæc. XVII. A.C. 1603.

„quarum ope perpetuam hujus Regin
„incarcerationem honeſtare poſſet. Ind
„quoque nata eſt neceſſitas ad hæc e
„trema prolabendi, ut illam per carn
„ficis manum palam e medio tolli urg
„ret: hic violentiæ exceſſus dein adh
„illas progerminabat artes & ſimula
„tiones, quibus ſe de hac ſævitia pu
„gare, culpamque in innocentem co
„jicere, illumque carceris pœna pl
„ctere haud dubitabat (*). Ex hoc in
„quo Eliſabethæ facinore absdubi
„manifeſte comprobatur, ad quæ e
„trema illam incitarit metus amitten
„diadematis, quod in vertice ſuo ſemp
„titubare experiebatur: continua ha
„agitatio, timorque exſtitit cauſſa, d
„principium omnium ferme ſuarum
„actionum:„ Præterea Presbyteria
eandem reprehendunt, quod Senatu
ſui decreto inhibuerit, ne etiamſi Pro
teſtantes eſſent, conſcientiæ ſuæ libe
tate fruerentur.

Rapin l. 17. *pag.* 442.

§. XXVII.

(*) Hic erat Daviſſonus Regius Miniſter, quem Eliſabetha falſo accuſabat, quod contra ipſius juſſa mandatum de exequend mortis ſententia nimis præcipitanter Judicibus tradidiſſet.

Sæc. XVII.
A. C. 1603.

§. XXVII.

Jacobus I. Scotiæ Rex Eliſabethæ Succeſſor.

Paulopoſt Reginæ obitum Regni Proceres Mariæ Stuartæ Filium Jacobum Scotiæ Regem ejus nominis ſextum, & Angliæ Primum unanimi ſuffragio in Regni hæredem proclamarunt, atque ad eum evoluto tridui ſpatio Robertum Carreium Edimburgum decreverunt, ut Jacobo, per Eliſabethæ mortem Angliæ Sceptrum ad eundem eſſe devolutum, nuntiaret. Jacobus igitur decimo poſt die ineunte Menſe Majo Londinum ingreſſus impoſito diademate Angliæ & Hiberniæ Rex ſalutatur, quævis fauſta & proſpera cunctis Ordinibus feſtivo clamore apprecantibus. Vix Rex ſceptro potiebatur, cum omnes novi Regis gratiam aucupari certarent, ac præ ceteris magis præcoces erant Puritani, qui Legatos ad Regem in Scotia agentem, ut ſupra memoravimus, propere mittunt, ſuæque Sectæ Patronum eligunt. Attamen ſua expectatione decepti ſunt, utpote de quibus nonniſi cum contemptu, imo non ſine deteſtatione locutus eſt, dum ſuſpicabatur, eos eſſe hoſtes Regiæ auctoritatis; ſæpius enim dicere audi-

Thuan. & Daniel l. c.

Grotius l. 12. Nichloſius Defenſ. Eccleſ. Anglic. pag. 31. Peircius Vind. Fratr. Diſſid. p. 58. & ſeqq. Vid. ſupra Lib. CLXXXV. §. LVI. Larreyus hiſt. d'Angl. tom. 2. p. 643.

Sæc. XVII. A. C. 1603.

audiebatur: *ubi non ſunt Epiſcopi, ibi non eſt Rex.* Quinimo Catholicos benignius habere viſus eſt, quam Puritanos, eoquod hi ac præcipue Scoti nimium imperioſe & turbulenter in rebus Religionis & Regiminis agere aſſueti eſſent. Eapropter Rex hoc adhuc anno Deo gratias egerat, quod Eccleſiam & Regnum Scotiæ in tali ſtatu reliquere poſſet, qualem nunquam mutaturus eſſet, dummodo ſubditi ſeſe pacate gererent: imo in frequenti conventu profeſſus erat, quod Eccleſiam Romanam, tanquam Eccleſiam Matrem haberet.

§. XXVIII.

Deluſa Catholicorum ſpes de favore Jacobi I.

P. Orleans hiſt. de Revol. d'Angl. tom. 3. p. 6. Larreyus l. c. p. 775. Thuan. l. c. Mercur. Gallo Belg. lib. 2.

Firmiori jure magnam de novi Regis patrocinio ſpem conceperant Catholici, eoquod Parentis Catholici, & Matris etiam in fidei odium occiſæ Filius eſſet, necnon cum Philippo Hiſpaniarum Rege atque acerrimo Religionis Catholicæ defenſore conſilia communicaſſe diceretur, quibus in ſpei augmentum acceſſerat fama de Anna Friderici II. Danorum Regis Filia ejus uxore, quæ licet Lutheri doctrinam domi hauſiſſet, clam tamen Catholicis favere credebatur.

tur. Nec vana videbantur hujus fiduciæ argumenta; quippe Jacobus primis Regni sui auspiciis sese admodum veræ Religioni propensum monstrabat, ipsiusque Aula non modo Viris Catholicis plena erat, sed ipsemet quoque diu vehementerque inclinabat ad Ecclesiæ Orthodoxæ partes, quibus certo certius accessisset, nisi prædominantem Puritanorum potentiam & tumultus formidasset. Hac igitur benigna Regis propensione freti Proceres ac Pastores Catholici inaugurato Regi libellum supplicem sæpius offerebant, Principis sui gratiam, aut saltem Religionem Catholicam profitendi libertatem exorantes. Hunc in finem hæc exponebant: „Agitur de re, quæ non hujus tantum „vitæ commoda respicit, sed præcipue „illius æternæ, cui omnes curas & af„fectus postponere, ac pro ea sangui„nem ipsum profundere obstringimur: „Eam enim Religionem profitemur a „Majoribus acceptam, sub qua Præde„cessores tui in tantam rerum magni„tudinem feliciter excreverunt, extra „quam citra salutis dispendium nos hujus „caducæ vitæ commodis frui haud pos„se noscimus. Hanc ab ea alieni ac „Gentilium erroribus addicti Principes „magno suo bono subditis suis olim „concesserant, ac ipsemet Christiani

Sæc. XVII. A. C. 1603.

Sæc. XVII. A. C. 1603.

„Nominis hostis Turca hujus fidei [illegible]
„bertatem populis suis Christianis non
„denegat. Eadem quoque populis in
„Germania, qui a Majorum Religione
„defecerunt, pro imperii Lege data est
„eaque negata proculdubio secuturi sunt
„periculosi æque ac pernicioſi motus
„nulla quippe ex omnibus, quæ nos in
„hac vita exercere solent, molestiis ac
„vexationibus durior esse potest, quam
„quæ conscientiarum libertati vim af-
„fert, in qua dirissima hac servitute cum
vis pio ac generoso optabilius est semel
„mori, quam diu vivere. Huic a be-
„nignitate Regia periculo ac desperа-
„tioni paratum remedium ponetur, [illegible]
„relaxatio a miseriis præteritis conce-
„datur: tunc enim civiles motus & ar-
„canæ molitiones nimis eam ob causam
„frequentes deinceps promissa libertas
„conquiescent, & non modo Catholici
„qui nunc sunt, sed etiam qui post na-
„scentur, eam clementiæ Regiæ cum
„fausta diuturni imperii comprecatione
„sint debituri: proin oramus & obtesta-
„mur suam Majestatem, ut quam a De-
„naldo I. qui jam decimus septimus Or-
„dine Princeps in Scotia regnare cœ-
„perat, pietatis confessionem amplexati
„sunt, usque ad Beatæ memoriæ Ma-
„trem tuam, quæ proprio sanguine eam
„dem a Majoribus acceptam fidem ob-
„signa

„ſignabat, antiquitate venerandam, Ma- Sæc. XVII.
„jeſtatis amplitudine præſtantem, con- A. C. 1603.
„tinua ſerie conſtantem, in doctrina ir-
„reprehenſibilem, virtutibus fœcundam,
„vitiis infeſtam, ab antiquis Doctoribus
„prædicatam, ab optimis Imperatori-
„bus Chriſtianis conſervatam, per Ec-
„cleſiæ faſtos celebratam, cruore tot
„Martyrum irrigatam, tot Confeſſorum
„exemplis adultam, Virginum innu-
„merabilium impolluta puritate deco-
„ratam, rationi & naturali ſenſui, at-
„que adeo veritati Evangelicæ per om-
„nia conſonam, eandem porro profiteri
„liceat, & ſiquidem ejus confeſſio pu-
„blica non probetur, ſaltem humana
„diſſimulatione toleretur. „

§. XXIX.

Sectaria fidei Profeſſio Regis juſſu promulgata.

Verum huic Catholicorum ſupplica- *Thuan. & P. Daniel. l. c.*
tioni optatus haud colluſit ſucceſ-
ſus; quippe Jacobus Rex Acatholico-
rum, penes quos ſumma rerum erat,
potentiam veritus, eorumque ſectam
ſibi ad ſolii firmitatem eſſe neceſſariam
ratus, ne quicquam in Religionis uſu
mutaſſe crederetur, Londini fidei Pro-
feſſionem in Anglia nuper adoptatam
hortante Roberto Cæcilio evulgari juſ-

Sæc. XVII. A. C. 1603.

sit, qua summus Pontifex juxta ant... quam hæreticorum næniam velut An... tichristus proscindebatur, contractoque... Sacramentorum numero, Missæ Sacri... ficium, Ordo Hierarchicus, necnon... Concilii Tridentini tanquam sanguina... rii & erronei decreta verbis contume... liosis damnabantur. Id vero non tam... primis Regni auspiciis fieri clam indi... gnabantur Catholici, quam sub eo Prin... cipe evulgari, qui literis & doctrina... egregie instructus, cum nihil eo in ge... nere nisi ipso consulto fieret, rei qua... que invidiam in se unum recipiebat, nec... in Protestantes Ministros aut præsen... tem rerum statum ad se exonerandum... transferri patiebatur, palam hanc fidei... professionem approbans, confirmans... que, cui & immortuus est.

§. XXX.

Franciæ Regis Legatio ad Regem

Daniel & Thuan. l. c. Mem. du Suly c. 1. 16. & 17. Mem. secret. tirés des Archiv. p. 3.

Justis Elisabethæ Reginæ persolutis... Henricus IV. Galliarum Rex paulo... post Maximilianum Bethunium Roni... Marchionem Londinum ablegabat, ea... fine, ut Jacobi Regis mentem explora... ret, illumque ad innovandum fœdus... olim cum defuncta Regina sancitum,... necnon ad rumpendam Hispani Regis... armi...

Sæc. XVII. A.C. 1603.

amicitiam induceret. Hunc in finem Legato injunctum, ut Regis gratiam aucupandi animo se Protestantium sectæ summopere studiosum fingeret, ejusque sub imperio illius Regis, qui illa ejurata ad Romanam Ecclesiam defeciſſet, miserum statum deploraret, fide facta, quod Hugonottæ in Francia unice in novi Regis trium Regnorum conjunctione potentiſſimi patrocinio spem haberent repositam, ipse quoque utpote devotiſſimus Regis famulus obtestaretur, quod nulla nec fortunæ, nec patriæ, imo nec ipsius etiam Principis sui ratione habita *Parlamentariam*, ut vocant, Religionem defendere paratus sit. Commendabat Bethunius hoc Regis consilium, utpote vel maxime opportunum, ut juvenis Rex Elisabethæ vestigia premens nomen daret fœderi, quod Henricus adversus Austriacam Domum cum Germanis Principibus pangere moliebatur. Igitur Legatus cum ejusmodi mandatis, quæ ipsemet Rex suo chirographo ac sigillo munierat, ineunte Mense Junio iter in Angliam aggrediebatur, comitantibus eum Nobilium plusquam ducentis. Tandem Caletum die decima tertia Junii appulsus Anglicanam navem, quæ a Rege obviam missa fuerat, conscendit, ac Doveram perveniens exscensione facta

Sæc. XVII. A. C. 1603. Cantuariæ a Sidnejo, quem Rex in o... curſum miſit, ſalutabatur, eoque co... mitante poſtea adverſo Tameſi fluvi... devectus Londinum venit, ubi Cæc... lius nomine Regis Legato alloquii co... piam obtulit, huncque in finem ipſeme... Rex Grenvicum ſe contulit, ac præſi... tuta die Franciæ Legatum excepit, ... quidem ceteris priorem, etſi Arembe... gius Comes Archiducis Alberti Orat... jam antea adveniſſet. Habito colloqui... omnes exterorum Principum Legati, a... que inter eos præcipue Franciæ, ... Fœderatorum Ordinum Oratores e... conſpirabant, ut Regis Hiſpani poteſtat... utpote ceteris omnibus Principibus ma... xime formidanda, aut penitus deprime... retur, aut ſaltem illius augmento obs... poneretur. Præterea Joannes Bar... nefeldus Hollandiæ Orator in ſecret... quod cum Bethunio habebat, colloqui... ad prævertendam Oſtendæ jacturam om... nino neceſſarium aſſerebat, quod a... utroque Rege Hiſpani tota belli mol... opprimerentur, præcipue, quia Phi... lippus Rex per Taſſium ſuum Oratorem... armorum Societatem cum Angliæ Rege... contra Gallos offerre moliretur: Id e... quidem Bethunius ſibi perſuadere haud... poterat, cum ipſo tamen Jacobo Rege... collocutus, omnes eloquentiæ fontes ex... hauſit, eidem perſuaſurus, ut ſaltem... arma...

arma ad nutum parata contra Hiſpanos haberet. Sæc. XVII. A. C. 1603.

§. XXXI.

Fœderis articuli inter Franciæ & Angliæ Reges.

Variis colloquiis ultro citroque habitis, tandem Franciæ Orator, cum Proteſtantium ſectam in Galliis pro viribus defenſum iri polliceretur, cum Jacobo Angliæ Rege in hoſce fœderis articulos convenit. I. Antiqua fœdera Gallos inter & Angliæ Reginam erecta innoventur, atque utriusque Principis opera Hiſpani ſollicitentur, ut Hollandos tanquam ſubditos ſuos agnoſcerent, nullamque eis vim inferrent, ſi vero id impetrari non poſſet, ambo Principes in Hollandorum opem, Galliæ Regis ſumptibus alendos milites clam habeant paratos. II. Si vero vel Angliæ vel Franciæ Rex ab Hiſpanis invaderetur, quivis alterutri militum, navium, aurique ſubſidiis præſto eſſet. III. Rex Angliæ una claſſe ad Indos naviget, altera Hiſpaniæ oras invadat. IV. Neuter altero invito vel inſcio pacem ineat. V. Hæc pacta, quibus vim illatam repellendi ſocietas promittitur, publici juris fieri poſſunt, ſecreta autem tenenda, quæ de vi Hiſpanis inferenda fuere

Daniel l. c.

Thuan. l. 129.

Sæc. XVII. A. C. 1603.

concluſa. His additum, quod ex his duobus Regibus, qui prius decederet, ſuperſtes erit, defuncti viduam, liberos, regnumque fuæ curæ committeret, atque adverſus hoſtes defenderet. Hos articulos, quos Bethunius Villariam deferebat, Henricus Rex more ſuo chirographo, Regioque ſigillo munitos ad Bellomontium ſuum ab Angliæ Regis aula Oratorem transmiſit, quibus pariter Jacobus haud cunctanter ſubſcripſerat, ac juxta hæc pacta quantocius ſex armatorum millia Oſtendam decrevit, nequicquam conquerente Taſſio Comite Hiſpaniæ Regis Legato.

§. XXXII.

Congregationes de Auxiliis coram Papa continuatæ.

Serry Hiſt. Congr. l. 3. cap. 19. Livin. Meyer hiſt. Controv. l. 5. cap. 17.

Cum omnes Molinæ propoſitiones cum Caſſiano convenire, a Cenſoribus arguerentur, atque una omnes anni priori ad examen vocari haud poſſent, hoc anno die vigeſima Januarii præſente ipſo Clemente Papa, aliisque ad hoc examen deputatis in duabus Congregationibus, binæ ejusdem Authoris propoſitiones diſcutiebantur, quarum prima hujus erat tenoris: *An circa Apoſtoli verba* 1. *ad Cor. cap.* 10. *v.* 13. *eadem ſit expoſitio Molinæ ac Caſſiani?* Altera ſic expo-

exponebatur: *An Molina cum Caſſiano conveniat in hac aſſertione, quod ante receptionem gratiæ ſervanda ſit laus libero arbitrio?* Diſputabant deſuper P. Arrubal & P. Lemos, quis autem eorum palmam obtinuerit, innuit cenſura Conſultorum, qui unaomnes exceptis Aquilano Antiſtite & Carmelitarum Regente, in conſultatione, altera die habita pronuntiarunt, utramque Molinæ propoſitionem cum Caſſiani ſententia convenire. Sexto poſt die vigeſima prima habebatur Congregatio, in qua articulus nonus diſcutiebatur, ſcilicet, *utrum Molina conſentiat cum Caſſiano in hac propoſitione: Quod ad donum Perſeverantiæ nihil aliud requiratur, quam gratia habitualis & auxilium ſufficiens?* Equidem P. Arrubal ſuum Molinam a Caſſiani errore plurimum diſtare prolixo ſermone, totis viribus demonſtrare nitebatur, Cum autem P. Lemos ex ipſis Molinæ verbis oſtenderet, quod juxta ipſum gratia Dei non dicatur cooperans, niſi poſtquam liberum arbitrium jam conſenſerat, & ipſe Arnubal ad ſummi Pontificis objectiones fateri coactus fuiſſet, quod Deus, ut certus ſit de effectu prædeſtinationis & perſeverantiæ, egeat videre in ipſo libero hominis arbitrio ſaltem tanquam objecto, quid illud ſit pro innata ſua libertate

Sæc. XVII. A. C. 1603.

Sæc. XVII. A. C. 1603.

facturum, hinc indicta Congregatione ad diem vigesimam octavam Januarii definierunt Episcopi, & Theologi, Molinam in hac propositione convenire Cassiano: solus Plumbinus censuit eum quantum ad verba eidem consentire, quantum ad sensum vero suspectam eam judicabat: Bovius autem, qui quondam Societati adscriptus erat, ejusque doctrinam defendere statuerat, pro more suo hanc assertionem nullatenus Cassiano consonam esse censebat: Refert P. Livinus, quod Lemosius, cum ostendere non posset, Cassianum & Molinam convenire, quædam extra propositum præcipue de scientia media protulerit: fides sit penes Authorem.

§. XXXIII.

Congregatio XXIII. XXIV. XXV. & XXVI.

Serry & Mayer l. c.

Die decima septima Februarii in Congregatione vigesima tertia discutiebatur decimus & sequens articulus his verbis conceptus: *An Molina cum Cassiano conveniat dicens: quod omnia a Molina de conatu liberi arbitrii dicta, reducantur ad actus necessarios ad justificationem.* Altera propositio erat hæc: *homini conanti ex suis naturalibus datur gratia, ita tamen, ut conatus illi non sint meritorii,*

nec

Sæc. XVII. A. C. 1603.

nec ſemper neceſſarii. Verum habita Congregatione vigeſima quarta die ſequenti tam Epiſcopi quam Theologi exceptis Aquilano & Bovio cenſebant, Molinam & Caſſianum eodem prorſus modo docuiſſe utramque propoſitionem. Idem fatum ſubiit quæſtio duodecima his verbis expreſſa: *An Molina & Caſſianus conveniant in hac propoſitione: propter opera bona naturalia datur gratia, & an uterque eodem modo temperet hanc propoſitionem?* Hanc in rem die decima quarta Aprilis habebatur Congregatio vigeſima quinta, cui abſente Prædicatorum Generali intererat P. Didacus Alvarez unacum P. Lemos, qui Molinæ aſſertionem tribus Caſſiani principiis conſonam eſſe propugnabat, contradicente Patre Arrubal. Igitur ad decimam tertiam propoſitionem ventum eſt, quæſitumque: *an Caſſianus & Molina conveniant in hac aſſertione, quod poſſit homo Medicum quærere, & ſanitatem deſiderare.* Hanc vero propoſitionem nuspiam a Molina eſſe traditam, aſſeruit Arrubal, ex variis Patrum Teſtimoniis comprobans, quod gratia ſaltem imperfecto deſiderio naturæ viribus appeti poſſit: cum autem Pater Lemos ſingula non confutaret, ſed duntaxat ſe ad hæc jam ſatis in primis Congregationibus reſpondiſſe diceret, non ſatisfecit Pontifici ſuſpectum

Sæc. XVII. A. C. 1603.

ctum hoc silentium, mox igitur Lemsius solide ostendit, quod Molinæ sensus ab horum Patrum sententia multum aberret; tum vero Jesuitæ Pontificem rogare cæperant, ut illos Sanctos Patres, qui Molinæ consentirent, scriptotenus proferre, sibi liceret, quod de eorum precibus datum est. Sequenti autem die in Congregatione vigesima sexta hæc pronuntiata est censura circa duodecimam propositionem: *æque expensis omnibus illis rationibus, quas Patres Societatis ex adverso produxerunt in defensionem Molinæ, illis non obstantibus censuerunt omnes, exceptis Domino Episcopo Aquilano, & Patre Regente Collegii Carmelitarum, Molinam cum Cassiano consentire, tam in prædicta assertione, quam in illius temperamento, neque ullo modo excusari posse ab errore Pelagii, ex iis, quæ in Appendice addidit, sed majorem inde illi inuri notam Pelagianismi.*

De Propositione autem decima tertia sequens erat Consultorum judicium: *Cum de sententia & Molinæ & Cassiani constiterit, quæ fuerit illorum temporum Catholica doctrina, a SS. Patribus contra Pelagianos constantissime tradita, & ab Ecclesia definita, apertissime appareret; censuerunt omnes exceptis D. Episcopo Aquilano, & P. Regente Collegii Carmelitarum, post exactam discussionem rationum, quas*

quas Patres Societatis pro Molinæ defensione produxerunt, illis non obstantibus, Molinam cum Cassiano consentire in prædicta propositione decima tertia, & eam sententiam formaliter docuisse, quæ Sanctis Patribus, & Ecclesiæ definitioni omnino adversatur.

Sæc. XVII. A. C. 1603.

§. XXXIV.

Epistola Baronii hac in caussa ad Archiepiscopum Viennensem.

Eo tempore varius rumor de Molinianæ caussæ fato atque exitu suspensam tenebat Franciam, quocirca præ ceteris Petrus Villaresius Viennæ in Galliis Archiepiscopus Cæsarem Baronium Cardinalem datis ad eum literis rogabat, ut pro sua in rebus dijudicandis peritia a partium studio hac in re prorsus alienus mentem suam desuper aperiret. Is igitur, ut Zelosissimi hujus Præsulis precibus deferret, die decima quinta Martii sequentem exarabat epistolam, quam nec ipse Livinus suppositiam esse solide comprobare poterat. *Illustrissime & Reverendissime Domine: ignoscas si tardius quam par est, ad literas Reverendissimæ Dominationis Vestræ rescribo, quas ut puras & Orthodoxas in omnibus exosculatus sum, a quibus absit, ut vel in minimo apice vel puncto dissentiam, tantum-*

Hist. Congr. l. 1. c. 14. Abregé Eccles. Siecl. XVII. M.S. Card. Ricii Petr. Matth. Hist. sept. ann. pac.

Sæc. XVII. A. C. 1603. *tantummodo de libris Molinæ remanet controversia. Legi eos, sed non sine stomachi cum in illis nihil potentius agere præ- ferat, quam S. Augustino adversari (licet sanctum nunquam nominet) eumque ostantiæ redarguere, seque illo in disputationibus vigilantiorem acutioremque jactare, quis potest eum talia loquentem absque nausea tolerare? licet ut anguis effugiat, & e manibus facile elabatur; etsi temerarium quis inveniat, haud facile possit hæresis convincere & sugillare. Non hujusmodi Commentatoribus indiget Ecclesia Dei, quæ puritate, candore, nitore delectari tantummodo consuevit, ipsa non habens maculam, neque rugam. Legi, imo quam eum, & ad quinquaginta & amplius notavi propositiones, verba, phrases, quas vel saltem affines esse erroribus Pelagianorum sive Semipelagianorum (licet ipse cautius intra Catholicæ fidei limites, vel protestando saltem, se contineat) nemo puto, qui absque affectu illa perlegerit, negabit omnino. Quid Ecclesia Dei indiget hujus Molinæ libris, ut discat, quæ a tot Sanctis Patribus, Conciliis atque Decretis jam ante tot sæcula didicit, atque docuit? quod ad ipsum Dominum Nostrum Clementem Papam attinet, hoc ipsi in proposito est, hoc in voto, hoc denique in decreto, ut nec latum unquem a vesti-*

Sæc. XVII. A. C. 1603.

vestigiis Prædecessorum recedat, sed iisdem insistat quam firmissime. Scit plane tot sanctos Pontifices, Innocentium, Sixtum, Cœlestinum, Hormisdam, ac denique Felicem, cujus sunt Canones Arausicani Concilii, hoc professos suis scriptis esse, atque testatos, Romanam Ecclesiam in iis, quæ spectant ad gratiam & liberum arbitrium, sequi semper consuevisse S. Augustinum: testatur equidem id tot verbis Hormidas suis literis adeo, ut alio judicio opus non sit, cum jam præjudicatum sit, laborat nunc in discutiendo Molinæ volumine, de quo vel abjiciendo, vel purgando, vel retinendo, adhuc sub judice lis est. Mea siquidem sententia eo non indiget Ecclesia Catholica, in quo vel saltem quædam auditui horridula essent corrigenda. Monui Reverendos Patres meos Societatis Jesu, ne existimationem eorum in defensione librorum ejus periclitari sinant, & in discrimen adduci. Colo ipsos omnes, Deus scit, ut Patres, ut de illis illud usurpem: opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me, at nolo prolixior esse. Vale Pater amantissime, atque doctissime, lucerna pedibus meis, cum per obscura contigerit ambulare. De beatis viris in Sanctorum numerum collocandis, ad aliud tempus servavit hoc Deus. Romæ idibus Martii anno Domini millesimo sexcentesimo tertio.

Vestræ

Sæc. XVII. A. C. 1603. *Veſtræ Illuſtriſſimæ ac Reverendiſſimæ Dominationis frater & ſervus.*

CÆSAR BARONIUS.

§. XXXV.

Congregatio XXVII. XXVIII. XXIX. & XXX.

Hiſt. Congr. l. 3. cap. 23. Hiſt. controv. l. 5. c. 21.

Summo Pontifice ob podagræ dolores præpedito, aliquanto longius differebatur ſequens Congregatio die quinta Maji habita, in qua examini ſubjecta eſt ultima quæſtio: *an Molina non ſecus ac Caſſianus nolit admittere prædeſtinationem gratuitam aliquorum eſſe non omnium?* Hanc nec Caſſiani nec Molinæ doctrinam fuiſſe affirmabat Pater Arrubal. cum autem Lemoſius ſcientiam, ut vocant, mediam impugnaret, Pater Arrubal in cauſſæ ſuæ ſubſidium vocabat ſequens hoc argumentum: *Præſcivit Deus, quod ſi Petro daret efficacia auxilia, is converteretur, ergo ante decretum ponenda eſt præſcientia, per quam Deus certo cognoſcat hoc futurum conditionatum.* Ad hocautem reſpondit Lemoſius: *Reverende Pater, nonne ego jam bis reſpondi ad hoc argumentum, quod cum jam fuerit optime ſolutum, debuiſſet Reverentia ſua ulterius procedere: interim tamen dico rurſus, aliam eſſe præſcientiam, qua Deus cogno-*

Sæc. XVII. A. C. 1603.

cognoscit efficaciam suæ voluntatis, aliam vero, per quam Deus cognoscat efficaciam humanæ voluntatis ante decretum, quam vos ponitis: Tandem protracta disputatione suppetias ferebat Ferdinandus Bastida Jesuita, qui Lovanienſis Academiæ censuram veluti a Papa confirmatam produci questus, Prædicatores accusabat, quod causſam a Sede Apostolica esſe definitam, in Lusitaniam perscripsiſſent: attamen id negante Lemosio, ac incalescente animorum contentione Pontifex silentium indixit, inquiens, *hæc jam non pertinent ad quæstiones Theologicas.* Soluto igitur consessu die sexta Maji in Congregatione vigesima octava tam Episcopi quam Theologi omnes censebant, in præfata propositione Molinam cum Casſiano convenire: obstrepebat tamen Aquilanus Antistes cum Bovio, qui probabilem esſe Molinæ doctrinam asſerebat. In Congregatione vigesima nona die nona Junii juxta Clementis VIII. præscriptum speciatim quæsitum est: *An Concilium Tridentinum Sessione XIV. cap.* 14. *& can.* 5. *obstet iis, quæ de attritione & contritione docet Molina?* Id non modo pernegare, sed & a Prædicatoribus objecta diluere nitebatur Pater Arrubal allatis hanc in rem pluribus argumentis & Doctorum interpretationibus.

Sæc. XVII. A C. 1603

Interlocutus Pontifex demonstratum ibat, quod attritio & Contritio a Molina descripta non sit alia ab ea, quæ a Concilio rejecta fuit. Iterum, vero disputationi sese ingerebat P. Bastida. Arrubalis responsa Scholasticorum ac præsertim Cordubæ subsidio adjuvans. Altera die in trigesima Congregatione decisum, quod Molinæ doctrina decreto Sacri Concilii adversetur. Huic rursus censuræ repugnabant Aquilanus & Bovius.

§. XXXVI.

Congregationes XXXI. XXXII. XXXIII. XXXIV. XXXV. & XXXVI.

Acta Coronelli & Lemosii Serry & Meyer l. c.

Postmodum Clemens VIII. Congregationem trigesimam primam ad diem vigesimam tertiam Junii indixerat, ubi de quinto dubio actum: *An bona opera nostra moralia, nedum bona ex genere & objecto, ac ex officio, & nedum semota omni mala circumstantia, sed e contra vestita omnibus bonis circumstantiis, non dicantur bona, nec secundum Deum autorem naturæ & gratiæ, nec ad pietatem pertinere; nisi sint facta ex motivo fidei & pietatis supernaturalis; quamvis facta sint supposita fide, & intuitu & consideratione justitiæ Dei scelera punientis, & beneficiorum*

rum Dei miſerentis, & tam copioſe præmiantis, & præſertim conſideratione beneficii effuſionis proprii Sanguinis in cruce pro nobis. Sæc. XVII. A. C. 1603.

Hanc in rem P. Arrubal oratione ad duas horas protracta Molinam ſuum defendebat, quibus tamen omnibus ab eo allatis Lemoſius oppoſuit, quod Molina non ſine contradictione opera bona & ex ſui ratione vere pia, absque tamen pietatis principio ſeu fide elici poſſe aſſeruerit: Soluta igitur diſputatione in Congregatione trigeſima ſecunda, die vigeſima quarta ejusdem Menſis, exceptis Aquilano & Carmelitarum Regente, omnes Conſultores cenſebant, *ejusmodi opera, de quibus in dubio propoſito agitur, eſſe opera pia, pertinentia ad Deum autorem naturæ & gratiæ, & hanc eſſe expreſſam doctrinam S. Auguſtini & Conciliorum.*

Pronuntiato hoc judicio die vigeſima ſexta Pontifex proximam Congregationem indixit ad ſequentem ejusdem Menſis diem, quæ tamen usque ad diem decimam Novembris dilata fuit, eoquod Pontifex ad declinandos æſtivos Romani aeris calores Tuſculum, oppidum paucis horis Roma diſtans ruſticatum iviſſet, qui etiam ibidem ſuam de hac controverſia mentem ſcripto explicavit, ac gratiæ efficacis ſententiam

Pegna ep. ad Reg. Confeſſ. P. Philipp. Decor. Carmel. in vit. V. P. Joan. a Jeſu Maria. Hiſt. Congreg. l. 3. c. Opera V. P. Joan. in vita tom. 1. cap. 13.

Sæc. XVII. A. C. 1603.

tiam innumeris pene S. Auguſtini teſtimoniis confirmavit, futuris Congregationibus expendendum relinquens, an iſta ſit doctrina S. Auguſtini; quippe Pontifex in ſuo Tuſculano receſſu minime otioſus fuerat; ſæpius enim de quæſtionibus hucusque agitatis, ac præſertim de præfato ſcripto ſuo agebat cum Viris oppido eruditis, ac præcipue cum Patre Joanne a Jeſu Maria Carmelita excalceato, qui poſtea Ordinis ſui Generalis, Romæ non modo ſanctitatis fama, ſed & Scientiæ eminentia inclaruit. Tandem Pontifex in urbem reverſus præfata die Congregationem inſtituit, in qua ſequentem quæſtionem diſcutiendam propoſuit: *An ea omnia, quæ Molina docet circa actus omnes, qui elici poſſunt a libero arbitrio, ſimul cum his, quæ de lege ſcripſit, dicat & aſſerat in ordine ad effectum juſtificationis? & an ex iis quæ de libero arbitrio & lege affirmat, reſultet immediata, ac proxima vel remota præparatio ad juſtificationem & gratiam?*

Interim Pater Arrubal adverſa premebatur valetudine, in ejus autem locum in arenam deſcenderunt Molinæ vindices P. Ferdinandus Baſtida, & Joannes deSalas Jeſuitæ. Denique altera die communi Cenſorum judicio in Congregatione trigeſima quinta definitum eſt,

Sæc. XVII. A. C. 1603.

est, *ea omnia, quæ Molina docuit de viribus naturalibus liberi arbitrii hominis constituti in statu naturæ lapsæ ad actus fidei, spei, dilectionis, & pœnitentiæ, & ordinem habere ad justificationem, & secundum illius doctrinam esse dispositionem proximam & immediatam ad gratiam prævenientem, mediatam vero & remotam ad justificationem, maxime supposita lege, quam Molina dixit a Deo Patre constitutam de donis gratiæ hominibus distribuendis, & hanc doctrinam fuisse ab illo traditam contra Sanctos Patres, & Ecclesiæ definitiones.*

Die autem decima octava ejusdem Mensis in Congregatione trigesima quinta sequens dubium agitabatur: *An quod liberum arbitrium & gratia sint duæ causæ partiales ad eundem actum perficiendum, & quod liberum arbitrium ex se separatum a gratia, nihil habeat a Deo nisi possibilitatem illam, quam Deus tribuit ab initio libero arbitrio, sit ex sententia expressa S. Augustini; aut ex illo colligi possit; an potius conveniat cum Pelagio, præsertim loco relato a S. Augustino libro de gratia Christi capite tertio & quarto?*

Hanc in rem Bastida pluribus demonstratum ibat, quod Deus & liberum arbitrium ad actum concurrat, de quo tamen dubitatum non est, quocirca P. Lemos ostendit, quod Molina Deum & liberum arbitrium eo sensu

Sæc. XVII. A. C. 1603.

cauſſas partiales nominarit, quaſi hoc cum gratia concurrat independenter ab ea, nec per illam determinetur, ſed potius determinet illam. His ultro citroque diſputatis annuente Pontifice Conventus ſolvebatur, habita autem Congregatione die decima nona Novembris diſſentientibus denuo Aquilano & Bovio, ceteri omnes cenſebant Molinæ propoſitionem de cauſſis partialibus nullo modo deduci poſſe ex D. Auguſtini doctrina.

§. XXXVII.

Congregat. XXXVII. XXXVIII. XXXIX. & XL.

Die vigeſima quinta Novembris in Congregatione trigeſima ſeptima diſputatum eſt de altera quæſtionis prioris parte: *An quod liberum arbitrium ex ſe ſeparatum a gratia, nihil habeat a Deo, niſi poſſibilitatem illam, quam Deus illi tribuit ab initio, ſit ex ſententia expreſſa S. Auguſtini, aut ex illo colligi poſſit? an potius conveniat cum Pelagio, præſertim loco relato a S. Auguſtino libro de gratia Chriſti capite tertio & ſequentibus?*

Poſtquam Ferdinandus Baſtida varios propoſitæ quæſtionis ſenſus aperuerat, ac econtra P. Lemos Molinam Pelagianismi poſtulans objecta diluerat, Cle-

Clemens VIII. dato ſigno hanc Congregationem ſolvit, ac in Congregatione trigeſima octava ſequenti die habita, exceptis Aquilano & Bovio ſtatuerunt Conſultores de ſecunda parte dubii propoſiti: *videlicet, an quod liberum arbitrium ſeparatim conſideratum, nihil habeat a Deo niſi poſſibilitatem, ſit Pelagianum, vel potius ſecundum S. Auguſtinum: Pelagianum eſſe hoc aſſertum, & a Molina traditum.* Sæc. XVII. A.C. 603.

Denuo in Congregatione trigeſima nona die octava Decembris Ferdinandus Baſtida ſenſum ſequentis quæſtionis exponere, ac Molinianæ doctrinæ veritatem tueri moliebatur: *Quid intelligat Molina, dum dicit, quod in actibus elicitis ex ſola facultate naturali, reſpicientibus fidem, ſpem & charitatem in Deum, Deus inſerit ſe, & elevat eos & facit ſupernaturales? an ſcilicet intelligat, quod Deus elevet illosmet actus ex ſola naturali facultate factos, & faciat eos ſupernaturales? an vero, quod poſthabitis illis actibus, ex facultate naturali factis, elevet potentiam ipſam, ut alios actus faciat, nedum naturales, ſed etiam ſupernaturales?*

Poſtquam Lemoſius Baſtidæ argumenta confutaverat, ejusque adverſarii eo devenerant, ut admitterent, quod Deus excitata ſemel per inſpirationis gratiam voluntate conſenſum hominis expectet ad juſtificationis gratiam con-

Sæc. XVII. A. C. 1603.

ferendam, quin ullum intrinsecum atque inhærens principium supernaturale desideretur, quo voluntas in supernaturales actus prorumpat, Pontifex finem disputationi imponendum censuit: eapropter in Congregatione quadragesima, quæ hoc anno postrema erat, die decima tertia Decembris Consultores omnes, solo Bovio excepto, censuerunt, Molinam docuisse: „*Deum se inserere actibus nostris, ut actus ipsos elicitos ex facultate naturæ, supernaturales efficiat adveniente gratia, quando autem dicit, Deum evehere naturam, intellexisse alliciendo & invitando, non autem mutando voluntatem, & hanc gratiam dari a Deo intuitu præcedentium actuum, similiter gratiam dari ad sacrificium, in via Molinæ: & in ejus via, supernaturalitatem solum connotare extrinsecam quamdam denominationem.*„ Integro igitur hoc anno acriter disputatum, nihil tamen ultimo Ecclesiæ judicio definitum: eadem etiam cunctatio ansam præbuisse videtur Paulo Benio Eugubino, ut hoc anno Patavii librum ederet de ratione, qua dirimi posset controversia de efficaci Dei auxilio & libero arbitrio, cujus tamen tractatus lectione S. Congregatio interdixit per decretum die decima sexta Decembris anno 1605. editum.

§. XXXVIII.

Sæc. XVII.
A. C. 1603.

§. XXXVIII.

Hiſpaniæ Regis literæ ad Papam pro definienda hac controverſia.

Cum Hiſpaniæ Orator per integros quatuor Menſes Congregationes interciſas ægre ferret, ac ejusmodi dilatione deciſionem cauſſæ aut retardari aut omnino impediri vereretur, aliunde autem ex crebris literis ex Hiſpania allatis perciperet, quod hoc regnum *magno profecto imbibendi Pelagianismi diſcrimine periclitaretur*, hinc die trigeſima Auguſti Pontificem adiit, eidem maturandæ definitionis neceſſitatem efficaciſſimis rationum momentis exponens: ubi vero juſtas interrupti laboris cauſſas a Pontifice edoctus fuerat, ea de re Regem Catholicum datis literis monuit: interea vero Philippus Rex perceptaCongregationum interruptione proprio chirographo hunc in modum perſcripſit ſummo Pontifici: *Hiſt. Congr. l. 3. c. 6. Epiſt. Reg. Cath. ad Papam.*

Beatiſſime Pater!

Sæpius Sanctitati veſtræ nomine meo expoſuit Dux de Seſſa, quam neceſſe ſit, ut Auxiliorum controverſiæ, in qua Prædicatores cum Jeſuitis committuntur, finem imponat, quamquam autem mihi ipſi reſcripſerit, quam ardenti deſiderio id velit

Sæc. XVII. A. C. 1603.

Sanctitas Vestra, quamque indefesso dio *Congregationibus habendis adlabor* cum tamen *mala indies suboriri, Ec* siamque *Catholicam Schismatis peric* committi *sentiam, nisi Apostolica de* tione *provideatur, idcirco Sanctitat* Vestram *omni qua possum contentione* ardore, *pro rei magnitudine precor,* Controversiam, *posthabita quacunque di* tione *definiat, pacem Ecclesiæ conci* cunctosque *fideles imminentis periculi* commotos *soletur. Qua de re distinc* & *fusius vobiscum aget Orator meus,* jus *fidei cuncta committo. Deus pro* tis *Sanctitatem Vestram sospitem hab* Datum *del Pardo vigesima quarta* vembris *anno millesimo sexcentesimo ter* Vestræ *Sanctitatis humillimus ac devo* simus *filius, Philippus Dei gratia* Castellæ, *Aragoniæ, Leonis, utriusq* Siciliæ, *Hierosolymorum, Lusitaniæ,* varræ, *& Indiarum; qui ipsius Sanc* simos *pedes, ac manus deosculor.*

Dato ad has literas responso Pon fex Regem certiorem reddebat, qu ipse summam atque indefessam ma randæ huic decisioni operam navaret necnon continuato studio Congregatio nes paulisper interruptas reassum jussisset.

§. XXXIX

Sæc. XVII.
A. C. 1603.

§. XXXIX.

Pontificis ſollicitudo pro Jeſuitis in Franciam revocandis.

Quamvis ſummus Pontifex, quod Fratres Dominicanos nimio favore proſequeretur, a nonnullis fuiſſet inſimulatus, luculento tamen comprobabat teſtimonio, quod quidem erroris objecti hoſtis, Societatis tamen æque ac veritatis amicus eſſet; quippe intimo animi ſenſu perpenderat, quod Francia hæreſi adhuc laboraret, & literariæ non minus quam Sacræ exedræ, quas antea Jeſuitæ ſibi vendicarant, Viris præcipue ad juventutem inſtituendam idoneis carerent, eoquod ceteri amiſſa promotionis ſpe ad ejusmodi ſtudia ſeſe laborioſius impendere negligerent, hinc ante ſeptem ferme annos per ſuum Legatum Cardinalem Alexandrum Medicæum, Henricum IV. Franciæ Regem ſollicitabat, ut Jeſuitas Senatus edicto a Regno pulſos revocare, necnon Tridentini Concilii decreta auctoritatis Regiæ uſu firmare vellet: irritus tamen hujus Legationis ſucceſſus Clementem a ſuo propoſito adeo non deterruit, ut etiam Horatium Montanum poſtea Arelatenſem Archiepiſcopum & P. Laurentium Magium Jeſui-

Juvenc. hiſt. Soc. part. 5.

Sæc. XVII. A. C 1603. Jesuitam unacum literis Blesas ad Hen-ricum ablegaret, qui Regi concessum diffoluti matrimonii sui diploma defer-ret, eumque tanto beneficio provoca-tum ad revocandam Societatem indu-ceret. Verum Henricus rem usque a suum Parisios reditum differendam ed-xit. Postquam vero ventum est Lute-tiam, Cancellarius pro Jesuitis die pr-ma Januarii anno millesimo sexcente-mo coram Curiæ Præsidibus, tam in-trepide perorabat, ut Rex vix non gra-tiæ loco habere deberet, quod *Mutinen-& Arelatensis Præsules, cum potuissent i-Regii matrimonii caussam cum Societa-caussa conjungere, ut neutra sine alte-conficeretur, hi tamen Regi darent, u-quæ caussa ipsum spectat, priori loco d-quidem sola pertractaretur, posterior, qu-Pontificem spectare videtur, Regiæ pe-mitteretur benignitati, ut Beneficium datu-summo Pontifici eo gratius foret, quo li-berius, ut si quid Rex in Societate re-prehenderet, id emendari posset, cum pro-sto sit vades idoneus, summus Pontifex-qui pro ipsa sponderet, fidemque suam-interponeret.*

Verum specioſa hæc verborum le-nocinia Regis animum haud adeo ti-tillabant, ut tum eorum votis cederet: insuper etiam Servinus Regius Advo-catus acriter in Senatu adversus So-cieta-

cietatem declamabat, ac Seguierus Præſes rem a Pariſienſi Senatu, a quo etiam expulſionis decretum annuente Rege emanabat, decidendam cenſebat: id vero ut præverterent Jeſuitæ, Cancellarium æque ac Villaregium ſollicitabant, ut hoc negotium nequaquam Senatui permitteretur, ſed illud ipſimet tranſigerent cum Rege. Id quoque Præſes per ſuum Romæ Oratorem Pontifici renuntiari, ejusque mentem de modo reſtituendæ Societatis exquiri juſſit. Sæc. XVII. A. C. 1603.

§. XL.

Jeſuitarum cauſſa per ſe ipſos æque, ac Patronos agitata.

Cum Jeſuitæ nihil Pariſiis confici poſſe cernerent, cauſſam per ſeipſos agere conſtituunt, utque ſecundus conatui reſponderet ſucceſſus, ad omnes occaſiones ſibi propitias ſummopere intenti erant, ac præprimis peropportunus erat adventus Mariæ Mediceæ, quæ recens deſponſa Henrico Galliarum Regi uxor Florentiæ Mariam Magdalenam de Pazzis Carmelitanam tum eximia ſanctitatis opinione florentem inviſerat, ac tria potiſſimum ejus apud Deum precibus impetranda poſtulabat: viciſſim vero hæc Sancta Jeſuitarum votis

Juvenc. Hiſt. Soc. l. 12. p. 5. Thuan. Hiſt. l. 129. Abregé de l'hiſt. Eccleſ. Siecl. XVII. Hiſt. du Parlem. de Paris c. 42.

Sæc. XVII. A. C. 1603.

tis obsecundans a Regina efflagitabat ut Societatem in Regnum revocandam curaret: quod & Regina se facturam recepit. Attamen potens pariter apud ipsum Regem conciliandus erat Patronus, quem Jesuitæ ad vota nanciscebantur in Varreno, qui ex Regiæ Sororis coquo Flexiæ Gubernator ab Henrico IV. nominabatur. Hic pro sua Societatem benevolentia Jesuitis autem erat, ut ad Regis, qui hoc anno Divionem durum veniret, pedes provoluti pro redintegranda Societate supplicaret. Placuit hoc consilium P. Ignatio Armando Metensi Provinciali, qui Regem Metis transeuntem alloqui, eique Societatis calamitatem exponere constituit, selecto ad hoc tempore sat idonea feria quinta sanctæ hebdomadæ; fiducia enim firmiter persuasum habebat, quod cum Rex ac Regina pro more in lavandis pauperum pedibus solemni ritu fungerentur, facile Passionis Dominicæ memoria in Christianissimi Regis corde erga Christi Socios miserationis affectum excitatura foret.

§. XLI.

P. Armandi oratio ad Galliæ Regem.

Mezerai tom. 7. p. 446. Thuan. l. c.

Hac igitur fiducia animatus Pater Armandus, aditum pandente Varreno e Proceribus Regi carissimo, eadem die

die poſt prandium ad Regis cubiculum unacum ſociis ſuis introducitur, qui in genua provolutis, moxque ſurgere juſſis ceteris, concinna oratione victorias ac triumphos a Rege reportatos, ipſiusque clementiam ampliſſimo elogiorum apparatu efferebat, immoti quoque obſequii, quo Societas Regi ſemper devincta eſſet, memoriam inſerere haud oblitus: Poſtea accuſationes, quibus paſſim Societas gravaretur, diluere ſatagens hunc in modum proſequebatur: *Multa jactari contra nos minime ignoramus, ut alii quam ſumus, eſſe videamur objectis criminibus horrendis erga Principem & patriam, quæque nos tanquam execranda deteſtamur; & quorum ſi conſcii eſſemus, nos ipſi non ſolum patria excludi debere, ſed etiam orbe univerſo exterminari tanquam vita indignos judicaremus, præterea voti a Concilio Generali & tot Pontificum ſuffragio, Regum deceſſorum tuorum conſenſu probati invidia oneramur, quaſi per illud ad ea, quæ Dei voluntati, & rationi repugnant, erga Generalem noſtrum obligaremur. Nam ab illa obedientia, quam Superioribus debemus per noſtras conſtitutiones, ſemper excipitur, quicquid ad Dei offenſionem vergit, neque quemquam aliter exiſtimare credimus. Et qui fieri poſſet, ut ex tot hominibus, qui ſalutis ſuæ cupidi in noſtram Socie-*

Abregé l. c. Daniel hiſt. de France tom. 10.

Sæc. XVII. A. C. 1603.

Societatem migrarunt, vel unus in ea re maneret, si quid tale in nobis animadverterent, quod non obedientiam, sed merum impietatem redoleret, neque vero quisquam ex iis, qui a nobis exierunt, quantumvis iniquus hactenus repertus est, qui dixerit obedientiam illam aliqua in re subjectionem quæ Regibus & Magistratui debetur, repugnare: multo minus nos impellere, ut consilium cuiquam demus, quod tuæ Majestati, aut ejus imperio præjudicet. Multi & tibi, Domine, persuadere conati sunt nos id agere, ut nobiles, ac opulentis progenati familiis pueri in Societatem nostram aggregentur, quo ex eorum bonis ditiores evadamus, atqui hoc instituto nostro unice resistit, qui nullos in nostram Societatem admittimus, nisi prius longo tempore accurate diligenter explorata eorum voluntate, utrum scilicet eorum vocatio a divina proveniat inspiratione, an ab hominum suasu, idque sæpius per triennium atque aliquando per quadriennium: quod vero a Deo non proficisci venire deprehenditur, illicet rejicitur, cum id unum sit præcipuum atque adeo essentiale in nostra Societate, ut nulli temere ad vota admittantur neophyti, idque præpositi nostri sedulo cavent, ne quis quemquam ad Religiosæ vitæ professionem amplectendam hortetur; tantum curæ suæ commissos ad virtutem & literas discendas excitet, integro Sancti Spiritus ad perfectionem evangelicam &c.

& sequenda consilia Dei relicta vocatione, quo fit, ut exiguus in Francia, si eorum, qui in nostris militant collegiis, numerus, nec vicesimam partem efficiat, ad aliorum collegia comparatus; & si quidem ad amplectenda ejusmodi vota pueri sollicitarentur, aliam, cui nomen darent, professionem potius eligerent: quod vero ex eorum bonis, qui ad nos veniunt, ditescamus, haud multis verbis opus est, ut id falsum esse ostendatur, exigua sunt admodum, quæ inde nobis bona obvenerunt, vixque collegium ullum reperias, cujus vectigalia oneribus ferendis sufficiant, & pleraque sunt, quæ tantum piis, ac devotorum largitionibus sustentantur. Ipsum Parisiense, quæ metropolis totius tui Regni est, etiam comprehensis legatis ab Santandreano, & Hennequino præsidibus aliisque undecunque profectis, haud plus tria librarum millia annui redditus possidet, quæ vix viginti hominibus alendis satis esse possunt, cum sexaginta ad minus librarum millia tanto collegio, ubi cunctarum facultatum artes docentur, necessaria essent, multi ex illa urbe etiam opulenti nostræ Societati nomen dederunt, qui nequidem terræ pedem nobis reliquerunt, si quid dederunt, ad supplendam Collegii egestatem, eleemosynæ modo datum, nec octavam patrimonii partem excessit; idque fere cum bona gratia, & ex consensu hæredum factum. Quæ collegia vectigalibus

Sæc. XVII. A.C. 1603.

Sæc. XVII. A. C. 1603.

abundant, ab iis nihil exigitur; & liberum
est nostris de bonis suis statuere, & si indi-
gos hæredes habent, iis omnia relinquunt;
si locupletes sint, partem ex iis in opera pi-
& ptochotrophia cum bona hæredum grati
erogant. Miseri vero nos, & sanæ mo-
tis omnino expertes simus, si cum omni
reliquerimus, quæ nobis ex successione de-
venire possent, aut quæ industria nostra
quærere potuimus, in cœnobio quæsitum in-
mus, qui vero tam ardenter ea quæramus,
& ut habeamus, tantopere laboremus, cum
nihil proprium habeamus? nam siquidem
centuplo majora in communi haberemus,
non plus eo privatim possideamus; cum quic-
quid ex iis supersit, ad egenos, qui liter-
dant operam, alendos, & alia charitat-
opera impendatur. Assidue aures vestræ,
Domine, sunt qui pulsent, vitioque vertan-
quod nos publicis negotiis, atque adeo qu-
statum spectant, curiose immiscearnus. Hi
falso de nobis anticipata opinio non aliun-
promanat, quam quod quidam Principes
ac proceres, qui ad consolationem, & exo-
nerandam conscientiam, & ordinandas pr-
vatas devotiones opera nostra utuntur, qua-
quid postea faciunt, aut decernunt, quam-
quam ignaris nobis & inconsultis faciant,
id consilio nostro, & instigatu facere di-
cuntur, nam nihil magis ab instituto nostro
alienum, nihil tam enixe, & sub gravi-
ribus pœnis inter nos prohibitum, quam
negu-

negotiis hujusmodi nos immiſceamus. Hæc præcipue ſunt, Domine, quæ nobis imputantur, & ſi quæ ſunt alia, ad ea, cum proponentur, ſcripto aut viva voce reſpondere ſemper parati erimus, & plene ad omnia ſatisfacere; ſunt enim ejusmodi, ut aut a malevolis conficta, aut ab iis, qui inſtituti noſtri rationem ignorant, ſabrefacta appareant, id autem clarius faciemus, ſi quod verbo dicimus, per benignitatem tuam, ſolutis, quæ nos vinciunt, manicis, opere perficere liceat, tunc omnes oculis cernent, quod dicimus & promittimus: & Majeſtas tua teſtabitur, etiam ii, qui nobis adeo adverſantur, nos in verbis noſtris veraces fuiſſe. Sæc. XVII. A. C. 1603.

Quod ſi precibus ac ſupplicationibus noſtris amplum & capax adeo cor tuum capiendis locum non habeat, non minus propterea impreſſum & cælatum te noſtris in cordibus habebimus, te amabimus, & amplificationem ac proſperitatem rebus tuis optabimus, & preces aſſiduas ad Deum pro Majeſtatis tuæ ſalute, Reginæ dilectiſſimæ conjugis, & liberorum, & regni tui, quæ noſtra chariſſima patria eſt, incolumitate fundemus, cum deſiderio æterno non ad exitum perducti affectus, ſed meliora Deus, iterumque hac fiducia Majeſtatem tuam ſuppliciter oramus, radios clementiæ ſuæ in parvulum hunc ſubditorum gregem ejaculari dignetur, qui cum lacrima oculis profluente, cum deſiderio in corde ſcaturiente,

Sæc. XVII. A.C. 1603.

genibus in terram defixis, misericordiam tuam implorant. Ne memineris, Domine, rationem habeas eorum, quæ pauci ac privati minus considerate per Zelum dicto aut facto peccaverunt, si quod membrum prius tim peccavit, id totum corpus, quod mihi me probavit, luere æquitas nequaquam patitur, quod misericordiam tuam, Domine, imploramus, non alio fine facimus, quam propter Dei gloriam, & tuum servitium, in hoc unum consilia cuncta nostra & conatus collimant, in hoc vitam & Sanguinem profundere parati sumus, qui magnitudinem tuam imperii minus æquis oculis videre non multum laborant, cum nos extra patriam positos cernunt, imo potius lætantur, veriti nimirum, si restituamur, ne ad ejus amplificationem aliquid pro virili conferemus; nihil enim magis eos urit, quam res tuas aliquando florentes aspicere cogatur, supplices proinde tuam Majestatem obsecramus, hanc ad alias innumeras, quibus tibi devincti sumus, insignem adjungas obligationem, ut misericordia & qua clementia erga nos usurus es, sicuti a te solo pendet, in hujus beneficium nulli nisi soli tibi debeamus, hoc nos ad te colendum magis ac magis incitabit, & aliis, ut te pari cultu colant, & vehementi affectu prosequantur, in exemplum erit, ab exteris in Hispania, Italia, Germania, qui suos Principes & Magistratus amant, vinci nolumus, quin potius

potius eos affectu superare avemus, & quem illi suis, nos tibi patriæque affectum tanto beneficio, & naturali ac divino jure obstricti rependemus. Hoc, Domine, sanctum & acceptabile mortis & passionis Servatoris nostri tempus pro nobis loquitur. Sanguis iste, quem per grumos supra crucis altare pro peccatoribus sibi infestis effudit, te invitat, ut erga eos lenitate utaris, qui corde & affectu tibi devoti sunt. De tua Majestate non tantum meriti sumus, ut eam gratiam nostro respectu impetrari posse sperare debeamus, sed ille cujus nomine eam petimus, & qui eam citra dubium assiduis nostris precibus exoratus pro nobis petit, hoc apud te poterit, qui qua pietate es, non potes non gratum habere, quod supremæ Dei bonitati placere & gratum esse cognoveris; quem veneramur, ut te post longi ac felicis in terris exacti regni annos, æterni & nunquam desituri regni compotem efficiat.

Sæc. XVII. A. C. 1603.

§. XLII.

Benignitas Regis erga Jesuitas.

Prolixam hanc orationem Rex benignis excepit auribus, spemque de restituenda Societate Jesuitis fecit: res tamen contradicentibus plerisque, cum aliquamdiu differretur, Pater Laurentius Magius Jesuita olim in Galliis Visitatoris munere functus Regem de fide

Thuan. l. 132.

Sæc. XVII A. C. 1603.

data interpellabat, lepide subjungens quod hæc executionis mora sane mulieribus per novem Menses uterum gestantibus longior esset: ad quæ verba Rex dissimulata indignatione non inficete reposuit, quod Reges diutius parturiant, quam fœminæ: postea ad alteros, qui aderant, Jesuitas conversus fermone hæc dicebat: *Enimvero Jesuitis nequaquam male volui, & si cui male volo, id in caput meum recidat: quod mihi tem Curia mea hac in re decrevit, id non nisi maturo & consulto decrevit: de cetero bono sitis animo, negotium penes Pontificem est, quo inconsulto nihil decernere volui: cum autem Lutetiam venero, desuper amplius deliberabo.* His dictis Jesuitæ assistentes Henrico gratiis petebant, ut tres Provinciales cum totidem Sociis Regem Parisios comitarentur, quibus ipse Petrum Cotonum sufficere respondit. Enimvero Rex propensum Societati animum exhibebat, non deerant tamen ex Proceribus non pauci, iique sat potentes, qui objecto gravium periculorum metu Regem ab hoc proposito absterrere nitebantur, quos inter non infimi erant Harlæus Præses ac Sullius Dux, qui sæpius etiam Henrico insinuabant, quod Jesuitarum redintegratio Regi regnoque summopere pernicioſa foret: cui tamen Henricus reposuit: *Magis adhuc pernicio-*

Thuan. & Daniel l. c. Hist. du Parlem. c. 42.

cioſi erunt Jeſuitæ, ſi ipſos ad deſperatio- Sæc. XVII.
nem adegero, num tu de vitæ meæ ſecuri- A. C. 1603.
tate ſponſor eſſe potes, nonne tutius eſt, quod me ſemel illis committam, quam quod ſemper illos timere debeam?

§. XLIII.

Hæc cauſſa in Pariſienſi Senatu agitata.

Haud inutilis erat Patris Cotoni adventus; quippe ſua, qua valebat gratia, Regis, Eſpernonii Ducis, Villaregii, Janini & Silerii Præſidum, aliorumque Catholicorum Procerum favores ſibi conciliabat: haud parum etiam cauſſæ deciſionem maturabat Pontifex, literis ſuis ineunte Menſe Auguſto ad Regem allatis, quibus Henrico gratias agebat de rebus hucusque potenter pro Societate geſtis, ſimul obſecrans, ut operi bene cæpto poſtremam adhiberet manum, eoquod Nuntio Apoſtolico & Patribus, quos apud ſe haberet, negotii ejus arbitratu tranſigendi poteſtatem feciſſet. Igitur Rex cum iis hac de re agebat, ne vero Pariſini Senatus auctoritatem labefactare videretur, ſibi placitum fore inſinuabat, ſi Jeſuitarum reſtitutionem ipſimet Præſides a Rege peterent; haud ignotum enim erat Regi, quod Senatorum potiſſimi

Hiſt. du Duc Eſpernon a l'ann 1603. Daniel l. c. Vie du P. Cotton. l. 2. Juvenc. l. c.

Sæc. XVII. A.C. 1603.

tissimi Jesuitis faverent; Harlæum tamen Præsidem necnon Rosnii Marchionis Hugonotæ oppositionem verebatur; hic enim a Jacobo Angliæ Rege, quocum non ita pridem de mutuo fœdere agebat, impense rogabatur, ut Jesuitarum in Franciam revocationem præpediret, eoquod hi suo Generali caecam obedientiam præstare tenerentur. Nihilominus habito consilio Varennus supplicem Jesuitarum libellum porrigebat; cum autem Rosnius, ut prior ceteris mentem suam aperiret, a Cancellario & Silerio rogatus, id facere renueret, acris inter hunc & Marchionem verborum contentio oriebatur, quæ sopita Rosnius, prius explorandam esse Regis mentem declarabat. Thuanus vero Præses libellum supplicem ad Senatum esse devolvendum censuit. Altera ergo die Rosnius Regem adit, exponens, quod ob datam Angliæ Regi fidem nunquam Jesuitarum revocationi consensurus esset: jussus tamen, suæ repugnantiæ causas Regi proposuit hunc in modum, „notum est Jesuitas „domui Austriacæ esse admodum addi„ctos, & Hugonotis infensos, contra „quos Rex ab his Sociis fascinatus sti„mulatusque absdubio arma sumpturus, „fœdusque cum Anglis initum aut dis„soluturus, aut insidias ab ipsis struen-

Memoir. de Sulli. tom. 2. c. 21. 30.

„das

„das incursurus esset. Ad hæc vero „reposuit Rex, ipsimet Jesuitæ mihi „fassi sunt, quod Austriæ Ducibus ob„stricti essent, nec id mirum, eoquod „ibidem multis cumulentur beneficiis; „de cetero bellum contra Hugeno„tas gerere non cogito, Jesuitis vero „redintegratis magis vitæ meæ, regno„que cautum existimo; si enim eos tanto „dignos crimine ducis, dum me „eis perpetuo infensum experientur, „ad tam atrox scelus proniores erunt, „quam si illos in gratiam recepero.„ His auditis cessit Marchio, quem altera die Pater Cotonus jussu Regis visum ibat, ab eo honorifice exceptus.

Sæc. XVII. A. C. 1603.

§. XLIV.

Edictum Regium de revocanda Societate.

Hoc igitur Adversario Jesuitis conciliato Rex ad lustrandam Normaniam Rotomagum Mense Septembri profectus, edictum de redintegranda Societate ibidem promulgari jussit, his conceptum verbis.

Juvenc. Hist. Soc. l. 12. part. 5. Daniel. l. c.

Notum facimus nos, precibus summi Pontificis de restituenda in hoc nostrum regnum Societate Jesu, obtemperare cupientes, aliisque gravibus & idoneis causis impulsos, concessisse & concedere per has li-

Sæc. XVII. A. C. 1603.

teras, noſtra manu obſignatas, peculiari noſtro beneficio, pro Regia poteſtate & auctoritate, omnibus ejusdem Societatis Jeſu hominibus facultatem manendi, reſidendique in iis locis, ac domibus, quas in hoc noſtro regno nunc obtinent, nimirum in Urbibus Toloſona, Auſcitana, Aginnenſi, Ruthenenſi, Burdigalenſi, Petrochorenſi, Lemovicenſi, Turnonenſi, Anicienſi, Albenſi, cenſi, & Biterrenſi, præterea, in gratiam ejusdem ſummi Pontificis, pro ſingulari noſtro in eum ſtudio, iisdem conceſſimus, ut petant incolantque noſtras urbes Lugdunum ac Divionem: & præſertim habendam ipſis tradimus domum noſtram Flexienſem, in agro Andegavenſi, ut iis in locis Collegia ſua & domicilia inſtituant, iis tamen, quæ ſequuntur, conditionibus adhibitis. I. Ut ne ipſis liceat Collegium ullum aut domicilium collocare in urbe qualibet noſtri regni aut ullo ditionis noſtræ loco absque noſtra peculiari facultate: utque, ſi ſecus factum irritum ac nullum ſit, quodcunque beneficium per iſtas literas ipſis conceſſimus. II. Ut quicunque ex eadem Societate Jeſu, noſtro in regno verſabuntur, nec non eorum Rectores, ac præſides, indigenæ ſint Galli, neque ullis alienigenis in eorum Collegiis, ac domibus locus eſſe, niſi annuentibus nobis, poſſit. Quod ſi exteri nunc ibi morentur, ſe poſt tertium ab his literis promulgatis menſem in patriam recipiant, in eo tamen alienigenarum

genarum numero minime comprehendi declaramus oriundos ex urbe vel comitatu Avenionenſi. III. *Ut ex eadem Societate unus aliquis adſit in aula noſtra, e Gallia oriundus, idemque ſpectatæ inter ſuos auctoritatis, & fidei, quo utamur Concionatore, & pro ſuis Sodalibus, ſi res ferat, ſponſore ac vade.* IV. *Ut omnes in Societatem cooptati, qui jam in regno noſtro degunt, aut in eam deinceps cooptabuntur, jurent apud Regios locorum, ubi verſabuntur præfectos, in hæc verba: ſe nihil facturos aggreſſurosve, quod obſequio noſtro, paci publicæ ac tranquillitati regni obeſſe poſſit, nulla re penitus excepta, quod quidem jusjurandum rite dictum, ac legitima auctoritate perſcriptum, iidem noſtri Magiſtratus deferendum curabunt ad regni Cancellarium: ac ſi quis eorum, qui modo Galliam incolunt, vel in eam poſtea devenient, dicere ſacramentum ejusmodi recuſaverit, huic in regno noſtro conſiſtere nefas eſto.* V. *Nulli ex eadem Societate, ſeu vota ſimplicia tantum, ſive alia ediderit, fas ſit res ullas non moventes acquirere in regno noſtro, emptione, donatione, aut alio quocunque modo, absque noſtro permiſſu, item nemini ejusdem Societatis adire liceat ullam hæreditatem, ſive in directo ſive in transverſo gradu, quemadmodum ceteris religioſis viris vetitum eſt, quod ſi poſtea nihilominus dimittantur ab eadem Societate, illis fas erit in ſuorum bonorum poſſeſ-*

Sæc. XVII. A. C. 1603.

Sæc. XVII. A. C. 1603.

possessionem reponi. VI. *Nefas sit Societati ulla bona non moventia accipere ab iis, quos sibi postmodum aggregabit: sed ea perveniant ad ipsorum hæredes, aut eos, quibus impertienda tirones judicaverint ante suum in Societatem ingressum.* VII. *Iidem Societatis Jesu Religiosi legibus regni nostri in omnibus & ubique tenebuntur; & jurisdictioni Magistratuum eatenus erunt obnoxii, quatenus eidem ceteri Ecclesiastici & Religiosi sunt subjecti.* VIII. *Non licebit iisdem quidpiam rei sacræ vel profanæ efficere, aut moliri, quod adversetur juri præsulum, capitulorum, parochorum, Universitatum, aliorumque Ordinum religiosorum nostri regni, verum jure communi stabunt.* IX. *Nec ipsis fas erit concionari, administrare Sacramenta, etiam confessionis, aliis præterquam suis, nisi annuentibus Episcopis, quorum in Diœcesi sunt tres supremi Senatus, Tolosanus, Burdigalensis, & Divionensis, a quo tribus plici Senatu jura petunt urbes, in quas hujus edicti beneficio restituuntur. Neque tamen hæc Societati facultas ab Episcopis debitur ibi, ubi jus dicit Senatus Parisiensis, præterquam in urbibus Lugduno, & Flexia, in quibus residere, ac sua obire munia poterunt, ut in aliis locis, in quæ sunt restituti.* X. *Ut vero in Collegiis, ad quæ revocantur, & minoribus domiciliis, quas residentias vocant, ipsis suppetat, unde alantur, permittimus ac permittimus, ut annuis redditibus*

ad

Sæc. XVII. A. C. 1603.

ad fundandas domos attributis frui possint, ac si qui forte essent in eorum bonorum possessionem vel custodiam ingressi, redhibere ipsis omnia de integro, ac reponere compellantur. Itaque mandamus dilectis ac fidelibus Consiliariis nostris, & Magistratibus nostri Senatus Parisini, ut edictum hoc in tabulas publicas referant; ratum haberi, legi, & promulgari jubeant, dentque operam, ut sublatis omnibus impedimentis, beneficio nostro plene ac pacate Societas Jesu perfruatur, sic enim nobis placitum. Ut porro sua istis literis auctoritas & vis in perpetuum constet, his apponi Sigillum nostrum jussimus, salvo in aliis jure nostro, & alieno in omnibus. Datum Rotomagi; mense Septembri, anno Salutis millesimo sexcentesimo tertio regni nostri quintodecimo.

HENRICUS.

§. XLV.

Difficultates contra hoc edictum motæ.

Gaudebant equidem Jesuitarum fautores de revocata demum Societate, displicuit tamen Claudio Aquavivæ supremo Societatis Moderatori, quod Jesuitæ jurisjurandi Regibus præstandi lege obstringerentur, & insuper æque ac aliæ Religiosorum familiæ juri communi stare juberentur: magis adhuc

Sæc. XVII. A. C. 1603.

huc eundem offendebat, quod hi audiendarum Confessionum, habendarumque Concionum facultatem ab Episcopis postulare tenerentur. Attamen Seniores suadebant Jesuitis, ut ob gravioris mali metum Regi morem gerere fidemque suam eidem etiam jurejurando Religione obstringere non detrectarent, ne tota Societas e Galliis radicitus evelleretur. Ceteras vero conditiones edicto oppositas omnino acceptandas esse ajebant, eoquod easdem summus Pontifex omnino non improbasset, cum hæ eidem Regis nomine oblatæ fuissent. Nihilominus aderant adhuc non pauci, qui hoc Regis edictum iniquo ferebant animo, ac præcipue Parisinæ Curiæ Primates eidem vehementer obluctabantur; cum autem moris sit apud Gallos, ut edicta Regia a Senatu Parisiensi rata habeantur, hinc Rex Harlæum illius Præsidem die vigesima octava Octobris Fontem Bellaqueum accersiri jussit, eum de comprobando hoc edicto admonens. Hic vero Regi reposuit: *non possumus quidem, quicquid statuas, non æqui bonique consulere: nihilominus obtestamur, ut considerare non pigeat.* . . . . Parantem plura dicere interpellabat Rex, dicens: *video, quod vos moretur incolumitatis meæ cura, dein vestra in Parisinam Universitatem benevolentia, quod nostri gratia*

Juvenc. l. c. Hist. univers. P. Calmet lib. 151.

ratis curam, gratum est, at Regicida non fuit e Societate: Universitatis demum splendorem non obscurabunt hi Patres: consultius autem judicavi habere illos obsequentes, & amicos, quam infensos: Enimvero Præses Regi obloqui haud amplius audebat, minime tamen adduci poterat, ut edictum Rotomagense ad acta referri permitteret, donec Henrici qua minis, qua promissis expugnatus sibi saltem ea, quæ in Regis salutem, Regnique bonum esse viderentur, libere effari permitteretur. Sæc. XVII. A. C. 1603.

§. XLVI.

Harlæi Præsidis oratio ad Regem contra Jesuitas.

Data igitur venia Harlæus Præses die vigesima quarta Decembris Luparæ in publico Patrum consessu tanto rationum pondere, tantaque vocis contentione, oris Majestate, atque innato dicendi lepore ac eloquentia per semihoram perorabat, ut quique Jesuitis etiam addictissimi haud immerito timerent, Regem a suo proposito discessurum. Itaque Harlæus præsentibus Rege ac Regina hunc in modum exorsus est: *Presbyteri & Scholastici Claromontanæ Scholæ, qui nomen Jesuitarum sibi sumebant, cum primum in Regnum irrepserunt, a toto*

Thuan. l. 132. Hist. de Dupleix Memoir d'Etat t. 4. pag. 400. Mathieu Paris lib. 3.

Sæc. XVII. A. C. 1603. *a toto ſacro ordine oppugnati ſunt, eaque re inſigne extat Sorbonici Collegii decretum, quo ſancitum eſt, hanc Societatem in deſtructionem, non in ædificationem eſſe inſtitutam, dein in Conventu Sacri Ordinis menſe Septembri anni milleſimi quingenteſimi ſexageſimi primi celebrato, in quo plerique Archiepiſcopi & Epiſcopi erant, & Cardinalis Turnonius, qui multum Societati illi tribuebat, præſidis loco ſedens approbata fuit, verum tot adhibitis clauſulis & exceptionibus, ut ſi ad eas ſervandas adactæ fuiſſent, proculdubio eſt, quin jam tum potius de migrando, quam de mora apud nos facienda fuerint cogitaturi, tantum ad tempus ii tunc admiſſi, & Senatus conſultum anni milleſimi ſexcenteſimi quarti interdictum illis fuit, ne Jeſuitarum aut Societatis JESU titulos aſſumerent, neque tamen propterea ab eo tempore ſic indigitari deſierunt & illicitum nomen ſibi tribuere, atque ab omni poteſtate Eccleſiaſtica ſe tanquam communes eximere, ſi nunc ſine conditione reſtituantur, plus illis quam antea unquam tribuitur & decreti tam prudenter facti auctoritas enervatur, jam tum cenſentibus Patribus, laxanti ſe novorum hominum licentiæ & latius indies magno cum publicæ tranquillitatis periculo ſe effundenti, maturum frenum injiciendum eſſe. Tunc etiam a Triumviris regiis, qui minime eorum cauſæ favebant, memorabile augurium factum*

cum

Sæc. XVII. A. C. 1603.

cum dicerent perniciosis initiis obviam eundum esse, pejora quam quæ viderent, jam tum secum trahentibus. Sicuti nomen & votum universale habent, ita & doctrinæ capita secum consentientia omnes habent, ut præter Pontificem nullum Superiorem agnoscant, eique fidem & omnimodam obedientiam præstent, idque fixum & ratum credant, Pontificem potestatem habere Reges extra Ecclesiæ communionem ponendi, Regem autem excommunicatum tyrannum esse & subditos contra eum impune insurgere, ipsorum unumquemque, qui vel minoribus Ecclesiæ ordinibus sit initiatus, quodcunque crimen admiserit, in læsæ Majestatis crimen non posse incurrere; quippe qui minime sunt amplius Regis subditi, nec jurisdictioni ejus subjecti, ita Ecclesiastici per illorum doctrinam a seculari potestate eximuntur, & manus cruentas licebit impune sacrosanctis Regibus afferre. Hoc illi & libris editis asserunt, & eorum, qui contra sentiunt, rectam sententiam damnant; duos in Hispania juris Doctores, quod Clericos regiæ potestati subjectos esse scripsissent, unus ex illo Sodalitio primi nominis, contrario scripto, refutaverat his maxime rationibus, quod quemadmodum veteris testamenti lege Levitæ ab omni sæculari potestate immunes erant, ita Clerici novi testamenti item lege eadem potestate solvantur, neque juris quidquam Principibus adversus eos competat; hæ falsæ & erroneæ opiniones a Regibus admitti non possunt, proinde

Sæc. XVII. A. C. 1603. *oportet, ut qui eas tuentur, publice in Schol... suis illas ipsas ante omnia ejurent, ni facia... ferri nequaquam debeant; quippe qui doctr... nam ad evertenda Regiæ potestatis & auctor... tatis fundamenta excogitatam tuentur. ... faciant, haud paullo plus eis fidendum; etsi... Romæ & in Hispania, ubi hæc nova opini... num monstra vigent, aliter sentiunt, aliter ... Francia loquuntur, & ut in hanc aut illa... ditionem demigrant, has opiniones sumun... aut deponunt: si dicant id secreta dispen... tione sibi licere, ecquam in eorum doctri... certitudo reponi possit, quæ mutatione loco... mutat, & pro temporis ratione aut bona, a... sequior censetur? hanc illi in commune doctr... nam amplectuntur & fovent, & paulatim ... gliscit, ut verendum sit, ne alios ordines ... huc ab illo fermento intactos tractu tempo... inficiat: ab initio nullos infestiores adver... rios, quam Scholæ Sorbonicæ Theologos ... buerunt, nunc plerique eorum iis favent, ... videlicet, qui in illorum Scholis prima insti... tionis suæ stipendia fecerunt. Alii literis op... ram sub iis dantes idem olim primariis dig... tatibus functuri, qui si idem in doctrina ... tiant, paulatim se ab obedientia Regi debi... subtrahent, jura Regia parvi facient, & E... clesiæ Gallicanæ libertates obsolescere sine... nullum denique læsæ Majestatis crimen repu... tabunt, quod ab Ecclesiastico sit admissum, ... hanc nos sæculi infelicitatem incidimus, ... detestandæ illius doctrinæ funesta spectac...*

his oculis viderimus, ad Barrerii infandum nomen contremiscimus, qui a Societate auctoratus, a P. Varada instructus, in hoc a sacerdote absolutionem, & pretiosum Eucharisticæ Sacramentum accepit, in hoc fidem obstrinxit, ut cruentas Regi manus afferret, cum ausis excidisset, exemplo suo pestifero serpente præivit ad parricidium, quod paullum abfuit, perpetrandum, dum Guignardus ex illo Sodalitio libros ea de re propria manu scripsit, & parricidium Henrici III. tanquam juste patratum laudavit & damnatam in Constantiensi Concilio super ea opinionem propugnavit. Quid non nobis metuendum erit, in memoriam hæc impia & perfidiæ detestandæ facinora revocantibus, & animo reputantibus, tam facile eorum exempla renovari posse? si nos trepidis in rebus vitam exigere oportet, si de periculo Regis assidua angi sollicitudine oportet, quam in vita Regis quietem reperturi? nonne hæc esset vera impietas, eminus periculum videre, & in illud comminus incurrere? quis vero tam profundo miseriarum gurgite mergi dignus fingi posset, qui patriæ velit superesse, quæ tantum ab exitiali fine abest, uti sæpius prædictum fuit, quantum Regis vita a suo? bene sit, & Deus laudetur, quod in amicitiam tam bene Rex & Pontifex coeant, diu Rex sceptrum suum, Pontifex Sanctam Sedem teneat, sed si Deus ejus dies contraxerit, si alius non ita bene erga Regem affectus ei successerit, quot putandum, juratos hostes habituram

Sæc. XVII. A. C. 1603.

Sæc. XVII. A.C. 1603.

bituram in viſceribus Franciam, qui ut ſingu-
los Franciæ & Navarræ olim Reges, ſic nunc
eundem utriusque regni legitimum hæredem
ſed in parte ſpoliatum, denuo omnes boni ci
prædam expoſiti, ridebunt, & periculum ejus
ſumma ingratitudine negligent, an oblivioni
tradunt beatæ memoriæ Regis ultimi parricí-
dium? contra quem gens ingrata popula-
ad ſeditionem concitavit, nec omnino cædis ſo-
lius innocens credita eſt? at ſicuti ceteris reli-
gioſorum ordinibus, qui per hos tumultus in-
temperanter inſanierant, ſic Societati in qua
delicto ignoſci oportuit, hoc illi paſſim dicunt.
ſed reſponderi poſſet, illos non univerſos pec-
caſſe, & multos ex iis ipſis in obſequio Regi
conſtanter perſeveraſſe, at ipſos conjunctim
& concorditer in regium nomen cum antiqui
regni hoſtibus conjuraſſe, neminemque unum
in tota Societate repertum, qui regias partes
ſit ſecutus.

Ob id Odonem Pichenatum ex ill
Sodalitio ſexdecimani pro factionis hu-
ce aſſumpſerunt, hominem ſolemnia inſa-
nientem; qui in eodem furore, quo vixe-
rat, tandem exſpiravit, & ſi ad externa
fas ſit reſpicere, lamentabile in regno Lu-
ſitaniæ exemplum occurrit, quod Rex Hi-
ſpaniæ non tam ſuis armis, quam illorum
factione nuper ſub jugum miſit, in eo ſe-
quidem totus ſacer ordo charitatem erga
Patriam, fidem Regibus ſuis ſervavit, ſolí
hi novitii Theologi deſerta regni cauſſa

Caſtel-

Sæc. XVII. A. C. 1603.

Caſtellenſibus adhæſere, & tot Sacerdotum ac devotorum cædibus cauſſam dederunt; nam bis mille varia peſte ſub Hiſpanis perierunt, & ſingulari indulgentia tot cædium perpetratarum facta a Pontifice gratia. Nonne ex illa officina Caſtellus prodiit, qui parricidium ad conatum & os usque Regis perduxit, cujus occaſione editum eſt Senatus conſultum contra Societatem proprio Regis ore damnatam. Senatus conſultum, inquam, illud ad omnem æternitatem deprædicandum, ejus ſiquidem auctoritate Regis vita in tuto collocata, & per eam regni ſalus ſancita fuit, eo factum, ut tanti periculi ſenſu attoniti Patres non ſervato juris ordine, neque partibus auditis, ut in ſeditione & publica graſſatione, Societatem toto regno tam ſalutari illo Senatus conſulto exulare juſſerint, quod gravi & juſta de cauſſa factum, nonniſi mature & perpenſis momentis revocari debet, non odio non livore, non malevolentia privata cæcos Patres hoc decreviſſe conſtat, Deum ultorem proculdubio habituros, ſi iis affectibus, a quibus vacui judices eſſe debent, præoccupati decreviſſent, quamquam in tali occaſione condonanda erant omnia, quæ ad Regis ſalutem pertinere videbantur, itaque Senatus conſultum tam ſalutare non ſolum, qua Senatus Pariſienſis patet jurisdictio, ſed in

Sæc. XVII. A. C. 1603. *Neuſtria & Burgundia, quæ diſtinctas habent curias, executioni demandatum, in reliquis curiis ſine contradictione locum habuiſſet, niſi obſtitiſſent ii, qui nondum bene in Regis obſequio confirmati erant & ægre ab inveterato contra regium nomen odio diſceſſerant. Vulgo querebantur exules Jeſuitæ, & paſſim ſcriptis jactabant non æquum eſſe, ut paucorum culpa universam Societatem porrigatur. At Humiliati etiam veteris in Inſubribus originis collegæ, & qui ampliſſimas in iis poſſeſſiones habebant, recenti hominum memoria ante triginta annos a Pio V exterminati fuere, eoquod unus duntaxat ex iis non communicato conſilio parricidium contra Carolum Cardinalem Borromæum Mediolanenſem Archiepiſcopum tentaſſet, & unius crimen totum Collegium luere debuit, quamquam Rex Hiſpaniæ per oratores ſuos omnia feciſſet, ut Pontificem, Borromæum ab eo conſilio dimoveret, neque tius Senatus hac in cauſſa ſe geſſit; ſi vero Jeſuitæ dicunt, nequaquam Humiliatos ſibi cum comparandos eſſe, facile reſpondebitur nam quantum Humiliati ab iis abſunt, tantum Borromæus Cardinalis a maximo Regum abfuit, Rexque tantus ſupra quoscumque eminet Cardinales, quanto illi inter minores collegia ſe putant excellere: præterea minus Humiliati quam ipſi peccaverunt; quippe unius culpa ceteros in crimen traxit, cum econtra*

Sæc. XVII. A.C. 1603.

contra Jesuitæ perniciosæ doctrinæ auctores universi peccaverint, quapropter amplissimus ordo, quam demissa & prono affectu potest, suam Majestatem obsecrat, & obtestatur, ut Senatus consultum juste factum, & ad arcendos proditorum ac perduellium conatus necessarium, quod tantopere gratum pro tempore habuit, eundem Senatum nunc etiam tueatur, & in memoriam revocet periculum, in quo tunc & ipsi & universi regni ordines versati sunt, cum communis parentis vita periclitabatur, vita, quæ cunctis propria carior esse debet. Enimvero hi propudiosæ perfidiæ, & ingratitudinis crimen minime vitaturi sunt olim, si, cui vitam, fortunas, securitatem publicam debent, de ejus vita solliciti non anxie & assidue laborant.

In præterita intuentibus seria de futurorum exitu cogitandi necessitas imponitur (ne bis ad eosdem scopulos naufragium facere cogamur) ut ad has obtestationes pariter accedat Academiæ Parisiensis humilis deprecatio, quæ privilegiis & præcipuis ornamentis a Regibus decessoribus cumulata tantum inter exteras gentes nomen olim meruerat, nunc per istos novitios Doctores pene ad solitudinem redacta est, ut ubi tantam hominum undique tanquam ad celeberrimum literarum emporium concurrentium frequentiam videre erat, nunc rudera, ruinæ, ac sola mapalia ex pristina celebritate restant,

Sæc. XVII. A. C. 1603.

horrorem in præsens, metum luctuosæ de[s]-lationis in posterum ob oculos ponentia[s] per istos, inquam, novitios Doctores, qu[i] ceteros præ se despicientes separatas ab alio[r]-rationes habere volunt, & sparsis huc illu[c] scholis, quasi rivulis per incilia aversis u[n]-stum & æquabile illud literarum flumen, quod quartam urbis partem alluebat, [in] sicco destituunt.

Non inficiamur Academiam suis viti[is] laborare, quæ bellorum licentia in eam [re]-repserunt, sed censura ad ea corrigenda non ruina opus est, quæ proculdubio [se]-quetur, si novas subinde scholas ubique er[i]-gere iis liceat; nam ex eo futurum, ut [qu]-pueros ad frequentem illum mercatum mit-tebant, nunc foro in proximo contenti dem-ceps illos penes se habere malint, & fruc[tu] uberioris doctrinæ privent. Nec minore [su]-Majestas fructu privatur, dum nobilium [&] locupletum pueri, qui cum Lutetiam ven[i]-bant, conspectu regio gaudentes a primis an-nis obedientiæ ac venerationi insuescebant, nunc procul positi, non solum Regem tot[um] plerumque vita non vident, sed prava Do-ctrina imbuti legibus regni, & Regibus ipsis parere dediscunt. His de caussis am-plissimus ordo sui officii duxit, ut promul-gationi intercederet, ne illi olim vitio ver-tatur, si in tam gravi caussa se nimis faci-lem præbuisset, aut prorsus obmutuisset, oratum interim Regem vult, ut in bonam

partem

Sæc. XVII. A. C. 1603.

partem accipiat, si quando pro muneris necessitate, cum in deliberationibus salva conscientia aliter se facere non posse putant, regiis jussionibus intercedant, sic enim existimant ipsi, Regem nihil nisi quod justum & rectum est velle.

Hic honor a decessoribus suis semper, supremis regni curiis exhibitus fuit, ut eas benigne in intercessionibus suis audirent, & si quid sequius decrevissent, ab iis seu rogati seu moniti edicta revocarent, aut in melius mutarent, boni & prudentes Reges, quamquam legibus sint soluti, sic tamen potestatem supremam temperare maluerunt, dum legibus suam auctoritatem servant, ut subditos exemplo potius ad obsequium adducere, quam legibus vim inferendo eos ad parendum cogere viderentur. Hoc a sua Majestate expetunt Curiæ Regni, & de benignitate ipsius sibi pollicentur, ut concessam iis auctoritatem salvam esse velit, quæ nequaquam Curiarum, sed ipsius Regis propria est, ut quæ a Rege dependeat, & quæ si amitti eam ullo casu contingat, non ipsorum, quibus credita est, sed Regis ipsius periculo ac damno pereat.

§. XLVII.

Regis responsum ad hanc Præsidis orationem.

Sæc. XVII. A. C. 1603.

Finita hac oratione Henricus, cunctis a Præside allata confutare aggredi-tur, hunc in modum perorans: „Lec-„tor de cura, quam pro me, & regno „meo gerit Senatus: perspecta mihi sunt „omnia, quæ tam operose allata mo-„fuerunt, & a multis annis expensa „suisque momentis librata; sed alia e-„fori, alia regni administrandi, quae „vos nescitis, ratio; ambitionem obje-„ctatis hominibus Societatis, quos ad-„non aucupari dignitates constat, u-„sibi earum aditum peculiari voto præ-„cludant; nam si suspicionem arrogan-„tiæ nomen Jesu ipsis ab Ecclesia con-„cessum præbet, quid aliis quibusdam „Religiosis Ordinibus fiet, qui nomen „Sanctissimæ Trinitatis usurparunt „damnatos & rejectos a Sorbona dic-„tis, at quos Sorbona vetus æmulatio-„ne quadam aut ignoratione illorum „instituti rejecit, non rejecit nova, im-„illorum eruditioni meritam laudem „tribuit; eorum vero docendi agendi-„que rationem tamdiu credo, Uni-„versitas Parisina non probabit, quam-„diu Scholas illorum florere, ac fre-„quentari cernet, porro nullius æqui „interest eos revocari, ac Lutetiæ, „secum enim revehent numerosam pu-„bem, quæ ipsos licet vetantibus edi-„ctis vestris, ultra Galliæ fines sectan-„non

Thuan. l. 132. Hist. dupleix Mem. d'Etat. tom. 4. pag. 400. Math. Paris l. 3. Hist. Societ.

Sæc. XVII. A.C. 1603.

„non ceſſat: toleratos duntaxat hacte-
„nus in Gallia fuiſſe narratis: faxo
„jam, ut auctoritate publica, edictis
„meis, veſtrisque decretis, jure civi-
„tatis, regni, & Univerſitatis donen-
„tur: idque mihi ac temporibus meis
„ſingulari Superum beneficio reſervatum
„lætor. At enim ſeditioſum genus ho-
„minum eſt, ac Regibus ſuis infeſtum;
„fœderatorum enim partes contra meam
„rem amplexi ſunt, fuit hæc injuria
„temporum, & calamitas: errore lapſi
„ſunt, ut multi; & levius quam multi:
„conſcientia & religione ducebantur,
„ſed confido fore, idque meis benefi-
„ciis perficiam, ut ipſos mihi deinceps,
„partibusque meis habeam addictiſſi-
„mos, neque vero ullius voti vinculis,
„ut jactant, qui eorum ignorant leges,
„adſtringuntur Hiſpano Regi; nec ſum-
„mi Pontificis in verba ſic jurant, ut
„debitam ſuis Principibus ejurent fidem:
„plurimum illis utuntur Hiſpani: ſit
„ita ſane, plurimum illis nos quoque
„utamur, habet Hiſpania quod eos al-
„liciat: cur Gallia non habebit? refri-
„catis tetra Barrerii, & Caſtelli facino-
„ra, placet veſtra mihi pietas ac ſoli-
„citudo: Barrerium tamen nullus Sa-
„cerdos Societatis confitentem de pec-
„catis audierat: unus ex eadem Socie-
„tate nos de hominis ſcelerato conſilio
„admo-

Sæc. XVII. A. C. 1603. „admonuit: alter illum ſempiterni ſup-
„plicii denuntiatione conatus eſt a pa-
„ricidio deterrere, a Caſtello nihil fui-
„ſe illis objectum ipſimet luculenti te-
„ſtes eſtis; ſi quid enim compertum fui-
„ſet ejusmodi, nequaquam illud in de-
„creto veſtro tacuiſſetis, neque per vos
„inultum abiiſſet, quod ſi tamen ille
„quem afficiendum ſupplicio putaviſtis
„aliquid in meum cogitavit caput; a-
„æquum eſt omnes unius culpa reos
„eſſe? an eorum, qui mea quandoque
„ſunt ſecuti ſigna, furtis, latrociniis,
„flagitiis, teneor obſtrictus? ego ve-
„& illi, & ceteris, qui quid in me pec-
„carunt, ignoſco libens; atque ita mihi
„Deum eſſe propitium precor, ut om-
„nibus placatus ex animo ſum, nolim
„hæc vulnera, quæ jam coierunt, in-
„grata recordatione acerbare, publi-
„casque pariter ac privatas injurias
„mecum oblivione voluntaria conterite
„aut, ſi quorumdam ex hac Societate
„reprehendere maleficia libet, aliorum
„beneficia, non gallorum duntaxat,
„ſed etiam Hiſpanorum, ne omittite,
„quos meæ cum Eccleſia reconciliatio-
„nis cauſſam omni ſtudio promoviſſe
„non ignoratis.

Hac oratione perterritus Præſes Re-
gis voluntati cedendum eſſe, Senatui
propoſuit, priusquam tamen edictum
ad acta

Sæc. XVII. A. C. 1603.

ad acta referretur, additæ fuere variæ limitationes, quas Senatores Regi exhibebant: Henrico autem edictum absque ulla restrictione ab iis ratum haberi postulante, severioresque minas intentante illud die secunda Januarii anno sequenti ad acta relatum est. Haud dissimulandum videtur, quod præfata Regis oratio mere supposititia esse a plurimis Authoribus censeatur: observatum enim erat, quod illa studiose, ut publici juris fieret, inserta fuerit compilationi, quæ sub ficto titulo *Commentariorum Villaregii Volum IV.* sine Authoris ac typi nomine furtive impressa comparuit, insuper Jacobus Augustus Thuanus, qui Senatui, & Harlæi Præsidis orationi ipsus interfuerat, hoc Regis responsum esse fictitium ostendit, declarans, quod illud prius Italo sermone conceptum postea nonnisi integro anno post Harlæi orationem comparuerit, nec illius fabricatores hunc Regis sermonem alibi, quam Villaregii evulgare ausi fuerint: Denique hunc fœtum a semetipso destrui, patet, quod illius Author ex Regis ore talia profluxisse fingit, quæ ipsius dignitati, genioque, necnon honori erga suum Senatum adversantur, rectaque opponuntur epistolis illis, quæ idem Rex ad suos Legatos perscripserat: inveniuntur autem

Sæc. XVII. A.C. 1603.

tem hæ literæ in quodam libello gallico, cui titulus: *Historia Cardinalis ... Ducis Jojosæ unacum pluribus monumentis epistolis, mandatis, legationibus, & relationibus nondum editis. Authore D. Aberio Senatus ac Regii Consilii Advocato anno 1654. cum Privilegio.*

§. XLVIII.

Jesuitæ ab æmulis tam in Francia quam Romæ vexati.

Serran. hist. Reg. Gall. pag. 829. Memoir. de Sulli. tom. 2. cap. 30. P. Daniel hist. de France.

Enimvero Jesuitæ in Franciam nunquam fuissent revocati, nisi Rex plena atque absoluta auctoritate id præcepisset; intime enim ferme omnium animis adhuc impressa hærebat nuperi Regicidii, quantumvis ipsis falsissime imputati memoria, quæ per ingentem Pyramidem Parisiis erectam indies refricata adhuc magis impressa hærebat, eo ex capite, quod ipsemet Rex sæpius coram Principibus ac Senatus sui Primoribus declarasset, quod Jesuitas duntaxat ideo revocarit, quia a plurimis ei suggestum fuisset, suam vitam, solium, auctoritatemque nunquam firmo substituram pede, quamdiu illos sibi infensos haberet: Hæc ipsa autem ratio tantam in Jesuitas concitabat invidiam, ut si Rex sententias illorum, qui Societatis restitutionem dissuaderent,

Sæc. XVII. A. C. 1603.

suaderent, numerasset, hi, qui eam suadebant, numero atque auctoritate illis longe inferiores fuissent; quippe tum non modo Curia Parisiensis sed etiam Universitas Sorbona ac plurimi Franciæ Episcopi, atque urbes sese vehementer ipsis opponebant; iniquo prorsus ferentes animo, quod Jesuitæ, cum vix aliquot diebus in aula versarentur, jamjam Regis animum auresque adeo occupassent, ut vix aliquod negotium in Senatu agitaretur, de quo ipsi non consulerentur. Cum vero Togatos ex hac Societate Viros cernere, Aulicis, Regiisque famulis, & Cursoribus valde insolens esset, abstinere haud poterant, quin illos ac præcipue Patrem Cotonum quodam die in Luparam euntem verbis contumeliosis insectarentur, nec inulte tamen, quippe illi Jesuitis apud Regem querentibus, ejusdem jussu verberibus castigati fuere: Inde vero factum, ut haud multo post, cum idem Pater Cotonus curru in Luparam veheretur, quidam ex hisce pedissequis gladium in dexterum ejus humerum adigeret, ictu versus collum inflexo: Diligenter quidem, sed frustra, in eum inquisitum: Cotonus vero per aliquot septimanas decubuit absque ullo tamen vitæ periculo: Rex inde occasionem sumpsit, Societatem ampliori adhuc favore & benevo-

Sæc. XVII. A. C. 1683.

nevolentia complectendi. Sub iden
quoque tempus Romæ agebatur de
mendando eorum Instituto, vitiisq
coercendis, de quibus coram summ
Pontifice insimulabantur, uti dolent
Claudius Aquaviva Societatis Gener
lis in suis Roma ad Ferdinandum
berum Germaniæ Provincialem liter
insinuabat his verbis. *Dicitur quid
nunquam cogitatum fuisse de muta
Instituti, sed de coercendis vitiis, qua
repserunt, quod ita esse, atque ita Se
ptum fuisse vehementer gaudemus, qua
vis difficile videamus, quomodo non per
neat ad Institutum, aut quomodo per
neat ad particulares agere de varie
graduum, de distribuendo patrimonio
pauperes, de obedientia cæca, de reddi
ratione conscientiæ, de ipso nomine S
cietatis, & de aliis multis ejusmodi. D
inde dicitur nostros se immiscere in negot
tia, & Aulas Principum, in qua quidem
parte nos vigilamus, & semper vigilav
mus, & certe affirmare possumus, non v
dere nos hac in re excessum. Nam qu
ad Patrem Possevinum attinet, de quo
lias aliqui fuere sermones, is jam a mul
to tempore quiescit, & solis Societat
nostræ ministeriis occupatur, & hac ipsi
Quadragesima quotidianas conciones in qua
dam civitate habuit. Quod vero Rex Po
loniæ Confessarium ex nostris habeat, non
gu*

puto ad Aulicismum pertinere, quia ſicut aliorum animas in foro conſcientiæ juvamus, ita nec reprehendi poteſt, quod ipſum juvemus, præſertim qui a pueritia erat a nobis in fide & Religione educatus &c.

Sæc. XVII. A. C. 1603.

§. XLIX.

Concilium Brixinenſe.

Sub idem tempus Chriſtophorus Andreas ex Illuſtri familia Baronum de Spaur Brixinenſis Epiſcopus, cum Synodum Diæceſanam celebrare intenderet, Clementi VIII. ſummo Pontifici ſuum manifeſtabat conſilium, quo laudato idem Papa literis ad eum die vigeſima ſecunda Maji datis hortabatur, ut unaomnes ea, quæ ad Catholicæ fidei augmentum, Divini cultus decorem, Cleri populique utilitatem conducere judicaverint, ad Sacri Concilii Tridentini normam ſtabilire niterentur. Perlecta igitur hac Pontificis epiſtola die vigeſima tertia Septembris Epiſcopus Synodo ſuæ initium fecit, ac ſaluberrima condidit ſtatuta, quorum tituli ſunt I. de fide Catholica II. De Sacramentis Eccleſiæ tam in genere, quam in ſpecie III. De Miniſtris Eccleſiæ eorumque Officiis. IV. De Sacerdotibus, Parochis & Curatis. V. De Prædicatione Verbi Divini VI. De Cate-

Hartzh. Concil. Germ. t. 8. Acta Synodi Brix.

Sæc. XVII. A. C. 1603.

Catechismo. VII. De Decanis rura
bus, Camerariis, & Archidiacon
VIII. De Eccleſiis, aliisque piis loc
IX. De bonis & juribus Eccleſiæ.
De Monaſteriis & Cleri diſciplina.
De Monialibus. XII. De Hoſpitalib
XIII. De Feſtis Eccleſiæ & de Jejun
XIV. De Jure Patronatus, Vicariis
incorporatis Eccleſiis necnon de Imm
nitate Eccleſiæ. XV. De Confeſſar
XVI. De Gubernatione Diæceſis, C
pitulis Ruralibus, & de Teſtamen
Clericorum. XVII. De libris Cleri
rum. XVIII. De Uſuris aliisque co
tractibus illicitis, licitisque ac deni
de Conſtitutionibus Synodalibus. H
decreta Epiſcopus unacum epiſtola e
cyclica ad Religioſos & Clerum diæ
ſanum die quinta Octobris transm
curabat. Abſoluta eſt hæc Synod
die vigeſima ſexta Septembris, int
cujus ſtatuta ſpeciali mentione digna
eſt, quod Synodus diebus præcip
Sabbatinis cibos vetitos etiam pro p
regrinis coquere vel manducare ſeve
prohibeat, ſingularem in vaſis & veſt
bus ſacris munditiem præſcribat, co
feſſionem bis in quadrageſima comme
det, præcipiatque, ut Sacerdos popu
lum maxime aggreſtem ante aram brev
aliqua exhortatione ad dignam Com
munionem præparet, generalemque

Confe

Sæc. XVII. A. C. 1603.

Confessionem in lingua vulgari præmittat. Dein non in calice nec a Sacerdote, sed in alio vase saltem deargentato a quodam honesto viro porrigi velit communicantibus vinum album, non rubrum, ne forte vulgus imperitum colore decipiatur. Insuper prohibuit Synodus, ne in Primitiis, ut vocant, commessationes, saltationes, aut alius quivis luxus fiant: pariter saluberrime statuit, ut in pagis, vallibus & montibus scholæ pro juventute saltem per hyemem habeantur a Parochis & Curatis, ut hi otium & quæ illud comitantur, prudenter caveant. Præscribit etiam, ut singula capitula ruralia proprium habeant carcerem, in quem Decani detrudant suos Clericos, qui cum scandalo publico ebrii, fornicarii, blasphemi &c. sunt, vel Sacra munia publice negligunt, vel rixas agunt, aut æs alienum contrahunt: Observandum quoque, quod tum in hac Diæcesi duntaxat quatuor fuerint festivitates B. V. nempe Annuntiationis, Purificationis, Nativitatis & Assumptionis: omnia tamen SS. Apostolorum natalitia tum festive fuerint celebrata. Præterea omnibus suis Clericis Synodus duntaxat colorem nigrum vestis suæ permittit, etiam in itinere, extra quod Tabernas seu caupones publicas vel semel fre-

Sæc. XVII. A. C. 1603.

quentare, indicta pœna prohibet. Hujus Synodi acta, ut authoritate Apostolica firmarentur, Christophorus Episcopus Romam transmisit ad Clementem VIII. summum Pontificem, a quem sub idem tempus Joannes Ebed Schadiak Montis Lybani Maronita post ea in patria sua Metropolitanus in Religionis negotio Legatus decernebatur.

Præterea ex Orientalibus Synodis reperiuntur non paucæ, quæ in extremis etiam mundi plagis vel ad instituendos Neophytos vel ad Christianæ Religionis rudimenta tradenda salubriter celebratæ fuerunt, quarum interim tamen præcipue tres numerantur a B. Toribio in Limana Civitate, Americæ meridionalis Metropoli celebratæ anno millesimo sexcentesimo primo & subsequentibus duobus annis.

§. L.

Bellum Belgicum a Philippo Hispaniarum Rege Spinolis Marchionibus commendatum.

Gallut. de Bello Belgico l. 15.

Cum interea Philippus III. Hispaniarum Rex per Regium suum in Belgio Legatum Zunigam edoctus fuisset, quod ibidem bellum lento admodum pede procederet, atque Alberti copiæ valde imminutæ essent, mox ambobus fratri-

fratribus Ambrosio & Friderico Spinolæ Marchionibus, de quorum virtute haud immerito sibi magna pollicebatur, negotium dedit, ut præter viginti majora belli tormenta exercitum cogerent peditum viginti millium, Equitumque bis mille: nec vana erat Regis in eos fiducia; quippe cognita Spinularum munificentia, bellique peritia tam frequens erat se ultro ad arma offerentium concursus, ut Ambrosius intra breve temporis spatium Legiones duas Equitum & sexies mille pedites in Germania conduceret, Ductoribus Roberto Barbansone & Egerolpho Lucemburgensi, quibus binæ aliæ ex Insubria Legiones conjungebantur. Fridericus vero in Belgio Peditibus Jacobum Franciscium, Equitibus vero Vandenbergæ Comitem præfecit. Sæc. XVII. A. C. 1603.

§. LI.

Fridericus Spinola navali prælio trucidatus.

Sub idem tempus Grobbenduchio Sylvæ-Ducis Præfecto nuntiatum erat, quod Mauritii Equites numero ferme sexcenti circumjacentes urbi campos populabundi percurrerent: eapropter nulla mora Germetæ, per quod oppidum transiturus erat hostis, suos *Gallut. l. c. Thuan l. 129. Hugo Grotius Hist. l. 12.*

Sæc. XVII. A. C. 1603.

in insidiis latere jussit, qui etiam pro- spero mandati successu in Mauritianos periculi ignaros impetum fecerunt. Ce- cidere ex fœderatis quinquaginta, in- ter quos Signifer ipse Mauritii, cap- præter duos Locumtenentes, totidem- signiferos, gregarii milites centum a decem. Interea Archidux Frideric Spinulæ negotium dabat, ut cum su triremibus ante Ostendam excubare prohiberetque, ne subsidium in urbe induceretur. Enimvero Fridericus a jussa septem instruebat triremes ad hun finem paratas, verebatur tamen, ne hoc ipso intempestivo apparatu hostem admoneret, ut auctis viribus ea ex parte accurreret: Attamen Alberto insupe- habita hac difficultate, quæ tamen e nistri successus omen erat, mandatu urgente, Spinola die sexta Maji Slu solvit, ac maritimam illam oram præ- tervectus in Ostendæ conspectum veni quod conspicati Hollandi mox duabus triremibus aliisque tribus præsidiari navibus in Spinolæ classem invehuntur Fridericus vero nil territus binis trire- mibus suis singulas ferme eorum naves aggreditur, ipse Prætoria sua secundis- simis usa ventis in triremem nigram in- vectus. Tunc primum utrinque quan signo dato certaminum exarsere studia. Tunc laxatis belli tormentis naves in

frusta

Sæc. XVII. A.C. 1603.

fruſta diſruptæ, haud minori clade ex earum ruderibus quam globis accepta: tunc quoque bombardæ lapidibus oneratæ mortes haud impune quaquaverſum volitabant, ac ſimul fulgure, fumo, pice nidoreque cum horrendo tormentorum tonitru, ac furibundo pugnantium fremitu ruptus, confuſusque aer videbatur. Jam in diei ſecundam horam dimicatio protracta eſt, cum penes Fridericum malacia obſecundante ſine controverſia ſtaret ſumma victoriæ: ſed tanta fuit Hollandorum pertinacia, tam infracta virtus, ut Hornano eorum Præfecto jamjam occiſo, Legato ipſius ſaucio, adhuc tamen ne victi quidem palmam concederent, concepta ſpe, quod in rebus etiam deſperatis maxime animus, ceteris amiſſis, cuncta reparare ſoleat: Nec ſua ipſos fiducia, minus vero fortuna deſtituit; dum enim repente reſuſcitatus poſt diuturnam tranquillitatem auſter, ſecundior ipſis, quam Catholicis affluxerat, Fœderati cum tribus navibus, quæ antea cunctis ſubſidentibus ventis ingrata malacia ſtupentes in ſalo hærebant, redintegrato conflictu Friderici triremes aggrediuntur, atque grandinantes inter ſclopos interque volitantes grandioris plumbi globos Friderici Prætoriam, quæ unam ex hoſtibus urgebat, nihilo ſegnius irrumpere

Sæc. XVII. A. C. 1603.

rumpere adlaborant, diſploſaque ex is bombarda, quæ vulgo Petrariæ ab ejaculandis lapidibus appellantur, Fridericum, dum hoſtili navi audacius inſilit, uno ictu viginti ſeptem vulneribus die vigeſima ſexta Maji perimunt. Virum ob bellicam virtutem melioris fortuna digniſſimum, niſi maxime militarium Virorum fortuna decusque foret, pro fide, patria, Regeque ex multiplici vulnere ſanguinem unacum vita prodigere. Extincto demum tam generoſo Regiæ claſſis Præfecto, Catholici unius ſupremo imperio deſtituti, cum victoriæ palmam, non virtutis eclypſi, ſed fortunæ invidia ſibi prærogatam cernerent, cum triremibus ſuis in Sluſanum portum ſeſe receperunt, cum ſideratis ſuorum trecentis, quos inter potiſſimi erant duo primi nominis Centuriones Polydorus Cataneus, & Vincentius de Balmeo præter Auguſtinum Arconatum. At fœderati quingentos ferme amiſerunt, ac præ ceteris Hoennanum maris Præfectum. Tam multo igitur ſanguine levis hoſtium victoria, ac Friderici mors ſtetit.

§. LII.

Seditioſorum militum fœdus cum Fœderatis.

Fride-

Sæc. XVII. A. C. 1603.

Friderici tam ſtrenui Belliducis jactu-
ram doloremque mitigabat Ambro-
ſii fratris ex Italia in Belgium adventus.
Hic enim accepto mortis nuntio fratris
ſui extincti loco ſuam operam Regis Phi-
lippi obſequiis obtulit, nulloque nego-
tio obtinuit, eoquod ubique ſatis nota
eſſet eximia ejusdem virtus, impiger
generoſi animi vigor, magna ſolertis
ingenii vis, ſumma in periculis adeun-
dis audacia, promptum in iisdem pro-
pellendis conſilium, indefeſſa bellici in
expeditionibus vigilantia, & mira in
rebus omnibus induſtria, quas egregias
animi dotes poſtmodum Oſtendana in
obſidione luculento teſtimonio compro-
babat. Priusquam vero Albertus Ar-
chidux ejus opera uteretur, potiſſima
cura eo abibat, ut ſeditioſi milites, qui
Hocſtratam ſeceſſerant, armis compeſce-
rentur; hi enim ſuorum copia freti in
finitimos populos Coloniam usque in-
curſiones longe lateque fecerant, & a
miſeris agricolis civibusque ingentem
argenti vim extorſerant, adverſus eos
vero, qui pacem ab eis pretio redimere
haud poterant, aut recuſarant, cædi-
bus, incendiis, & vaſtationibus bar-
bare ſæviebant. Igitur Archidux Fri-
dericum Comitem Vandembergium cum
ſeptem peditum & tribus Equitum mil-
libus quantocius ad obſidendam Hoc-

Gallut. l. c. Camerus l. 15. c. 10. Thuan. l. 130. Grotius l. 12.

Sæc. XVII. A. C. 1603.

ſtratam decernit: vix vero ad ſeditioſos hujus rei fama pervenit, cum illico horum præcipui Bredam proficiſcerentur, Fœderatorum Ordinum auxilia imploraturi: Excipiebantur ab eis absque hæſitatione, eoquod veterani ferme omnes eſſent milites, non minus regionum ac viarum, quam armorum periti: adunde vero Fœderati hoc anno militum penuria laborarent. Pactis igitur conditionibus Mauritius Dux illos in fidem ac patrocinium accepit, eosque ſuo agmini conjungens recta ad Hoſtratam obſidione liberandam perexit, quo adventante res ad prælii neceſſitatem devenit, Mauritianis tamen repulſis: nihilominus cum ſuppetiæ fruſtra expectarentur, Vandembergius auctis hoſtium viribus reſiſtendo impar, diſceſſionem indixit.

§. LIII.

Sylva-Ducis a Mauritio incaſſum obſeſſa.

Gallut. l. 15. *Thuan. l.* 130. *Grotius l.* 12.

Soluta obſidione Mauritius Hoſtratæ Sylvam-Ducis cum exercitu ſuo die decima nona Auguſti contendit, urbem hanc obſeſſurus, quo comperto Albertus Archidux Friderico Vandembergio præcepit, ut ad Sylvam-Ducis propugnandam omni qua poſſet celeritate ad-

advolaret. Hic urbem ingressus, cum cives ad accipiendum Præsidiarium jam olim ejectum adducere haud posset, saltem illos ad sustinendam fortiter obsidionem incitabat; interea vero Mauritius expugnationis spem in sola celeritate reponens, operas ad urbem propius admovere festinabat; ex adverso Fridericus nullis parcebat laboribus, ac præcipue locum Mauritii castris vicinum, ex quo annonam hosti intercipere posset, festinato opere validius communire satagebat: non latuit Mauritium Vandembergii conatus: quocirca cum quatuor peditum millibus nulla mora ad cæptum opus disturbandum, Catholicosque loco pellendos properat, simul seditiosis desertoribus ex altero urbis latere in opem accersitis. Vix utraque acies in conspectu erat, cum atrox utrinque iniretur prælium, in quo Mauritiani utpote numero longe superiores locum nondum satis munitum occuparunt, non tamen sine ingenti suorum clade, quorum circiter quadringenti, atque ex iis Centuriones aliquot periere. Ex Friderici vero militibus cæsi fuere ducenti, multi fuga dilapsi, plures saucii, ac demum capti plusquam trecenti, ex quibus Mauritius undecim suspendi jussit, eoquod Buquoius Comes antea toti-

Sæc. XVII. A. C. 1603.

Sæc. XVII. A. C. 1603. totidem ex Fœderatis eodem ſupplica necaſſet. Poſtea nemine obſiſtente l cum validiſſime munivit, inſtructisqu tormentis urbem toto impetu infeſta cæpit. Sub idem tempus Theodoru Trivultius Comes e caſtris digreſſus, hoſtiles copias, quæ ad intercipiend Catholici exercitus Pabulatores in in diis latebant, inopinato impetu irru illasque cædit, fugatque, ac poſt br vem, ſed acrem conflictum trecentos e iis relinquit, qua graviter ſaucios, qu trucidatos: E Catholicis nonniſi ſeptem vel octo vulnerati numerabantur. Po lopoſt ipſemet Albertus Archidux a Fr derico rogatus, cum mille quingent Equitibus & ſex peditum millibus Sy vam-Ducis ineunte Octobri venit, pra miſſo Alexandro Marchione Malaſpin nonniſi quadraginta Equitibus ſtipat qui tamen in ſeditioſos incidens, atqu ab iis captus ad Mauritii caſtra per ductus eſt, ubi ab ipſis Sylvaducen bus, qui illum cum Tempelio Fœde ratorum Præfecto prandentem conſpi cati, atque ambos eſſe hoſtes rati, to menti ictu utroque pede abrepto ad te ram ſtravere. Vix Albertus urbem in greſſus erat, cum obfirmatos in recu ſando Præſidio civium animos flecter intentus eſſet, irrito tamen conatu, quapropter quod precibus non poſſet,

id vel per armorum violentiam, vel ingenii aſtum evincere nitebatur: ad id peropportunum erat quoddam propugnaculum, cujus expugnatio civibus oppido ſalutaris, hoſtibus vero ob intercluſæ annonæ moleſtiam admodum fatalis foret: Igitur tria Germanorum millia ſub obtentu tranſitus in urbem inducit, qui, cum forum tenerent, ſe tantummodo usque ad primam lucem pernoctaturos dicebant: ſummo mane autem Archidux convocato Magiſtratui tanta rationum vi præſidii validi in urbem collocandi neceſſitatem expoſuit, ut omnes cives uno ore ſe ad omnem ſui Principis nutum paratos exhiberent. Cum autem Mauritius oppidum valido præſidio munitum cerneret, ac inſuper pluviæ plaudoſis ſuarum ſtationum locis infeſtiſſimæ inſtarent, motis inde caſtris obſidionem ſolvit.

§. LIV.

Oſtendanæ obſidionis continuatio.

Nec interea Oſtendæ obſeſſorum æque ac obſidentium infracta pugnandi aviditas deſerbuit; ac præprimis Joannes de Riva, qui Alberti Archiducis nomine oppugnationi præerat, ad omnes hoſtibus nocendi occaſiones intentus, die decima tertia Aprilis noctis beneficio

Thuan. l. c. Grotius hiſt. l. 12. Gallut. l. 15.

Sæc. XVII. A. C. 1603.

neficio tres Fœderatorum receſſus
vadit, occupatque, occiſis omnib
Præſidiariis. Poſtridie obſeſſi erupti
nem tentant, ſed deſideratis ſuorum
quadringentis in oppidum repelluntu
qui tamen hac ſuorum cæde minim
territi, conſtanter obſidionem ſuſtin
bant, eoquod navigiis impune ingr
dientibus omni tam annonæ quam
centis militiæ ſubſidiis abundarent,
inſuper tam maris perfidia quam t
mentorum violentia omnes Catholic
rum labores dejicerent: Medio etia
Junio in Hiſpanos, qui munimentu
a Bredenſi latere erectum expugnar
tentabant, erumpunt, ac Buquoii eg
gerem abductis belli tormentis occ
pant, quem tamen Hiſpani ac Itali
ſine magna hoſtium clade unacum be
machinis recepere: obſeſſi autem ha
conatus fruſtrationem ulturi, jactis ig
bus plura obſidentium opera aggere
que concremarunt. Ut igitur hu
malo remedium poneretur, opportu
advenerat Pompejus Targonus egregi
Machinator a ſummo Pontifice ſubmi
ſus, qui conſtructa nova machina re
nientibus ſubſidiariis navibus aditu
prohibere nitebatur: attamen, cum v
eſſet in Mathematico magis, quam i
bellico pulvere verſatus, potius ingen
quam proſperi ſucceſſus laudem repor
tabat:

tabat: feliciori tamen postea successu alia excogitabat machinamenta ingeniosus artifex, quæ tamen etiam non modo a continenti bombardarum impetu, quam insuper a maris intemperie fuerunt dejecta. Igitur Albertus hinc tam diuturnæ ac infaustæ obsidionis tædio depressus, illinc vero potiundi oppidi desiderio erectus, alium, quem obsidioni præficeret, nominare statuit, ac præ ceteris Ambrosium Marchionem Spinolam selegit. Sæc. XVII. A. C. 1603.

§. LV.

Ambrosius Marchio Spinola Ostendam adveniens.

Igitur die octava Octobris Marchio Spinula Ostendam venit, qui lustratis obsidentium castris, ac explorato loci situ Pompejum Justinianum supremum castrorum Instructorem & Jacobum Franciscium ambos belli peritia clarissimos de obsidionis statu interrogabat, qui expugnationis spem subesse dicebant, si ipse Ambrosius obsidionis curam in se suscipere vellet. Horum igitur rationibus tandem expugnatus Spinola Ostendanæ oppugnationis imperium accepit, ac præprimis ad ingressum hostilibus navigiis prohibendum ingentem machinam in Bredensi statione exstrui, tribus- *Gallut. & Thuan. l. c.*

Sæc. XVII. A. C. 1603.

tribusque tormentis muniri jussit, in ea bertina arce interim militibus haud otio se torpentibus, quamvis aliquot pass ad obsessam urbem accedere multo sa guine staret: Insuper Targonus Ma chionis ardore inflammatus aliis ali que operibus architectandis insudab quorum tamen præcipuum iteratis u darum impressionibus penitus eve sum est. Pollicitus quoque erat ide Architectus, se pontem constructur eumque noctu in maris recessu alv ripæ tam celeriter admoturum, ut an injectum cerneret hostis, quam inj posse suspicaretur: attamen hic i pons oneris sui gravitate omnino inu lis erat. Eapropter Albertus Arc dux potius bellica virtute, quam ar obsessorum pertinaciam esse superan dam ratus, quascunque ubique loc rum copias contrahere posset ad Ost dandam obsidionem destinabat.

§. LVI.

Conjuratio in Jacobum Angliæ Re gem feliciter detecta.

Memoir. Secret. part. 3. pag. 208. Thuan. l. 129. Rapin. hist. l. 18.

Sub idem tempus Mense Junio detec est conjuratio, quam Puritani Pro ceres conflabant: hos inter Valter Rallagus princeps erat, qui quondam Elisabetha regnante Regii satelitii Præ fectus

fectus a novo Rege sua dignitate spo- Sæc. XVII.
liari, sibique Scotum subrogari vehe- A. C. 1603.
menter indignabatur, ceptoque Regis opprimendi totamque Regiam familiam delendi consilio, socios sibi adjungebat Calvinistas Grajum, Cobanum, Carewum, & Brookium aliosque, qui sine tergiversatione nomen dabant, partim quod eandem fere cum Rallego querelam de Scotorum in aula præcellentia moverent, partim quod a novo Rege utpote Essexii Comitis hostes minus benigne excepti fuissent. Sic autem eorum descriptum erat consilium, ut Rex carceris, mortisque metu ad liberum sectæ suæ usum, necnon ad Cancellarium aliosque Ministros Scotos officio suo pellendos adigeretur, vel, ut alii volunt, ut in rusticano Nobilis Elgrei prædio Rex cum suis trucidaretur, dejectisque Scotis Arbella Stuarta generosæ mentis mulier, & Jacobo propinquitate juncta in Regni fastigium eveheretur. His rationum momentis a conjuratis, quos inter etiam duos Ecclesiastici Ordinis Wathonum & Clarckium numerant, Regicidii meditatio conflata dicitur: Dum vero dies condicta facinori advenerat, Rallegus Sorori suæ valedicens, improvida temeritate se eo proficisci ajebat, unde tardius aut fors nunquam rediturus esset, eoquod vel

Sæc. XVII. A. C. 1603.

patriæ ſalutem procurare, vel pro ge- tria mortem oppetere intenderet. Hæc nil mali ſuſpicata arcanum hoc verbum Marito manifeſtat, qui rem mox An- glico maris Præfecto retulit: eapropter concepta conſpirationis ſuſpicione mu- Rallegus carceri datur, qui ingenua cu- minis ſui confeſſione perduellionis pœ- nas evadere ſperabat. Conſcii poſtea ab eo nominati unaomnes Londinen- turri includebantur, quos inter Ma- hamus Grifinus Religione Catholica necnon Wathonus habita quæſtione tro fatebantur, quod nullatenus Regi mortem, ſed duntaxat Catholicæ Re- ligionis libertatem conſequi intende- rint, omnes vero conjurati ſe a Ri- lego ſeductos fuiſſe affirmabant, qui tiam a Cobano productis literis con- victus, judicii ſeveritatem eludere ten- tabat, allegans, quod juxta Regni le- gem nemo unius teſtis depoſitione dam- nari poſſet: ea autem lex jam ante ab Eliſabetha fuit abrogata.

§. LVII.

Conjuratorum ſupplicium.

Præſtituta die tam Rallegus quam Cobanus & Grajus Viacomiæ Men- ſe Novembri morti adjudicabantur, quæ ſententia pariter in ceteros complices fuit

fuit pronuntiata, eamque Rex die de- Sæc. XVII.
cima ſeptima Decembris ſuo chirogra- A. C. 1603.
pho firmavit, altera tamen die per Hamptoniæ Prætorem judicii executionem differri præcepit: Demum Marchamus primus, poſtea Grajus, ac denique Cobanus ad ſupplicii locum deducuntur, carnificis ictum expectaturi, mox vero a Prætore ſurgere juſſis mandatum Regium prælegitur, quo Rex æquiſſimæ ſententiæ executionem ſuſpendere declarabat, eoquod regni ſui auſpicia Nobilium de atrociſſimo crimine convictorum ſanguine cruentari nollet, quo facto ad Turrim Londinenſem reducebantur, in qua Rallegus tredecim annos detentus, ibidem tomum primum ſuæ in Anglia celebratiſſimæ Hiſtoriæ *de mundo* conſcripſit, jamjam alterum prælo paratum tenens, quem tamen ex indignatione combuſſit, eoquod Bibliopola ſe non ſine maximo ſuo damno pauca admodum primi tomi exemplaria vendidiſſe aſſeruiſſet: Hic idem tamen Rallegus anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo decimo octavo Londini capite plexus obiit: Grajus vero paulopoſt deceſſit: Cobanus autem & Marchamus poſt paucos dies libertati reddebantur, bonis tamen omnibus ſuis exuti in ſumma egeſtate vitam miſere finierunt. Ne vero tantum ſcelus om-

Sæc. XVII. A. C. 1603.

nino impunitum videretur, Georgius Brochius & Ordinis Eccleſiaſtici duo Viri patibulo affixi, ſemineces (ſuppoſicio perduellionis reorum in Anglia ſuetol laniebantur. Trahebatur inſuper criminis ſuſpicionem Carolus Ligneu Arembergi Comes Alberti Archidu Orator: quinimo Hæretici hujus co ſpirationis omnem originem in Orth doxos Anglos ſparſis in vulgus atroc bus calumniis detorquere nitebantu attamen Jacobus Rex omnis culpæ ſ ſpicionem ab eis edicto publico ſatis perque depulit, ſimulque palam dec ravit, quod Arembergius tam neſa dum conſilium ſibi a conjuratis ma feſtatum deteſtatus fuerit, prout ipſum etiam Cobanus veritatis ponde preſſus palam teſtatus eſt, ſimulq Cecilius hanc calumniam in Cob ſententia revocare cogebatur, eoqu Orator apud Regem graviter queſt hunc Judicem ſevere caſtigari petiiſſe

§. LVIII.

Jacobi Angliæ Regis aſperitas in Catholicos.

Mem. ſecret. part. 3. pag. 226. Rapin Thoiras hiſt. d'Angl. l. 18.

Sub idem tempus Catholici in novam ſpem erigebantur, fore, ut Jacobus Rex eis ſaltem Religionis ſuæ uſum toleraturus eſſet; Henricus enim Franciæ Rex

Sæc. XVII. A.C. 1603.

Rex ipſum per Bellomontium ſuum in Anglia Oratorem ſollicitari juſſit, ut pro ſolii ſui firmitate, ac conſcientiæ quiete denuo in Eccleſiæ ſinum redire, atque erga Catholicos ſeſe moderatum & æquum exhibere velit: ad hæc Jacobus repoſuit, quod nec hæreticus, neque ſchismaticus eſſet, ipſamque Hierarchiam in Eccleſia eſſe neceſſariam crederet, quinimo ipſum quoque Papam velut Conciliorum moderatorem, non tamen Superiorem agnoſceret, ex ritibus vero Romanis quosdam aut Sacerdotum avaritia, aut indiſcreto populi Zelo introductos aboleri, reliquos autem retineri optaret, de cetero autem circa dogma, cujusdam Concilii æcumenici judicio ſtare paratus eſſet. Pariter ipſamet Regina Anna, quantumvis Lutheri ſectæ addicta eſſet, die tamen vigeſima octava Auguſti inter cetera præfato Oratori mentem ſuam his verbis declarabat: „Nunquam Rex „Maritus meus Regnum ſuum quiete „poſſidebit, niſi ad Catholicorum par„tes acceſſerit, his egomet clam faveo, „ac interius cum ipſis fidei ſocietate „juncta ſum: ſæpiſſime etiam Regem „ad ejurandam hæreſin impellere co„nabar, ſemper tamen ſurdas aures „pulſabam; ſecta enim ſua æque ac „ſcientia ipſum in errore pertinacem

Sæc. XVII. A. C. 1603. „tenet, hinc de ipſius converſione de „ſpero, nunquam tamen ad tam pium „opus cooperari deſiſtam.„ Placuit ſummopere Oratori Gallo utriusque Principis declaratio, qua cognita Catholici in Anglia nonnihil reſpirare v debantur: attamen ſpecioſis hiſce verbis operis conſtantia defuit; cum enim Catholici Hiberniæ Proceres quosdam ac præcipue Tyrennum Comitem ad Jacobum ablegarent, porrectoque bello ſupplici præ ceteris liberum Catholicæ Religionis profitendæ uſum peterent, Jacobus exinde tam impotenti furore exarſerat, ut nulla mora quatuor præcipuos ex hiſce Delegatis Londinenſi Turri includi præciperet, palam profeſſus, quod fidei Orthodoxæ libertatem nunquam conceſſurus eſſet & ſi in Regno ſuo nonniſi centum fi addictos numeraret, cum his ſeſe usque ad ſanguinem opponere vellet cuſtis, qui ipſum vi ad id adigere niterentur. Hac declaratione ſat luculenter teſtabatur, quod juratum in Catholicos odium in corde ſuo foveret nihilominus tamen ſummum Pontificem vana converſionis ſpe lactabat, veritus ne omnium Catholicorum Principum indignationem in ſe concitaret.

§. LIX

Sæc. XVII.
A. C. 1603.

§. LIX.

Fausta Melitensium expeditio contra Turcas.

Hoc item anno Alphonsus Vignacurtius supremus Melitensium Equitum Magister ordine quinquagesimus tertius expeditionem in Græciam suscipere statuit, misertus Christianorum calamitates, quas eis Turcæ ex duabus arcibus, quæ in Corinthiaci Sinus faucibus positæ erant, crebro erumpentes inferebant: Præmissis igitur exploratoribus, instructaque sexdecim varii generis navium classe, cum die septima Aprilis Melita solvisset, secundo usus vento die decima sexta ejusdem Mensis ad Echinadas appulit, promotoque cursu Vivarius terrestris agminis Præfectus die decima nona Aprilis exscensione facta Patras pervenit, ubi jam a Turcis agnitus inter gladios & scloporum ictus viam sibi pandit, Bellaqua Equite interim crypitacula portis admovente, quibus effractis Vivarius aliique duo Equites cum sexaginta selectæ militiæ Viris hostem ad interiorem arcem repellunt, refracta autem pariter arcis porta obvios quosque promiscuo interitu delent, atque occupata arce vexillum Melitense erigunt: Prætore *Thuan. l.* 130.

Sæc. XVII. A. C. 1603.

ceterisque, quoscunque de Prætoria- nis casus & sors in manus dederat nullo distinctu trucidatis: cum ver Turcæ certatim maximo numero con currerent, Vivarius se undique a hos includi veritus, discessum maturabat abstractis præter sexaginta torment captivorum circiter trecentis, quos i ter præcipuus erat ipsemet arcis Pra fectus. Postea victores suppositio pu vere pyrio turres & munitiones dej cerunt. Eodem tempore Gatinara Me litensis Centurio ad Naupactum appu sus admoto feliciter crepitaculo urbe ingrediebatur, hostemque turmat accurrentem repellens, admotis sca urbem unacum arce occupabat, occi omnibus, qui in ea remanserant. Ta dem Vivarius, ceterique Equites con scensa classe die quarta Maji incolum Melitam reversi sunt, atque in itine Methonam prætervecti præter vigi minora tormenta aliquot Turcarum na vigia bis mille frumenti modiis onus ceperunt.

§. LX.

Bellum in Hungaria continuatum.

Thuan. l. c. Hist. Pac. & bell. in Panon. p. 1. *fol.* 285.

Alternante Martis fortuna hoc an no a Christianis in Hungaria con tra Turcas pugnatum est; quippe Ce sare

Sæc. XVII. A. C. 1603.

sarei Strigonienses, cum annonam Pesthienſi urbi inferre pararent, a Turcis invasi omni commeatu spoliantur, re autem comperta Pesthienses hostem insequentes annona recuperata Turcarum potissimos trucidant. Tartari vicem reddituri prope Sicmaram combustis viginti pagis incolas in miseram abstraxere servitutem: proximo autem Mense Februario Hungari Turcis & Tartaris omnem, qua onusti erant, prædam abigunt, cunctis prædatoribus occisis, paulopost ineunte Mense Martio Pesthienses injecta pila igniaria pulveris pyrii receptaculum Budæ incendunt, non sine maxima murorum ruina, quo cognito Althemius cum suis urbi appropinquans, erumpentes Turcas cum ingenti clade repulit, nec tamen hac clade territi Turcæ, Cæsareorum castra prope Budam invadunt, ast nocturno prælio die vigesima nona Septembris a Roswurmio Duce tanta clade afficiuntur, ut Albam græcam reverti cogerentur. Demum crebris velitationibus, in quibus tamen Christiani ferme semper victores recesserant, necnon continuis deprædationibus | circumvicinæ Regioni admodum funestis integer annus insumebatur, æquato ferme utrinque fortitudinis decore, ac dispendii dolore.

Sæc. XVII. A. C. 1603.

§. LXI.

Transylvaniæ motus.

Hist. Panon. l. c. Reva de Monarch. Art. 6. Thuan. hist. l. 130. Han nova Pan. ad ann. 1603. Isthuanf. l. 33.

Interim Moses Ciculus in Transylvan collectis ex nupera clade viribus C losvariam perfidorum civium ope suam redegit potestatem, simulque N bilium potius ignavia quam perfidia bam Juliam intercepit: vicissim ve Cæsarei Turcas, qui Bibarium aggre tentabant, cum ingenti clade profliga runt, captis Tartarorum quamplur mis: Demum die vigesima quinta Jun Georgius Basta Bellidux cum quatu suorum millibus in Transylvaniam v nit, Cosaccis transitum interdicturu moxque conjunctis cum Radulpho Va lachiæ Vaivoda copiis ferociter in de trum Mosis cornu invehitur, jamque tu batis Ordinibus duas alas in fugam ag adeo ut rebelles cominus pugnam co ferere cogerentur. Tum vero simili ruinæ strages erat, tandem vero urge tibus Bastæ Equitibus omnes Ciculo fuga abstulit, ceteris ingenti cæde pro stratis: nihilominus Moses desperation animum acuente rursus in prælium re dire constituit, sparsosque & incompo sitos numero circiter quoad tria milli colligit, atque inconsulta victoriæ fi ducia animatus Mense Septembri Mar

fam

sam Tribunum inopino impetu obruere tentat. Hic cognito ipsius consilio, ut hostem falleret, castris suis excessit, mox vero instructo milite & composito Equitum octingentorum agmine hostem a fronte & a tergo aggreditur, fusoque plurimo sanguine profligat, cæsis quatuor Transylvanorum millibus, & in his ipso Mose Ciculo, quem Radulphi apparitor per medium dorsum balistæ globo percussum trucidavit: Caput illius gladio avulsum Stephanopolin transmissum est, ad ceterorum terrorem publico spectaculo expositum. Hi qui cladem evaserant, metu dissipati, qua cuique patebat ad fugam via, erumpebant, potissimis eorum ductore Alberto, & Bactessseno Temeswrariam convolantibus. Tandem arridente belli fortuna, captisque centum viginti octo signis, quæ Pragam ad Cæsarem transmissa fuere, Basta totam Transylvaniam Cæsaris imperio subjecit, ac continuato victoriæ successu hostem recenti clade territum intra Temeswariæ mænia oppugnare decrevit, inclinata tamen jamjam tempestate diuturniorem obsidionem veritus, impetum inhibuit. Prius tamen Cæsarei die decima octava Novembris post brevem obsidionem Hatvanum deditione ceperunt. Sæc. XVII. A. C. 1603.

§. LXII.

Sæc. XVII.
A. C. 1602.

§. LXII.

Ratisbonenſia Imperii comitia.

Thuan. l. c.
Ludolph.
Lib. III.
cap. 2. p. 91.
Londorp.
Tom. III.
pag. 537.
& ſeqq.

Celebrata interim fuere hoc anno Ra-
tisbonæ Principum comitia, q
tamen Principes Proteſtantes ja
dudum præveniebant; hi enim, quod
Epiſcopatus pari jure cum Catholi
non admitterentur, & ab ipſis bo
Eccleſiaſtica per Senatum Spirens
repoſcerentur, iniquo ferebant anim
omnique conatu præpedire ſatagebant
ne a Spirenſibus hæ controverſiæ de
derentur, aut ſi deciſæ forent, earu
executio impediri poſſet. Hunc in
nem pro ſummo veluti imperio poſtul
bant, ut in Spirenſi tribunali ex Cath
licis & Proteſtantibus ſuffragiorum
qualitas, & ſuæ etiam Sectæ Præ
eſſet, ac inſuper ipſorum Epiſcopi, e
mere Laici eſſent, in comitiis Seſſio
nem haberent, ac Proteſtantibus ce
meteria concederentur, nec ullus o
ſectam ullibi excluderetur, ſimulq
Nuntii Pontificii dimitterentur. Ne
his contenti, inſuper graviſſime quere
bantur, quod Calendarium novum i
troductum fuerit, & Cæſar unacum Sp
renſi, ut vocant, Camera juſtitiæ ad
miniſtrationem in ſuperiori gradu exer
ceret, & Ordinum Mendicantium &

Car-

Carthusianorum patrocinium susciperet. Cum vero minus æqua censerentur Protestantium postulata, primum Cæsari subsidia denegare, dein executionem sententiæ de bonis Ecclesiarum restituendis impedire cæperunt, tandem arma contra Catholicos adhibenda decernentes. Ea propter anno Christi millesimo quingentesimo nonagesimo nono Friedebergæ contra Catholicos sub obtentu pacis publicæ, suæque sectæ firmiter tuendæ mutuam armorum societatem inibant, sequenti autem anno die vigesima septima Octobris plures Principes atque, inter eos præcipuus Fridericus IV. Elector Palatinus Spiræ inter se convenere, quod per Deputatos abolitio Judicii Aulici (*) a Cæsare peteretur, nullæ eidem ad bellum Turcicum suppetiæ solverentur, & implorato Franciæ Regis subsidio vicissim Principum Protestantium patrocinium eidem deferretur. Idem in conventu Fridebergensi anno millesimo sexcentesimo primo die secunda Februarii denuo constituebant, ac tandem hoc anno Heidelbergæ die duodecima ejusdem Mensis præfatum fœdus inter se firmabant, sibi invicem pollicentes, quod dictum

Sæc. XVII. A. C. 1603.

(*) Vulgo vocabant Processus Aulicos: Hofproceß.

Sæc. XVII. A. C. 1603.

dictum judicium repellere, & cujo libet Principis causſam, ſi oppeteret in ſe ſuſcipere vellent, ita, ut ſi eorum quis præfati judicii executionem, ſ ſectæ mutationem attentaret, huic u omnes ſeſe opponere tenerentur. Pr terea ibidem actum de Hollandor aliorumque Principum ſubſidio imp rando, & paulo poſt hunc in finem M ritius Haſſiæ Landgravius Pariſios cernebatur ad Henricum Franciæ R gem, qui tamen prius de ſingulis C fœderatis, necnon de fœderis modo mediis ſigillatim edoceri petiit, c ei non leve videretur excutere jug

Carafa.p.39.

ſupremi tribunalis Cæſarei, a quo bis Germanicus atque imperium R manum dependeret. Cum vero p bello Turcico Cæſar ſubſidia Impe impenſius peteret, Ratisbonæ hoc no celebrata ſunt Principum magno n mero confluentium comitia, in quib Eccleſiaſtici ceteros ſuo exemplo pr vocaturi ſat ampla promiſere auxili frementibus tamen Laicis, ac præc pue Proteſtantibus, qui cauſſabantu quod hæreditariis ſuis populis, a qu tamen metu Eccleſiaſtici utpote poſte ritate carentes eſſent vacui, necnon ſuis hæredibus damnum ejusmodi ex actionibus inferre pertimeſcerent: ni hilominus octoginta Menſium ſtipendi

fuere

Sæc. XVII. A.C. 1603.

fuere promissa, ac Brunsvici Dux copias, Elector vero Saxonicus belli tormenta omni apparatu instructa Cæsari polliciti sunt. Actum quoque in hisce comitiis de bello Belgico, & Legatis ad Fœderatos, necnon Albertum Archiducem decernendis. Eodem quoque anno Protestantes iteratas movebant querelas adversus præfatum Judicium Aulicum, caussati quidem, quod ejus Judices suam jurisdictionem in caussis potissimum Religionis ultra modum extenderent, re tamen ipsa Protestantes huic judicio sese opponebant, veriti, ne si omnia beneficia, monasteria, & reditus unacum fructibus perceptis ac usurpatis hujus judicii sententia restituere adstringerentur, plerique illorum precario vivere, suaque bona Catholicis cedere cogerentur, nec imposterum ipsis Catholicos vexare, suisque bonis spoliare integrum foret: Hanc ob rem Protestantes unanimi suffragio concluserunt, summum aliquod suæ sectæ Judicium esse instituendum, cujus suprema directio Friderico Palatino Electori deferretur, ita tamen, ut Principum, ac Statuum unitorum quisque suum in hoc Judicio Assessorem haberet, qui unacum ceteris Religionis præcipue caussas definiret. Ceterum Protestantes hoc ausu ac mutuo inter se fœdere

prima

Sæc. XVII. A. C. 1603.

prima jecerunt fundamenta ad bellum Bohemicum, quo poſtea Religionem Cæſarem, & Catholicos opprimere moliebantur.

§. LXIII.

Vapicenſe Conciliabulum.

Thuan. l. c. Lud. Richeomius Gualter. Chronogr. Sæc. XVII.

Eodem hoc anno ſeu quadrageſimo quinto poſt Confeſſionem Calvinſtarum in Galliis acceptatam ineunte Menſe Octobri Proteſtantes Miniſtri Vapinci in Delphinatu Conciliabulum celebrarunt, Præſide Daniele Chamerio Montlimenſi Miniſtro. Confluxerant e omni Regno etiam exteri, quod tamen minime oportuiſſet, Proteſtantium Miniſtelli, ibidemque de rebus tam ad diſciplinam, quam doctrinam ſpectantibus ingenti verborum, animorumque contentione agebant. Præprimis fecta ſuæ confeſſio in Galliis recepta recitabatur, poſtmodum in variis colloquiis & conventibus rationes initæ, ut ſciſſura, quæ inter Martinianos & Calviniſtas ſive Zwinglianos viguit, componi poſſet; vel ſi ejusmodi unionem ſperare haud liceret, ſaltem ingeniorum acerbitas, quæ virulentis ſcriptis per totam Germaniam ſparſis magis magisque indies excanduit, adhibito temperamento mitigaretur, ac propterea omnes

Sæc. XVII. A. C. 1603.

omnes & singuli Ministri monendi rogandique essent, ne suarum opinionum novitate ac diversitate ulterius Ecclesias turbare velint. Postea ad varios sectæ suæ articulos inter se controversos descenderunt, & præcipue Joannis Piscatoris Herbornæ Theologi, qui duntaxat Christi justitiam, quam in Cruce, non vero quam in vita exercuit, nobis imputari docuit, doctrinam detestati sunt, ac desuper Piscatori & Universitati rescribendum esse decreverunt: Demum admoneri Provincias jubebant, *ut perpendant in Synodis Provincialibus, quibus verbis exprimi debeat articulus vigesimus quintus Confessionis, ut exprimamus quæ sentimus de Ecclesia CATHOLICA, de qua mentio fit in Symbolo, eoquod in præfata Confessione quicquid de ea dicitur, non de alia quam visibili & militante Ecclesia accipi queat.* His propositis adjungitur præceptum, *ut omnes veniant præparati ad hanc materiam.* Cum autem hoc Symbolum de Ecclesia invisibili ne ullam quidem mentionem fecerit, & hi Ministri visibilem Ecclesiam, qualis ipsorum est, ante Reformationem invenire desperarent, mirum est, quantum hæc difficultas Ministellorum ingenia torserit. Præterea moniti sunt Pastores, ut inter concionandum parcius authoritate Patrum & Doctorum uten-

Sæc. XVII. A. C. 1603. rentur, ubi satis memorabile est hujus Conciliabuli decretum circa articulum trigesimum primum Confessionis de Ministrorum vocatione; cum enim quæstio moveretur, *an expediret dicere, quod primi Reformatores & Pastores reformarint Ecclesiam, & docuerint vi vocationis ab Ecclesia Romana acceptæ?* Synodus respondit: *simpliciter illam* (scilicet Reformationem) *referendam esse ad vocationem extraordinariam, non autem ad rationes quias istius vocationis ordinariæ corruptæ.* Decretum insuper, quod Baptismus infantis Baptizati a Ministro nondum habente ministerii vocationem, nullus iterandus sit (*). Imposterum vero Pastoribus non amplius in Consistoriis aut colloquiis, sed coram populo in cœtu solemni manus imponerentur. Atramen vix verbis exprimi potest, quanta livoris, odii & iræ impotentia alter in alterum seu Martiniani in reliquos debacchati sint, eosque pejus ac ipsos Catholicos odio habuerint, quocirca Calviniistis e Palatinatu hac de causa ad hunc conventum adventantibus, ac potissimum instantibus propositæ fuerationes & scriptæ Synodales literæ, quæ tamen illam animorum acerbitatem

(*) Vid. S. Aug. l. 2. contra epist. Parm. c. 13. item Concil. Flor. in Instruct. Armen.

tem adeo non mitigarunt, ut ea semper magis magisque invalescere videatur: Insuper inter seipsos convenire haud poterant circa nomen *damnationis*, quod Christo in suo catechismo vulgari tribuebant. Nihilominus quamvis inter se tanta contentione dissenserint, in convitiando tamen summo Pontifice & Romana Ecclesia semper concordes fuere, atque inter eos decretum, ut ad Confessionis capita adderetur, quod Pontifex Romanus sit Antichristus, eique notas a Daniele & in Apocalypsi designatas convenire, a cunctis constanter teneretur: Hac petulantia moderatiores offendebantur, iniquissimum reputantes, quod ubi Christiana Charitas proximum quemvis contumelioſe lædere prohibet, illi, qui se Evangelicos dicunt, contumeliosam hanc vocem credendi necessitatem, per fidei Confessionem imponere non erubescant: Ipse quoque Rex Franciæ horum audaciam minime tolerandam censebat, anxiisque curis desuper agitabatur, eoquod Pontificius Orator de hac injuria graviter expostulasset. Hac de re in utramque partem varia fuere disputata, quæ tamen novum antiquis odiis scriptisque amarulentis hinc inde postea certatim evulgatis fomitem præbuere. Nihilominus Vapicenses Ministri ab

Sæc. XVII. A. C. 1603.

Sæc. XVII. A C. 1603.

Angliæ & Scotiæ Academiis necnon Batavorum Lugdunensi, Genevensi, Basileensi aliisque postulare audebant, ut se ipsis aggregare, suasque operas conjungere lubenter velint. Ita hominum multitudine firmandum, quod divina ordinatione institutum non est.

§. LXIV.

Mahometis III. Turcarum Imperatoris obitus.

Spond. t. 3. Hist. Bar. Sleid. contin. p. 3. l. 9. Thuan. l. 130.

Iteratis, quibus Turcæ afficiebantur cladibus haud diu supervixerat Mahometes Turcarum Imperator inter jusdem nominis Sultanos tertius: Natus erat is Patre Amurathe anno Christi millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, qui tamen ab ipsis ferme incunabulis ferinam spirabat immanitatem, statimque ipso obtenti sceptri momento septendecim fratres suos injectis collo manicis præfocari, & alios quatuor Patri suo posthumos, ut eorum quisque prius editus erat, sic illos ab utero in adjacenti fluvio tanquam catulos demergi jussit. Nec tamen domestica hac crudelitate contentus, anno Salutis per Christum reparatæ millesimo quingentesimo nonagesimo sexto cum ducentis mille Ottomanis contra Christianos Hungaricam expeditionem suscipere con-

tur

tuit, omni inhumanitatis genere Turcicum vindicaturus sanguinem, quem occupato Hatvano Belgæ milites nec sexui nec ætati parcentes fuderant. Hinc vastatis aliquot urbibus, atque incolis in miseram servitutem abstractis ad superiorem quoque Hungariam populabundus excurrit; verum ab Archiduce Maximiliano die vigesima sexta Octobris in fugam actus est, multis Turcarum millibus in acie cæsis: victoria tamen, quam Cicada ejus Bellidux de Christianis incautius in prædam effusis paulopost reportaverat, nonnihil animo erectus Mahometes Constantinopolin rediit, plusquam sexaginta millia Christianorum ferro deleta & amissa desiderans. Posthæc autem sollicitante quodam Saraceno ex Hispania dilapso Sepulcrum Domini Christianis eripiendi, eosque unacum Franciscanis ejiciendi consilium cepit, quod etiam perfeciisset, nisi a Gallo Venetoque Oratoribus deterritus fuisset. Demum seposita armorum cura totum se ventris, voluptatumque studio dederat, semperque inter infamis consortii, sexus utriusque, greges, continuasque epulas atque commessationes versabatur: Inde factum erat, ut non minus suis quam exteris exosus esset, & non modo Scribianus in Oriente ab eo deficeret, sed & Janissarii adversus

Sæc. XVII. A. C. 1603.

Sæc. XVII. A. C. 1603. illum Conſtantinopoli tumultuarentur, ſicut autem impia Tyrannorum ignavia ad omnes ſuſpicionum auras trepidare metumque in rabiem vertere ſolet, ita & Mahometes primo filium ſuum ſtrangulari, poſtea uxorem ſuam in mare mergi juſſit, eoquod hæc incautius illo ſciſcitata eſſet, num ejus Filius imperio ſucceſſurus foret. Tandem ipſe non multo poſt die vigeſima prima Decembris hoc anno peſtilentiæ morbo, nondum exacto trigeſimo ſexto ætatis anno ſublatus eſt, relicto poſt unico Filio, ſecundo genito, qui tamen ob ætatis vitium tanto imperio immaturus erat.

§. LXV.

Conſtitutiones Clementis VIII. Papæ.

Bullar. t. 3. Conſt. 97. & ſeqq. Jam anno Chriſti milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quinto die ſeptima Auguſti Paulus IV. ſummus Pontifex diploma ediderat contra eos, qui SS. Trinitatem aut Chriſti Divinitatem vel ipſius Conceptionem de Spiritu Sancto aut ejus mortem, vel B. Virginis Mariæ Virginitatem negabant, hocque tem anno die tertia Februarii Clemens VIII. eandem hanc Conſtitutionum in novabat, ne ejusmodi impii homines

Leges

Legis ac pœnarum ignorantiam obtendere poſſent. Cum autem in Indiis etiam Occidentalibus ac præcipue Peruanis civitatibus jam tum tanta fidelium pietas erga Sanctiſſimum Nomen Jeſu floreret, ut non paucæ ejusmodi Sodalitates ibidem fuiſſent inſtitutæ, ſummus Pontifex ad augendam hanc devotionem de Ordinarii licentia alias plures ibi inſtituendi facultatem cum amplis perpetuisque indulgentiis conceſſit, edito deſuper diplomate die trigeſima Junii: ſequentis autem Menſis die vigeſima tertia Regularium præſertim Mendicantium conventus multiplicandi pruritum temperabat, inhibens, ne Ordinarii ejusmodi Licentiam impertiantur, niſi vocatis auditisque aliorum Conventuum Superioribus conſtet, quod Conventus novi ibidem erigendi ſine aliorum detrimento commode ſuſtentari valeant. Die vigeſima Auguſti idem Pontifex declarabat, quod Carmelitæ Diſcalceati ſint de quatuor Ordinibus FF. Mendicantium, eorumque gratiis omnibus perfruantur, ac nunquam, ut ad generales & publicas accederent ſupplicationes, compelli queant. Porro alia Conſtitutione die nono Septem. edita unionem militiæ S. Lazari cum Ordine Equeſtri S. Mauritii jam a Gregorio XIII. factam confirmat: Poſtremo

Sæc. XVII. A. C. 1603.

Sæc. XVII. A. C. 1603. controverſiam inter FF. Prædicatores & Eremitas S. Auguſtini impoſito ſilentio dirimit, præcipiens, ut illi cum cappa nigra, hi vero cum tunica etiam nigra ubique incedant.

§. LXVI.

Deciſiones S. Congregationum auctoritate Pontificis emanatæ pro Regularibus.

Gavant. in Manual. Congreg. Epiſc. & Regul.

Ejusdem Pontificis mandato atque auctoritate hoc item anno plura disciplinæ Eccleſiaſticæ dubia fuere decisa, ac primo quidem in Congregatione Epiſcoporum die ſeptima Januarii definitum, quod in Sepultura Monialium nullum jus competat Parocho, ſed duntaxat earum Confeſſario: die autem vigeſima ſexta ejusdem Menſis declaratum, quod Monialium Procurator vel Syndicus non debeat habere licentiam ingrediendi clauſuram, neque cum Confeſſario ad adminiſtranda Sacramenta ingrediente. Statutum præterea die decima nona Maji, quod Novitii ſtatim generalem Confeſſionem deponant, ſolique Magiſtro eorum confeſſiones excipiendi cura committatur, ita tamen, ut Superior vel per ſe vel per alium bis in anno hoc miniſterium exercere

cere valeat: die decima tertia Junii eadem Congregatio declarabat, quod Regularibus non prohibeatur, ne excipiant Confessiones ægrotorum in ipsorum domibus: monuit tamen decreto die secunda Septembris edito, ne Monialibus ab obedientia Regularium subtractis tam cito concedantur Regulares pro Confessariis. Eadem quoque die statuebat, quod Episcopus, si iterum ex nova causa Regularium Confessarium examinare velit, id Superiori suo, non tamen sigillatim expressa causa, significare teneatur. Eodem etiam Mense die quinta sancitum, quod Regulares semel approbati ab Episcopo defuncto non valeant Sede vacante ab ejus Vicario vel Capitulo examinari. Sæc. XVII. A.C. 1603.

§. LXVII.

Aliæ decisiones circa ritus Ecclesiasticos.

Haud segniori studio summus Pontifex ea, quæ Ecclesiæ ritus concernunt, debito ordine ac modo servari curabat, ac præprimis die decima quarta Januarii ejus auctoritate decisum, quod Missa conventualis in Collegiatis, ubi Clerus est numerosus, & reditus haud tenues sunt, quotidie cantanda sit: Die vigesima quinta præfati *Congr. S. Rituum decis.*

Sæc. XVII. A. C. 1603. Menſis S. Congregationis Rituum de-creto ſancitum, quod Epiſcopo inju-grum ſit præcipere, ut ejus Canonici Rogationum Miſſam in Eccleſiis Regu-larium cantent: eadem die declaratum quod Feſtum Purificationis, ſi ei Eccleſiæ titulus & in Dominicam ſex-geſimæ inciderit, cum commemora-tione Dominicæ celebrandum ſit. Pe-riter die quinta Martii deciſum, quod Altare portatile tunc conſecrationem amittat, quando frangitur, vel capſula ubi S. Reliquiæ incluſæ habentur, loco movetur. Reſcripſit quoque die duo-decima Aprilis eadem Sacra Congre-gatio, quod nec Laicis nec Clericis pro-hibitum ſit, quominus in ſupplicatione Sanctiſſimi Sacramenti tædas vel can-delas accenſas deferant. Die etiam vigeſima tertia Maji declaratum, quod in Dominicis & feſtis, niſi ex Solem-nioribus ſint, Miſſa ſolemnis defun-ctorum, nondum ſepulto cadavere, dici valeat: eadem die deciſum habetur, quod veſperæ Defunctorum pro prima die Menſis dicantur poſt Veſperas Do-minicæ vel feſti etiam de præcepto, ſi dies ſequens ſit libera a feſto novem Lectionum: ſi tamen Officium Anni-verſarium vel ſeptenarium ſeu Trice-narium Defunctorum poſt obitum cadat in Dominicum diem, vel feſtivum, tunc trans-

Sæc. XVII. A. C. 1603.

transferatur in diem sequentem cum eadem solemnitate. Declaratum quoque die decima sexta Julii, quod Sedes Vicarii Generalis debeat esse simplex, non autem Tapetis & pulvinari ornata; qui etiam duntaxat Canonicos Sacro habitu non indutos præcedat. Ejusdem quoque Congregationis decreto die sexta Septembris definitum est, quod oratio, quæ dicitur in festo SS. Fabiani & Sebastiani non sit mutanda, ita, ut de Sancto Sebastiano duntaxat recitetur, etsi Ecclesia huic Sancto sit sacra: die decima quinta Novembris insinuatum est, quod Regularibus non conveniat officium, horasque Canonicas cum Clericis Sæcularibus in choro cantare. Sæpius quoque stabilitum est, quod tam Canonici quam alii pro evidenti Ecclesiæ utilitate absentes, non amittant distributiones quotidianas, salario eis non constituto, quas tamen nec Episcopus nec Capitulum ob non residentiam illegitimam amissas remittere aut donare queat. Statutum quoque die decima quarta ejusdem Mensis, quod Cathedralis Parochus, nisi eligatur a Capitulo intra octo dies, deputandus sit ab Episcopo. Postremo die tertia Decembris declaratum est, quod Episcopus suum Vicarium amovere queat, si male vel scandalose se gerat in officio, nec certiorem

Sæc. XVII. A. C. 1603

tiorem reddat Sac. Congregat. de cau- fis magni momenti in defectu vel ab- ſentia Epiſcopi.

§. LXVIII.

Alphonſi Geſualdi Cardinalis obitus.

Ciacon. in vita Pii IV. tom. 3. p. 936. Aubery in vit. Card.

Inter Purpuratos, qui præſentem annum ſibi vitæ termino funeſtum habebant, primo loco recenſendus venit Alphonſus Geſualdus patria Neapolitanus ex Nobiliſſima Compſarum Comitum familia oriundus. Hic morum integritate, ac ſcientiarum laude inſignis Protonotarii Apoſtolici munere fungebatur, auctaque nominis ſui gloria primum a Pio IV. Diaconus Cardinalis S. Cæciliæ & Archiepiſcopus Compſanus die decima quarta Aprilis anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo primo, poſtea Regnante Pio V. Presbyter ejusdem Eccleſiæ renuntiabatur. Demum ſub Gregorio XIII. Epiſcopus Albanus, ſub Sixto V. Portuenſis, ac tandem ſedente Gregorio XIV. Oſtienſis Cardinalis Epiſcopus, Sacrique Collegii Decanus nominabatur: Non multo poſt præter Picenam Legationem, rituumque Præfecturam graviſſimis Reipublicæ negotiis præficiebatur, quibus in officiis ſemper præclara juſtitiæ, ſa-

pientiæ

pientiæ & Religionis ſpecimina dederat; in eo enim ſingularis modeſtia, ſumma judicii maturitas, raraque rerum gerendarum experientia ac dexteritas emicabat: Pauperum Parens, Doctorum fautor, ac ſeverus Eccleſiaſticæ diſciplinæ cultor Metropolitanam Eccleſiam Neapolitanam, ad quam a Clemente VIII. anno Salutis noſtræ milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſexto evehebatur, unacum Palatio Epiſcopali ædificiorum fabricis, vaſis aureis, argenteisque exornabat, ac integrum Templum picturis aliisque pretioſis donis tam in vita, quam poſt mortem teſtamenti tabulis locupletabat. Nec Neapoli tantum ſed & Romæ pia ejus liberalitas celebrabatur; præclaram enim Baſilicam Patribus Theatinis erigi curabat, quod tamen opus abſolvere haud poterat, morte præventus: obiit enim Neapoli hoc anno die decima quarta Februarii ſepultus in ſua Cathedrali. Hujus Viri jacturam ipſe Clemens VIII. literis ad Canonicos ſuos datis deplorans, in hæc verba erupit: *Nos Viri pietate & vitæ integritate, ac multis meritis præclari atque in hoc Sacro Ordine ampliſſimi mortem dolemus.* Interfuit Alphonſus ſeptem Pontificum comitiis.

Sæc. XVII. A. C. 1603.

§. LXIX.

Sæc. XVII. A. C. 1603.

§. LXIX.

Hieronymus Rusticuccius Cardinalis mortuus.

Ciacon. in vita Pii V. p. 108. Purpura docta l. 5. Petramell. in elog. Turſellin. in hiſt. Lauret.

Alter erat Hieronymus Rusticuccius natione Italus, qui ex Nobili proſapia ortus anno a Virginis partu milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſeptimo Menſe Januario in urbe Fano primam lucem aſpexerat. Erat is ipſo naturæ beneficio ingenuus, docilis, modeſtus atque ad literarum ſtudia propenſus, quo circa intra breve temporis ſpatium mira ingenii facilitate Eloquentiam ac jurisprudentiam didicit, aliisque Sacrioribus literis animum inſtruxit, demum vero anno ætatis ſuæ vigeſimo Chriſti vero milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſeptimo Romam accedens Ghislerio tum Cardinali Alexandrino ab epiſtolis erat, quo autem non poſt anno ad Pontificatum aſſumpto ſub nomine Pii V. primus illius nominabatur Secretarius, quo in munere aliisque graviſſimis negotiis præclaram virtutis indolem, conſilii promptitudinem, morum integritatem, induſtriam, exquiſitumque ſtudium tam luculento teſtabatur ſpecimine, ut Presbyter Cardinalis tit. Sanctæ Suſannæ ac paulo poſt Senogallienſis Epiſcopus crearetur. Pur-

Purpuram adeptus ſuis meritis tantam ſibi apud Pontificem gratiam, & apud omnes auctoritatem atque exiſtimationem conciliabat, ut Pius Papa illum omnium arcanorum participem redderet, ac penes ipſum integram negotiorum adminiſtrationem, ditionisque Eccleſiaſticæ regimen eſſe juberet. Defuncto autem Pio V. eandem vitæ rationem, quam faventis fortunæ tempore tenuerat, etiam ſub Gregorio XIII. Succeſſore cum æquali innocentiſſimæ vitæ tenore conſervabat, nullius oppreſſi defenſionem, nullius amici aut clientis patrocinium in ſe ſuſcipere recuſans. Gregorio demum e vivis ſublato Sixtus V. ejus Succeſſor Hieronymum perſpecta ejus accerrima ingenii acie, ac vitæ candore ſibi a ſecretis eſſe voluit, eumque Romanæ Urbis Vicarium conſtituit, quam etiam dignitatem ſub quinque Pontificibus ſumma cum laude exercuit. Interim vero divini cultus promovendi ſtudio accenſus Eccleſiam S. Suſannæ, cujus titulum annos ſeptem ſupra viginti tenuit, eximiis picturis, pretioſis marmoribus, variaque ſuppellectile ſacra tam copioſe exornabat, ut potius recens ædificata, quam reſtaurata videretur: præterea octennio, priusquam decederet, nobiliſſimum ſibi monumentum ibidem conſtrui

Sæc. XVII. A. C. 1603.

Sæc. XVII. A. C. 1603.

strui curabat; qui etiam Romæ die decima quarta Junii Vir æterna memoria dignissimus mortalitatem exuit.

§. LXX.

Sylvii Antoniani Cardinalis extrema

Ciacon. in vit. Clem. VIII. t. 4. Maracc. Purp. Marian. Attichy Hist. Card. Jan. Nic. Pynac. 1.

Hunc pari fato sequebatur Sylvius Antonianus communi bono Romæ Anno reparatæ salutis millesimo quingentesimo quadragesimo die ultima Decembris felici omine natus; ejus quippe Mater in somnio audire sibi videbatur, se puerum parituram, qui *parentibus solatio, Ecclesiæ ornamento, omnibusque virtutum exemplo futurus esset*: non inane erat hoc vaticinium; a teneris enim annis pietatis studio addictissimus nondum expleto decimo ætatis suæ anno in humanioribus non solum disciplinis sed præcipue literis græcis, arte poetica & Musica tantum profecit, ut carminibus suis ex tempore recitatis, aliisque ingenii momentis sibi Cardinalium, aliorumque Principum favorem conciliaret; unde a Pio IV. cujus adhuc Cardinalis laudes extemporaneo carmine ad lyram olim canebat, Romam accersitus inter Palatii Pontificii familiares cooptatur, postea Carolo Borromæo Cardinali Magister, & latinarum epistolarum a secretis tribuitur, quocum etiam, dum Medio-

Mediolanenſis Archipræſul nominatus eſt, Mediolanum profectus ibidem acta Diæceſanæ Synodi conſcripſit. Romam iterum a Papa vocatus literas elegantiores in publica Academia tradebat, poſtea ſeſe totum Theologiæ ſtudiis, Sanctorumque Patrum Lectioni ſacrabat, quem paulopoſt Pio V. mandante Sacrum Cardinalium Collegium ſibi a ſecretis elegit, quo munere per annos quatuor ſupra viginti conſtantia prorſus ſingulari, diligentia ac fide illibata fungebatur. Demum a Gregorio XIII. Sixto V. & Gregorio XIV. variis, iisque perquam honorificis muneribus præficiebatur, in omnibus ſeſe pietate, innocentia, ſobrietate ac prudentia prorſus eximium exhibens. Tandem a Clemente VIII. Pontificii Cubiculi Præfectura, arcanarum literarum munere, ac Vaticanæ Eccleſiæ Canonicatu decoratus eſt, ubi non Eccleſiæ, ſed ſuis ſtipendiis militaſſe videtur, eoquod ferme totum, quod ex quotidianis diſtributionibus perceperat, in pauperes & ædes Sacras profunderet: Oblatam inſuper Papienſem Infulam, commiſſi gregis rationem Deo reddere veritus recuſabat, Abbatiam vero ſibi a Clemente delatam ea lege acceptabat, ut illam ſumptibus ſuas facultates excedentibus inſtauraret, ornaretque, ob

Sæc. XVII. A. C. 1603.

Miræus Script. Sæc. XVII.

Sæc. XVII. A. C. 1603.

quam prodigalitatem a quodam amico reprehensus respondit: *nonne meministi hilarem datorem a Deo diligi: Sacerdotia nobis creduntur, non quo locupletemur, sed quo Ecclesiasticorum bonorum dispensatores simus, quæ partim Ecclesiæ, partim pauperes sibi vendicant:* Demum anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo sexto die tertia Martii Cardinalis tit. S. Salvatoris in Lauro renuntiatur. Confessarii sui preces, Deique opem profusis lacrimis implorabat, ne collata Purpura suæ saluti noceret, cum, ut ajebat, *ad dignitates elati ruinæ proximi sint*: Eapropter ab illo tempore impensius adhuc humilitatem, necnon victus ac vestitus parsimoniam colebat, nummos in pauperes & loca Sacra liberalissime effundens. Romanum quoque populum Tyberis inundatione afflictum pio subsidio recreabat, totoque illo anno nil nisi paululum carnis vervecinæ & jusculum, pyrumque coctum suæ mensæ apponi patiebatur, ut omnes pecuniam in miseros abundantius erogare posset: Munera tamen quævis, etiam honesto titulo oblata semper constantissime respuit, sibi soli austerus, erga omnes vero munificus, charitate fervens, officiosus, & liberalis præcipue erga Religiosos. Insuper præter singularem in Deiparam Virginem devo-

morem

morem ac pietatem, perpetuo Virginitatem, ac conſcientiæ nitorem tam ſedulo coluit, ut nullius unquam lethalis culpæ ſibi conſcius eſſet. Annum denique agens ætatis ſuæ ſexageſimum tertium mortis horam præſentiens, Sacellum ac tumulum ſibi parabat, & menſe Julio lethali morbo correptus, atque ad vitæ exitum ſe comparans omnia ſua bona pauperibus teſtamento reliquit, demum Pontificia Benedictione munitus die decima quinta Auguſti Beatæ Virgini in cælos aſſumptæ Sacra, uti optaverat, in Domino obdormivit, ſepultus in æde Virginis Deiparæ in Vallicella, nullo, uti caverat, Epitaphio nobilitatus. Sæc. XVII. A. C. 1603.

§. LXXI.

Hujus Cardinalis Scripta.

Adeo excultum in omni arte ingenium, defæcatumque judicium Silvius gerebat, ut ejus ætate Roma neminem ſe doctiorem, magisque eruditum numeraret: Præterquam enim, quod terſæ latinitatis, limatæque dictionis ſtylique nitidiſſimi præſtantia celebris eſſet, tanta etiam ingenii ac memoriæ felicitate, necnon judicii ſoliditate præpollebat, ut intra paucas horas integrum literarum acervum pluresque lucubra- *Poſſev. apparat. Bentivol. mem. c. 7.*

Sæc. XVII. A. C. 1603.

cubrationes, tam absoluto opere co- ficeret, ut nihil aut demere, aut mu- tare, vel lituris obducere necesse esset sed cuncta verba inventis admodum ap- responderent. Unde haud mirum, qu plurima eaque prorsus egregia inge sui monumenta posteris reliquerit, i ter quæ potissimum celebrantur. Tractatus de Christiana Puerorum e ditione Veronæ editus. II. De obs ritate solis in morte Christi. III. D succession Apostolica. IV. De Sty Ecclesiastico, seu de conscribenda E clesiastica historia, V. de Primatu P tri VI. Symbolum Apostolicum Ca chismo Romano insertum. VII. R sponsum ad Oratores Alexandrin VIII. Lucubrationes in Rhetoricam A stotelis. IX. Commentaria in orat nes Ciceronis: X. Orationes tredec XI. complura varii generis Brevia Ap stolica. XII. Volumen epistolarum præter varia poemata sacro-profan aliaque carmina.

§. LXXII.

Bonvisii Cardinalis fatum.

Ciacon. vit. Clem. p. 340. tom. 4.

Sexto post Silvii obitum die trigesim prima Augusti naturæ debitum so vit Bonvisus Bonvisius natione Tuscu patria Lucensis, qui generis sui splen dore

dorem præclaris animi dotibus conjungens jactis humaniorum literarum fundamentis mox ad jurisprudentiæ ſtudium animum adjecit, poſtea Romam delatus, morum affabilitate, judicii rectitudine, ſcientiarum fama, ac præprimis virtutum laude adeo clarus evaſit, ut utriusque, ut vocant, ſignaturæ Referendarius, mox Cameræ Apoſtolicæ Clericus, ac demum Provinciæ Anconitanæ Præfectus a Clemente VIII. nominaretur: nec hic ſteterat meritorum curſus, ac proin nec præmiorum copia; hic idem enim Pontifex, cum hujus Viri prudentiam, ac rerum bene gerendarum dexteritatem ſibi ſat perſpectam haberet, eundem Eccleſiaſtici exercitus, ductore Franciſco Aldobrandino, Generalem Commiſſarium in Hungaria conſtituit, quo munere Bonviſius ſtrenue perfunctus, ab eodem Papa Cardinalis Diaconus tit. SS. Viti & Modeſti renuntiatur. Poſtea ad varia Urbis negotia adhibitus, anno poſt Chriſtum natum milleſimo ſexcenteſimo ſecundo die decima octava Martii ad Barenſem Archiepiſcopatum evectus eſt, quem tamen nonniſi annum unum, menſes quinque & dies duodecim tenuit, atque exiguo illo tempore copioſam animarum meſſem collegit; quippe totus in eo erat, ut populum Salutaribus

Sæc. XVII. A C. 1603.

Sæc. XVII. A. C. 1603.

doctrinis imbueret, verbum Dei prædi-caret, Sacramenta ipsus administraret & Clerum ad severiorem disciplinam revocaret. Insuper pupillos, viduas & pauperes liberali manu sublevare & pœnitentium confessiones excipere inter primas curas habuit, verus æque ac indefessus animarum Pastor. Tandem meritis plenus, cæloque maturus non nisi anno ætatis suæ quadragesimo tertio ad æternam transiit gloriam.

§. LXXIII.

Hieronymi Matthæi Cardinalis mor

Ciac. in vita Sixti V. t. 4.

Postremus inter Purpuratos hoc anno defunctos erat Hieronymus ex nobilissimo Matthæiorum Sanguine natus anno a partu Virginis quingentesimo quadragesimo sexto supra millesimum. Hic quamprimum adoleverat, liberiis disciplinis enutritus, quicquid in Poetis lepidum, apud Oratores grave in Historia eruditum erat, sua cognitione assequebatur: nec tamen his solis diis sua ingenii vis atque amplitudo delectiari poterat, eapropter jurisprudentiæ præceptis apprime imbutus in aula Romana Protonotarius Apostolicus, utriusque Signaturæ Referendarius, Camerae Apostolicæ Clericus, ejusdemque Præses & Auditor supremus creabatur.

batur: creſcente autem nominis ſui glo- Sæc. XVII.
ria, ac meritorum præſtantia ſub Sixto V. A. C. 1603.
Cardinalis Diaconus titulo S. Adriani nominatur, quo tamen relicto illum S. Agathæ, dein S. Mariæ in Cosmedin, ac tandem S. Euſtachii optavit. Abbatias quoque Amolenſem & Nonantulanam adminiſtrabat, necnon Sacræ Congregationi præfectus, aliisque muneribus non ſine laude defunctus magnam juſtitiæ, ac prudentiæ famam ſibi comparabat. Sub Clemente VIII. anno Pontificatus ſui primo ex Diaconorum Ordine ad Presbyterum Cardinalem tit. S. Pancratii die decima tertia Februarii evectus, inter Cardinales, qui ſeptimum Decretalium librum concinnabant, annumeratus eſt. Pluribus interfuit Comitiis Pontificiis, iis ſcilicet, in quibus Urbanus VII. Gregorius XIV. Innocentius IX. & Clemens VIII. Romani Pontifices renuntiati ſunt. Edidit quoque multa, digna & præclara opera: tandem vero die octava Decembris anno ætatis ſuæ quinquageſimo ſeptimo improviſa morte vivis ereptus eſt, ſepultus in Eccleſia Aræ cæli in proſapiæ ſuæ Sacello.

§. LXXIV.

Franciſci Vietæ obitus.

Sæc. XVII. A. C. 1603.

Nec omittendi sunt Viri literis clari eodem hoc anno fatis functi, ex quibus præprimis memorandus venit Franciscus Vieta Fontenaio in inferiore Pictonum Provincia natus, qui a tenera ætate studiis liberalium artium imbibendis assuefactus, totum sese Mathematicis disciplinis dicabat, tam celeri tamque copioso proventu, ut quicquid a veteribus eo in genere olim inventum, sed temporum injuria deperditum vel obsoletum fuit, ipse assidua mentis applicatione aut rursus invenerit, aut restaurarit; tam profundæ enim meditationi immersus erat, ut non raro integrum triduum in cogitatione defixus ad pulpitum tam pertinaciter sedere coactus esset, ut cibo vel potu, naturam refocillare negligeret, capto interquidem somno nisi per intervalla. Debetur etiam huic Viro gloria, quod veteris prior adinvenerit ita dictam *Analyfin speciosam*, cujus inventionis felicitas huic Viro tantam conciliabat existimationem, ut nihil suæ cognitioni impervium esse crederetur, quocirca cum Hispani tempore Fœderis Gallici plures literas ignotis characteribus exaratas ad Fœderatos mitterent, ut cum eis arcanas consiliorum rationes per secretam hanc consensionem exco-querent, Franciæ Rex interceptas ejus-mod-

Thuan. l. 129. Vossius de Math. scient.

modi literas ad Vietam mitti jubebat, Sæc. XVII.
ut illarum ſenſum aſſequi ſatageret: A.C. 1603.
nec inanis erat concepta in hunc Virum fiducia; ipſe enim nullo ferme negotio arcanas detexit notas, literasque dexterrime interpretatus eſt. Eadem facilitate quosdam etiam errores in Calendario Georgiano detexiſſe ratus, novam, quæ in Eccleſia Romana recipi poſſet, normam ad Eccleſiaſtica feſta ritusque accommodam Epactis aureo numero ſubrogatis concinnabat, typisque editam anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo ſupra milleſimum Cardinali Aldobrandino Lugduni obtulit, irrito tamen ſucceſſu; eoquod in ejus ſyſtemate adhucdum nonnulli contra Nicæni Concilii Canonem errores reperirentur, quibus tamen haud leviores Franciſcus noſter P. Chriſtophoro Clavio Jeſuitæ præcipuo novi Calendarii Architecto exprobrabat, ſuumque de hoc Viro judicium his verbis exprimebat: *Optimus eſt Mathematicorum elementorum interpres & eximia facilitate, quæ ab inventoribus obſcurius in quavis eorum parte tradita ſunt, explicat. Ceterum, quantum ad ſcientiam, ita ſcribit, ut ſcribendo, quæ ſcribit, primum diſcere videatur, nihilque de ſuo ingenio addat, ſed deſcribat omnia; ſuppreſſis vero eorum, a quibus proficit, nominibus, nullo operæ pretio, niſi quod*

Sæc. XVII. A. C. 1603.

ſparſim, confuſe & minus dilucide ab aliis ſcripta, ipſe colligit, ordinat, & ita perſpicue proponit, ut ex alienis propria efficiat.

Viciſſim vero Vietam Joſephus Scaliger, dum de cyclometricis cum ipſo diſceptabat, acrius reprehendit, poſtea tamen cognitis Viri meritis honorifica palinodia ſeipſum caſtigavit. Obiit Franciſcus hoc anno in patria ſua die vigeſima tertia Februarii. Edidit quidem plurima opuſcula, quæ tamen admodum rara ſunt; eoquod illa ſuis ſumptibus cudenda curaſſet, atque exemplaria penes ſe retineret, nonniſi inter Amicos ſuos diſtributa: præcipue tamen celebrantur ejusdem *Canones in Calendarium Gregorianum perpetuum*, necnon *relatio Calendarii*. Exſtant etiam tractatus *de æquationum Recognitione & emendatione nova*, & de *Algebra nova* præter ipſius *reſponſa de rebus Mathematicis*, & *tractatum de numeroſa poteſtatum reſolutione*.

§. LXXV.

Guido Coquillius fatis functus.

Thuan. l. c. Journal des Scavants Ephem. 34. Teiſſier elog. tom. 2.

Eodem fato ſublatus eſt Guido Coquillius Romanei Toparcha Noviodumo Æduarum, quod hodie Nivernium dicitur, anno Chriſti milleſimo quingenteſimo vigeſimo tertio natus. Is Lutetiæ

tiæ Parisiorum primum literis humanioribus, dein juri utrique operam dedit, atque in Parisiensi foro Caussidicum aliquamdiu agens, Patavium contendit, ut sub Mariano Socino Juniore, cujus nomen tum celebre erat, in jurisprudentiæ studio magis adhuc sese perficeret, inde Aureliam, ac paulopost Nivernium reversus, supremi Procuratoris munere decoratus sæpius Aureliam, & Blesas ad Gallicana Ordinum comitia ablegatus est: tandem vero Mense Majo octogenario major, Vir de sua ætate & posteritate optime meritus decessit. Quoniam vero, dum viveret, opera a se elucubrata typis mandare haud curaret, dudum ea in scriniis variis dispersa delitescebant, unde post ipsius obitum in iis colligendis multum laboris ac temporis insumptum: tandem vero post sedulam inquisitionem maxima pars illorum inventa est, duobus voluminibus comprehensa, quæ anno supra millesimum sexcentesimo sexagesimo quinto Parisiis Billaneis, ac postea millesimo septingentesimo tertio anno Burdigallensibus literis excusa prodiere. Primum volumen continet reflexiones ad status Ecclesiastici reformationem utiles. Sequitur tractatus de Gallicanæ Ecclesiæ libertatibus, in quo Author demonstrat, quous-

Sæc. XVII. A. C. 1603.

Sæc. XVII. A.C. 1603.

quousque Regis poteſtas in adminiſtratione politiam Eccleſiaſticam concernente ſe extendat. Sunt præterea in eodem volumine plura alia opera, quorum maxime memoranda eſt Nivernenſium Hiſtoria, in qua præter illustres, quæ hanc Provinciam concernunt, varia de annexis Regionibus, & familiis hunc Ducatum olim poſſidentibus recenſet. Alterum volumen varios jurisprudentiæ tractatus complectitur, ac præcipue *Inſtitutiones Juris Gallici*, quod opus ob ſummam utilitatem maximi habetur. Poſtea ſequuntur innumeræ Juris quæſtiones, omnes profunda eruditione agitatæ, ac non ſine magno judicio deciſæ. Denique additus habetur Commentarius in Nivernenſium ſtatuta, qui tantæ auctoritatis eſt in illa Provincia, ut deciſiones tum datæ hodiedum pro norma habeantur ad dirimendas difficultates, quæ in ſtatutorum illorum interpretationibus occurrunt.

§. LXXVI.

Joanni Petri Mafei extrema.

Erythræus Pinac. 2. pag. 348. Alegambe Bibl. Script. S. J.

Hunc pariter annum exitialem filii habuit Joannes Petrus Mafeius natione Italus, patria Bergomas, qui honeſto genere progerminatus utriusque Zanchii

Zanchii, Basilii & Joannis Chrysostomi Regularium Canonicorum Magisterio usus Tuscas, latinas, Græcasque literas summa facilitate didicit, postea Romam profectus magnam sibi existimationem conciliavit: tandem a Republica Genuensi accersitus, urbis illius Nobilibus præcepta Rhetorices tradidit, quo munere tanta cum eloquentiæ & eruditionis laude fungebatur, ut eadem Respublica illum arcanorum omnium participem conscriumque faceret: postea annos triginta natus die vigesima sexta Augusti anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quinto Romæ Societati nomen dedit, ac sexto post anno professionem emisit; præceperat enim Pius V. ut Societatis Novitii, elapso probationis anno, publico solemnique ritu, sicut ceteri Religiosi, profiterentur, quæ tamen lex postea a Gregorio XIII. sublata est. Postquam Romæ pereleganti stylo vitam S. Ignatii Loyolæ scripserat, Ulyssiponem profectus est, inde vero in Italiam reversus Historiam Indicam cum selectis epistolis ex India elucubravit: Jussus dein a Gregorio XIII. historiam Ecclesiasticam sui Pontificatus contexere, eam tredecim libris absolvit: accersitus postea a Clemente VIII. in ædes Vaticanas, ut inchoatam historiam Ecclesiasticam, & usque ad Gre-

Sæc. XVII. A. C. 1603.

Sæc. XVII. A. C. 1603.

Gregorii obitum protractam ad sua tempora protenderet, manum quidem admovit, tresque libros confecit, calamum tamen paulopost mors excussit; die enim vigesima Octobris Tibure anno ætatis suæ sexagesimo septimo mortuus est.

§. LXXVII.

Varii Societatis Scriptores hoc anno denati.

Alegambe l. c. Miræ: Script. Sæc. XVII.

Plures adhuc e Societate Scriptores occurrunt, qui hoc anno e vita migrarunt, quos inter præcipui sunt. I. Antonius Vivianus, qui Petracorii natus, Tolosæ in ipso hujus anni limine anno ætatis suæ quinquagesimo septimo decessit: edidit gallice librum de imitatione Christi, epistolas Generalium Societatis, necnon libros de Angelo custode, de Virginitate, de oratione quadraginta horarum, & de Pietate erga Deiparam. II. Joannes Arnbrester natione Germanus, patria Franco, qui Spiræ die vigesima septima Martii quinquagenarius decessit. Exstat ejus *Olivetum Spirense* rogatu Canonicorum Spirensium editum. Descripsit etiam metro *divos quatuordecim Auxiliares publico cultu celebres in Diœcæsi Bambergensi* præter orationem in mortem Danielis Archi-

Archiepiſcopi Moguntini. III. Andreas Vermadius natione Belga, patria Arnhemius, qui die vigeſima quinta Auguſti naturæ debitum ſolvit, poſteris relicta epiſtola *ad Juſtum Calvinum, qua novem ipſius quæſtionibus de fide reſpondit.* IV. Emanuel Pimenta Luſitanus, qui varia poemata, necnon epigramata de Regibus Luſitanis conſcripſit, præter elogium de die Purificationis B. V. Obiit Eboræ die prima Octobris. V. Gregorius de Valentia, de cujus fato jam ſupra mentionem fecimus. Hic multa opuſcula de fidei controverſiis contra Sectarios, necnon de rebus fidei ſuo tempore controverſis elucubrabat. Scripſit etiam plura contra Antonium Sadeel & Fortunatum Grellium Calviniſtas, quod opus Ingolſtadienſibus literis excuſum prodiit: Exſtant etiam ejusdem Authoris commentarii Theologici, & Diſputationes in ſummam D. Thomæ Aquinatis. VI. Joannes Azor natione Hiſpanus, patria Marcianus ex oppido Lorca die decima Februarii Romæ fatis functus. Scripſit libros III. Inſtitutionum moralium, & Commentaria in Cantica Canticorum. VII. Joannes Oranus Leodienſis latine reddidit librum Petri Ribadineiræ de Principe Chriſtiano adverſus Machiavellum; edidit quoque apologiam *pro Societatis inno-*

Sæc. XVII. A.C. 1603.

Sæc. XVII. A. C. 1603.

innocentia præter literas Japonicas, Morgorenicas & Sinenſes: Vitam cum morte commutabat Montibus Hannoniæ die trigeſima prima Maji.

§. LXXVIII.

Deſiderii Buffet Carmelitæ mors.

Biblioth. Carmel. Joſ. Falco Chron. Carmel. Lud. Jacob. deſcript. Prov. Narbon.

His merito accenſendus eſt P. Deſiderius Buffet natione Gallus, in Pago Dommarienſi Diœceſis Lingonenſis natus. Hic iis artibus, quibus ætas puerilis informari ad humanitatem ſolet, apprime excultus Divione Philoſophicis æque ac Theologicis diſciplinis egregiam navabat operam; ſecum vero ſerio reputans humanarum rerum caducitatem, arctioris vitæ cupiditate exarſit, ac ibidem Carmelitarum Religioni nomen dedit, ubi emenſo ſtudiorum curriculo Pariſios miſſus, ob præclara ingenii ſui ſpecimina Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quinquageſimo nono in Academia Pariſienſi Doctoratus Laurea decoratus eſt: poſtea honorifica ſui Ordinis munia obiens, tandem anno Domini ſupra milleſimum quingenteſimo octogeſimo ſecundo per Univerſum Franciæ Regnum Vicarius Generalis nominatur. Erat Vir inter literatos æſtimatiſſimus, inter ſuos Zeloſiſſimus, ſtre-

nuus

nuus Religionis Catholicæ Defensor, Hebraici, Græci, Latinique idiomatis peritissimus, omnique scientiarum genere excultus. Decessit tandem Divione annis meritisque plenus, ibidem sepultus in sacello S. Desiderii, quod propriis sumptibus construi fecerat. Reliquit posteris inter alia ingenii sui monumenta sermones quadragesimales, nec non alias Conciones præter carmen quoddam contra hæreticos, & epistolas ad diversos. Exstat quoque Laurentii Burelli Episcopi Sistaricensis elogium a Desiderio concinnatum. Ex eodem Ordine hoc anno defuncti sunt alii Scriptores, uti P. Didacus Martinez, Petrus Lucius, Martinus a Martyribus, Petrus Roivela & alii.

Sæc. XVII. A. C. 1603.

§. LXXIX.

Joannis Demetrii Sollikowskii decessus.

Silentio haud prætereundus est Joannes Demetrius Sollikowskius Leopolitanus Archipræsul, qui Siradiæ natus in Cracovienſi Academia ingenium suum omni eruditionum genere excoluit, crescente autem meritorum gloria Sigismundus Augustus Poloniæ Rex eundem a secretis habere voluit, ac paulopost anno a partu Virginis mil-

Lexicon historic. lit. S.

Sæc. XVII. A. C. 1603.

lesimo quingentesimo septuagesimo pro concilianda pace Danos inter & Suecos Steuinum ablegavit: variis tamen adversæ fortunæ procellis Joannes fr Henrico III. Valesio jactatus clam una cum eodem Franciæ Rege in Gall contendit, inde autem anno restaurat Salutis millesimo quingentesimo septua gesimo quinto in Poloniam reversus, Stephano Bathorio in Regem rece electo sequenti anno ad Maximilianum I Cæsarem Legatus decernebatur, q legatione defunctus, ac honorifice d missus tertio tamen lapide ab urbe Re tisbonensi unacum Sociis suis capt Lincium abducebatur, integro quat mestri ibidem detentus, postea vero bertati redditus, ac in patriam reve sus ab eodem Rege Henrico una cu Georgio Radzivilio & Ernesto Weyhe sub annum Domini millesimum qua genteſimum octogesimum secundum L gatus in Livoniam decernitur, has Pro vincias in obsequium revocaturus: in redux ab Henrico Leopolitanus Arch præsul nominatur, qua dignitate co spicuus Romam contendit, ibidem n mine Regis summo Pontifici filialis ob sequii homagium præstiturus: Præter operam suam impenderat in componen dis dissidiis inter Sigismundum Regem & Maximilianum Austriæ Archiduce Regu

Regni competitorem: Tandem celeberrimus hic Vir, postquam quatuor supra viginti Legationes summa cum laude obiisset die decima septima Junii anno ætatis suæ septuagesimo quarto animam Deo reddidit. Edidit plura opuscula, inter quæ præcipue celebrantur ejus Commentarii in Psalmum sexagesimum septimum, necnon illius *fasti Christiani*. Elucubrabat pariter commentarium rerum Polonicarum, Prussiam Ducalem, jus Livonicum & Topographiam ejusdem Provinciæ præter alia ingenii sui monumenta. Sæc. XVII. A. C. 1603.

§. LXXX.

Petri Charronis extrema.

Mensem Novembrem hujus anni suæ vitæ postremum habuit Petrus Charron anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo primo Parisiis natus, ubi etiam literis bonisque moribus eruditus omnes diligentiæ partes explevit, præcipue jurisprudentiæ operam navans, quam etiam disciplinam Aureliæ & apud Biturices professus lauream Doctoratus promeruit: postea Lutetiam reversus aliquamdiu Causidicum egit, forensem tamen strepitum pertæsus Sacratioribus disciplinis addixit animum, non sine maximo pro- *Naudæus Bibliopolit. Sorel Bibl. Franc. p. 92.*

Sæc. XVII. A. C. 1603.

fectu; quippe in concionando ad popu-
lum tam fervens, tam eloquens ac effi-
cax evaſerat, ut non modo auditorum
mentes & affectus raperet, ſed & cer-
tatim a variis Epiſcopis ad obeunda
Theologicæ Cathedræ exercitia in Ca-
nonicis eorum Collegiis expeteretur:
ipſa quoque Margaretha Regina Petru-
conſcientiæ ſuæ Moderatorem eſſe vo-
luit, & Armagnacus Cardinalis Pap
Legatus Avenione hujus Viri confe-
tio delectabatur: Tandem in hac pi
exercitatione inſumptis circiter octo
decim annis primum Carthuſianis pot
ea Cæleſtinis inſtituti vitæque ſocietat
ſe jungere anhellabat, ab iis tamen
minime receptus, eoquod proveni
ipſius ætas ferendis Religioſæ diſcipli
næ auſteritatibus impar eſſe videretu
mutata ergo animi ſui ſententia Burdig
lam contendit, ubi arcto amicitiæ vinculo
jungebatur Michaeli Montano Orätin
Senatorii Principi, qui Scepticismum
reſuſcitaſſe dicebatur: ibidem quoqu
Petrus anno Salutis noſtræ milleſim
quingenteſimo nonageſimo quinto L
brum ſuum conſcripſit *de trina veritat*
cujus lucubrationis præſtantia tantam
ſibi comparabat famam, ut Divion
Cadurcorum ſupremus Epiſcopi Vica
rius & in Collegio Canonicorum Theo
logus nominaretur; nec tamen tanti
muse-

muneris amplitudo a ſtudiorum aſſiduitate Petrum avocare poterat, anno enim milleſimo ſexcenteſimo tres libros de ſapientia conſcripſit, quæ tamen lucubratio ei fatale negotium faceſſerat, a P. Franciſco Garaſſo, Scipione Dupleix, aliisque inſimulatus, quod impia, erronea atque Atheismum redolentia libro ſuo inſperſiſſet, quem tamen ex eruditis nonnulli ac præcipue Gabriel Naudæus vindicare nitebantur. Obiit Petrus apoplexia in publica platea tactus die decima ſexta Novembris. Profluxit quoque ex hujus Scriptoris calamo præter jam recenſita ſermo *de Divinitate*.

Sæc. XVII. A. C. 1603.

§. LXXXI.

Ægidii Hunnii interitus.

Inter celebriores Sectæ Lutheranæ Theologos, qui hoc anno deceſſerunt, memorari meretur Ægidius Hunnius Winenda-Wittembergius, qui die vigeſima Decembris anno partæ Salutis milleſimo quingenteſimo quinquageſimo natus a ſuis modicæ fortunæ parentibus ad ſectæ ſuæ miniſterium deſtinabatur, eoquod Mater ipſius gravida in ſomno culmum ſenſim in craſſam Templi columnam excreſcere vidiſſet. Lapidei hujus vaticinii ductu puer ad Scholam

Melch. Adam Vit. Theol. pag. 723. Hiſt. Eccleſ. Weisman. p. 2. §. 34. Sleid. Cont. lib. 9.

Sæc. XVII. A. C. 1603.

lam Adelbergenſis & Maulbrunnenſis Monaſterii, quod primum olim Præmonſtratenſium, alterum Ciſtercienſium Domus erat, mittitur, ibidem humanioribus literis eruditus, ac poſtea ad Tubingenſem Academiam profectus eſt, ibimum vigeſimo tertio ætatis anno Magiſtri honore decoratus Theologiæ operam dedit, juxta Matris ſomnium Miniſterium cætui adlectus: Haud multo poſt tempore in Marpurgenſi & Wittebergenſi Academia Profeſſor crebras cum Flaccianis contentiones habuit, nec magis pacificum ſe exhibuit adverſus Calviniſtas, quos unacum Leonardo Krentsheimio eorum, ut vocant, Superintendente a Sileſia exterminare nitebatur: anno autem e partu Virginis milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo acriter Samuelem Huberum Pareum inſectabatur, calamum ſtringebat adverſus Anhaltinas immutationes, eoquod ibidem ritus, quos adiophoros appellant, ſcilicet imagines, Altaria & organa e Templis eradicare juberentur. Intererat etiam Colloquio Ratisbonenſi ante biennium celebrato. Ceterum Georgius Calixtus Helmſtadienſis Theologus Hunnio imputat, quod ipſe per ſuas opiniones particulares ſyſtema de Prædeſtinatione hucusque inter Lutheranos & Calviniſtas

Vid. ſupra Lib. CLXXXV. §. 53.

vinistas concors immutarit: Pariter Hunnius *Calvino* suo *Judaizante* sicut & ceteris suis Scriptis contra Calvinistas editis vehementer offendit Reformatos, ex quibus Andreas Rivetus, ut suum Calvinum tueretur, acriter eum perstrinxit his verbis: *iniquissimum est inter alia, quod calumniose traduxerit tanquam prævaricantem, cui vitio nemo minus obnoxius fuit, quam Calvinus, sed argumentorum pondere potius agere voluit, quam numero, quod certe fuit strenui disputatoris, non ignavi blateronis, quales plerique fuerunt, qui leoni mortuo timidi alioqui lepores barbam vellicare ausi sunt.* Sæc. XVII. A. C. 1603. *Comment. ad Genes.*

Mox tamen Hunnius vindicias vulgavit adversus Rivetum. Ceterum hic Scriptor plures elucubrabat tractatus, qui quinque voluminibus comprehensi typis prodiere: ex quibus tamen præcipue celebrantur ejus commentarii in Epistolas D. Pauli, necnon tractatus *de Majestate S. Scripturæ.* Periit Hunnius hoc anno die quarta Aprilis, ætatis suæ quinquagesimo tertio.

§. LXXXII.

Theophili Glaseri obitus.

Huic annectimus Theophilum Glaserum, qui Renersdorffii in Misnia anno *Christian Schlegel vit. Glas.*

Sæc. XVII. A. C. 1603. anno post Christum natum millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio natus, in patria sua humanioribus literis operam dabat, Georgii Fabricii magisterio usus: anno autem millesimo quingentesimo septuagesimo primo Wittenbergam profectus ibidem tanto profecit se sacratioribus Musis dicabat, ut Magistrum promoveretur: Eo tempore nova Protestantium secta velut ursi catulus adhuc informis erat, ac ipsiusmet Lutheri Proto-parentis discipuli præcipue Melanchton circa articulum de cæna Domini, de ubiquitate seu omni præsentia Christi Domini & communicatione Idiomatum inter se acerbe collidebantur, imo præfatus Melanchton per Lutheri metum suæque conscientiæ injustam vim illatam fuisse querebatur, unde Lutherana reformatio potius factio, quam Religio esse cæperat, indies crescente numero illorum, qui Melanchtoni adhæserant, ac propterea Crypto-Calvinistæ appellitabantur: cum autem Lutherani ac præcipue Jacobus Andreæ & Chemnitius concordiæ formulam ederent, hanc quoque Glaserus suo firmabat chirographo. Creverat indetantopere hujus Theologi auctoritas, ut in Reinhartsheimensem Pastorem eligeretur, atque anno Incarnationis Dominicæ

minicæ milleſimo quingenteſimo octogeſimo Super-intendens nominaretur, quam tamen dignitatem humilis vir eo tempore recuſabat, ut poſtea pinquiori proventu majorique honore Dresdæ tertii poſt dictam Reformationem Superintendentis, ut vocant, officium aquireret, quo etiam obtento circa annum milleſimum quingenteſimum nonageſimum primum magno ſectæ ſuæ fervore functus eſt, atque adverſus Calviniſtarum dogmata, quæ bini ſui Prædeceſſores fors ad accenſam Lutheri facem cæcutientes clam invexerant, ſtrenue decertabat, donec die ſecunda Martii ad ſupremum Judicem Deum evocaretur. Scripſit varia, ac præprimis *Lutheri doctrinam contra Sacramentarios*, necnon *Ariſteam de verſione Septuaginta virali* edidit. Hujus viri vitam elucubravit Chriſtianus Schlegel Dresdæ anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo octavo typis editam, quæ tamen tot fabulis, inſulſisque adulationibus inſperſa eſt, ut in denſiſſimo ignorantiæ ſæculo ſcripta videatur. Sæc. XVII. A. C. 1603.

§. LXXXIII.

Thomæ Carturiti deceſſus.

Sæc. XVII. A. C. 1603.

Obiit pariter hoc anno Thomas Cartwigthus seu Carturitus præcipuus Puritani Schismatis Author, qui Herefordiæ natus emenso studiorum curriculo Cantabrigiensem Theologiæ Cathedram moderabatur: cum vero Elisabetha Angliæ Regina circa quæstiones inter Episcopales & Puritanos controversas Academicam Disputationem instituisset, & Carturito Prestonum Antagonistam suum palam præposuisset, ipse in rabiem actus in Hierarchicos præsente Regina impotenti insania debacchabatur, quocirca Witogisti Episcopi jussu sua cathedra amotus Genevam discessit, ubi Calvini sectam probe edoctus ac Theodori Bezæ, cujus gratiam acquirebat, patrocinio suffultus denuo Angliam repetit, ac paulopost ab Antwerpiæ Mercatoribus Concionatoris munere decoratus, aliquandiu ibi subsistit, evoluto autem aliquot annorum curriculo in patriam reversus est, magisque quam antea exulceratus animo in Hierarchicos palam tumultuabatur, morque insanientis more in eos probra jacere, & quicquid in buccam venerat contra Episcopalem Ordinem, Liturgiam, usum Albæ, aliosque ritus inter concionandum evomere cæperat. adeo, ut Academicorum plurimi publicis precibus interesse noluerint nisi inhabitu

Nicolsius Def. Eccl. Angl. p. 20.

bitu profano, aliique efferata licentia contra Eccleſiaſticam Angliæ diſciplinam auſi ſint inſurgere: aucto autem ſuorum numero libellum ſupplicem Senatui Anglicano porrexit, in quo inter cetera expoſuit, „quod Ordines partium „ſtudio abrepti ab æquo bonoque receſ„ſerint, ac propterea ſanctiſſimi omnes „cives eorum comitia velut corruptas „& conjuratas hominum impiorum coi„tiones deinceps evitaturi eſſent, qui „in futuro judicio Sodomæ & Gomoræ „magis impuniti erunt, quam in An„glicano Senatu, niſi eis, quæ ipſe jam „antea monuiſſet, Senatus ſe vellet „componere: de cetero ipſi parati eſ„ſent, Senatu licet invito hanc diſci„plinam a Deo præceptam conſtituere:„ Tandem vero non veritatis amore, ſed vindictæ & novitatis fanatismo abreptus publicum ſchisma invexit, factaque ſpe opimæ admodum prædæ Epiſcoporum Collegium evertere ſtatuit. Pariter Nicholſius Carturito imputat, quod ſeditionis in Reginam conflatæ conſcius haud parum concurrerit ad furores Hacketi, qui palam Londini a ſuis pro Rege Angliæ renuntiatus eſt. Hanc quidem calumniam a Carturito abſtergere nititur Peircius ſecta Puritanus; utut autem res ſe habuerit, id tamen certum eſt, quod Carturitus ob accen-

Sæc. XVII. A. C. 1603.

Sæc. XVII. A. C. 1604

accensam novi schismatis facem in cu- cerem detrusus paulopost Varvici de- cesserit. *Edidit commentarios in Pro- verbia & Ecclesiasten Salomonis*, item *epistolas D. Pauli ad Colossenses*, *harmo- niam Evangelicam contra novum Testamen- tum Rhemense: admonitiones duas Parla- mento oblatas*, necnon *earum apologiam adversus Witogistum Episcopum.*

§. LXXXIV.

Probrosa Societati Pyramis everſa Lutetiæ.

Serran. hist. Franc. *Juvenc. hist. Soc. l. 12. part. 5.*

Hic annus millesimus sexcentesimus quartus Jesuitis in Francia oppido fastus fluxerat; tanta enim apud Re- gem gratia atque auctoritate valebant, ut ab eo probrosam Pyramidem, con- velli obtinerent. Erat illa in æternum detestandi Regicidii monumentum Pa- risiis ante valvas Curiæ novem ante annos erecta, cujus basi statuæ quat- tuor insidebant, quibus decretum de ejiciendis Jesuitis insculptum legeba- tur. Vix autem Rex die decima tertia Februarii hoc monumentum everti jus- serat, cum illico quamplurimi maximæ auctoritatis Viri sese opponerent, cau- santes, gravem hoc facto maculam Pa- risinæ Curiæ inuri, ac præpostera mi- sericordia statuam destrui, quam Justi-

tia

tia erexiſſet, nihilominus cedendum erat Regis mandato, qui totam molem non noctu, uti quamplures petebant, ſed luce palam convelli juſſit, ut Jeſuitas ab hoc crimine omnino innoxios fuiſſe, luce meridiante clarius pateret. Ergo demolitioni manus imponitur, atque in pyramidis locum fontis receptaculum collocatur, abolita penitus nefandi criminis memoria. Sæc. XVII. A. C. 1604.

Præterea Jeſuitis die vigeſima nona Aprilis Collegium Pariſienſe reddebatur, obtenta etiam facultate literas publice docendi: Verum Pariſinæ Univerſitatis Rector vehementer obſtitit, cauſſa in forum delata; nec defuerunt opponentibus inſignes Patroni, imo ipſemet Cardinalis Peronius ceteroquin Jeſuitis addictiſſimus permoleſte tulit hoc diploma ſe inſcio impetratum: unde Regi ſignificabat, multos jam eſſe Pariſiis Theologiæ Doctores, quibus præripi diſcipulos non conveniret. Horum igitur repugnantia factum, ut Jeſuitæ per plures annos ſcholas ſuas aperire inhiberentur.

§. LXXXV.

Contentio inter Andegavenſem Epiſcopum & Senatum innovata.

Non

Sæc. XVII. A C. 1604.

Non multo post Pater Cotonus Jesuita arguebatur, quod Pontificis Nuntium instigasset, ut hic caussam ante biennium motam, quæ hactenus quieverat, innovaret, & adversus Scholæ Theologicæ censuram contra Carolum Mironem Andegavensem Episcopum a Collegio Andegavensi, uti fabulam jactabatur, latam reclamaret, eoque Ludovicus Servinus Regius Advocatus plurima contra honorem Sedis Apostolicæ, ejusque auctoritatem huic scripto inseruisset. Igitur die decima sexta Februarii Henricus Petraviva in Sorbonæ Aula Theologorum conventum solemniter habuit, in quo decretum, quod scriptum istud Collegii nomine evulgatum sit fictitium & suppositium, neque unquam ab eo profectum, existimatum autem omnino temerarium, seditiosum, offensionis plenum, erga Sedem Apostolicam injuriosum, schismaticum, impium esse, ac hæresin sapere constet. Id vero cum a Cognitore regio ad Senatum perlatum esset, censuerunt Patres, ut duo Theologi ex illis, qui præfato conventui intererant, proximo die unacum Collegii Syndico comparere juberentur, interdicta interim conventum celebrandi facultate, donec hi comparuissent. His biduo post adventantibus Harlæus Præses a Petraviva quæ-

Thuan. hist. Franc. l. 132.

Vid. Lib. 76. §. 4.

quærebat, cujus jussu & auctoritate conventus esset habitus: eo autem respondente, id jussu Regis factum, Harlæus petiit, ut de decreto seu potius libello famoso nuper condito rationem redderet: mox Petraviva intrepide reposuit, quod ipsemet conventum celebrari instituisset, accepto mandato ab eo, qui & in eum & in Senatum jus imperii habet. Hanc audaciam indignatus Præses, eum in crimen læsæ Majestatis incurrisse pronuntiat, moxque converso ad Apparitorem sermone acta deliberationis sibi exhiberi petit, rursumque Petravivam interrogat, a quo mandatum conventus indicendi emanasset, quo respondente, quod illud a Rege ex ore Cancellarii exceptum, & per illum Cardinali Gondio intimatum fuerit, denuo interrogabatur, cur tam infrequenti cætu id factum esset, reposuit Petra viva, triginta septem Theologos interfuisse, hunc autem idoneum esse numerum ad decretum sanciendum. Dimissis itaque illis Senatus censuit, ut Curia de tota re decerneret. Ita suppressis Sorbonicæ censuræ actis amplius suspensa est a Senatu deliberatio. Sæc. XVII. A. C. 1604.

§. LXXXVI.

Varii Religiosorum Ordines in Regno Franciæ admissi.

Sub

Sæc. XVII. A.C. 604.

Sub idem tempus Henricus Franc Rex non modo Jesuitis, sed vari etiam aliorum Ordinum Religiosis fe propitium ostendebat, atque inter eo Recollectis in via, quæ ad Vicenar castrum ducit, Parisiis Monaster exstrui concessit. In suburbio San Germani Fratres de Misericordia, q ægrotos curant, valetudinarium su construxere: Fundatum quoque ut v rorum, sic & fœminarum Fuliacensi Tolosæ cœnobium. Theresianæ ex H spania accersitæ, quæ Carmelitaru Regulam profitentur, in S. Michael suburbio ad S. Mariæ in Campis dom cilium struxere, præter alium ampli mum Conventum in suburbio S. Jaco Parisiis. Demum Capucinæ ex Bit ricensi urbe ad Pontem Esiæ fuer translatæ, constructo Regiis sumptib cænobio, ubi Aloysiæ, quæ Henrici II. Regis uxor erat, corpus Molinio Boi rum asportatum terræ mandatum e

Thuan. l. c. Calmet Hist. Univers. Abregé de l'hist. Eccles.

§. LXXXVII.

Continuatæ Congregationes de auxiliis.

Hist. Congr. de Auxil. l. 3. c. 30. Hist. Controv. l. 5. c. 28.

Disputationes hucusque ob solemn Epiphaniæ festa interruptæ ad ini tium hujus anni summo cum fervore reassumebantur, & quidem die vigesima Janua-

Januarii in Congregatione quadrageſi- Sæc. XVII.
ma prima ſummus Pontifex præſenti- A. C. 1604.
bus tam Cardinalibus, quam Epiſcopis, Cenſoribus, & Theologis, & FF. Prædicatorum Generali binas quæſtiones mature dijudicandas propoſuit, quarum prima erat hæc: *An ſit de expreſſa S. Auguſtini ſententia, aut ſaltem de ejus mente, vel potius contra ipſius doctrinam, quod interna Dei vocatio ad fidem, licet donum Dei ſit, multum tamen pendeat a libero arbitrio ejus, qui vocatur?*

II. *An interna vocatio fidelis ad pœnitentiam maxime pendeat a Miniſtris Eccleſiæ, atque a libero arbitrio.*

Circa utramque propoſitionem diu adverſus Patrem Thomam Lemos Ferdinandus Baſtida acriter diſputabat, ſuppetias ferente ejus ſocio Patre Joanne de Salas, finita autem diſputatione in Congregatione quadrageſima ſecunda die ſequenti deciſum eſt, *propoſitionem Molinæ (Vocatio Dei interna ad fidem, & excitatio ad pœnitentiam multum pendet a libero arbitrio) non eſſe ſecundum Doctrinam S. Auguſtini, neque ex illa deduci.*

Die decima ſexta Februarii indicabatur Congregatio quadrageſima tertia, in qua Patre Lemos adverſa valetudine præpedito Didacus Alvarez diſputabat circa hunc articulum: *An ſit*

Sæc. XVII. A. C. 1604. *de expressa sententia S. Augustini, aut falsitem de ejus mente, vel potius contra ejus doctrinam, quod dum sumus in via, semper in manu liberi arbitrii sit nostra salus, perque nos ipsos stet, quod ad Deum nos convertamur?*

Hanc assertionem Pater Bastida affirmare haud dubitabat, reclamante Didaco Alvaresio, qui salutis nostræ potestatem ex auxilio gratiæ in nostro arbitrio positam concessit, pelagianum autem esse demonstravit, quod semper ideo in manu nostra sit salus, quia si fecerimus, quod in nobis est, præsto Deus nobis aderit ad consequendam gratiam: Egregie autem Pater Bastida præfatam propositionem vindicabat. Nihilominus soluto congressu in congregatione quadragesima quarta die decima septima ejusdem Mensis cessuere Consultores, quod *expendendo hanc propositionem, prout asseritur a Molina, ejus proprium & genuinum sensum ab auctore intentum esse, quod dum sumus in via ea ratione in manu consilii nostri est nostra salus; quia si ex solis viribus naturæ fecerimus totum quod in nobis est, gratiam infallibiliter consequemur ex certa lege, per quam operemur, ut ad salutem oportet.*

Conferendo itaque istam propositionem cum doctrina S Augustini, sub isto sensu a Molina intento, resolvit Congregatio,

non

Sæc. XVII. A. C. 1604.

non esse de mente S. Augustini prædictam propositionem, ut sic ab illo assertam, sed potius doctrinæ illius omnino contrariam, & Pelagii dogmati quoad utramque partem maxime consonam.

Huic tamen censuræ non subscripsere Episcopus Aquilanus & Collegii Carmelitarum Regens. Acrior erat disputatio die vigesima secunda Martii in Congregatione quadragesima quinta, cui Pater Lemos pristinæ sanitati restitutus interfuit, proposita quæstione: *An sit expressa sententia S. Augustini, vel saltem de ejus mente, aut potius contra ejus doctrinam, quod Deus leges ordinarias donorum suorum adultis distribuendorum, magna ex parte usui liberi arbitrii accomodaverit?* Pater Lemos ad hanc doctrinam confirmandam duos hujus propositionis sensus exposuit, juxta quos Molina Dei dona libero nostro arbitrio accommodans Pelagianæ hæresi accedere videbatur: nec parcius Bastida Prædicatorum Doctrinam Calvinismi non semel insimulabat: denique Lovanienſis Academiæ censuram rursus suo Antagonistæ obtrudit Lemosius.

Id vero indigne ferens Bastida *miror*, inquit, *quod Reverendus Pater in conspectu Sanctitatis Vestræ produxerit in hac materia Lovanienses: cum ab hac Sancta Sede fuerit eis impositum silentium, quia*

Sæc. XVII. A. C. 1604. *injuſte accuſabant Patres Societatis de quibusdam propoſitionibus doctrinæ ſanæ.*

His vero mox Lemoſius repoſuit: *certe miror, quod hæc audeas proferre, cum nihil fuerit ab hac Sancta Sede contra definitum: nam per illam Bullam tantum impoſitum fuit ſilentium Patribus illis, & vobis etiam, ne de propoſitionibus ſanæ fidei eſſet controverſia, non ait, veſtras propoſitiones fuiſſe ſanæ fidei, ſed controverſias ſuper rebus ſanæ fidei, & ideo præcipitur utriusque partibus, ut datis earum rationibus Sedi Apoſtolicæ, exſpectent quid ab ea fuerit definitum.*

Poſtremo objecit Jeſuitis cenſuram latam in Petrum Rivium S. Theologiæ Licentiatum, qui propter Divinæ gratiæ efficaciam futurum contingens negabat, ex qua damnatione pariter ſententia Jeſuitarum, qui per efficaciam gratiæ antecedentem tolli libertatem arbitrii exiſtimant, damnata videtur. Tandem Clemens Papa diſputationi finem impoſuit, ac die vigeſimâ ſeptimâ ejusdem Menſis Cenſores decidere: *hanc propoſitionem in ſenſu Molinæ non eſſe ſecundum doctrinam S. Auguſtini, ſed potius eſſe Pelagianam: excepto Regente Collegii Carmelitarum, qui aſſeruit Molinæ ſententiam eſſe probabilem.*

§. LXXXVIII.

Sæc. XVII.
A. C. 1604.

§. LXXXVIII.

Congregationes XLVII. XLVIII. XLIX. & L.

Die vigesima prima Aprilis in Congregatione quadragesima septima in quæstionem vocabatur sequens articulus: *An Deus essentialiter, exigat ab homine, ut prius faciat quod in se est, antequam fidem donet? quamvis enim Deus fidem non conferat propter ea, quæ antecedunt, nihilominus illam concedere non solet, nisi antecedant, ut dicit Molina.* *P. Livin. l. 5. c. 32. P. Serry l. 3. c. 33.*

Non diffitebatur Bastida, quod Molina affirmarit, Deum nunquam denegare gratiam facienti ex suis naturalibus, quod in se est: demonstrabat tamen, eum nunquam admisisse, quod Deus ad dandam gratiam effectualiter exigat, ut homo prius faciat, quod in se est. Verum hanc fuisse Molinæ sententiam comprobare nitebatur Lemosius, eoquod hic Author statuat, Deum ex certa lege gratiam prævenientem conferre, quoties homo viribus naturæ facit, quod in se est, simulque actus liberos moraliter bonos interiori vocationi præexigat. Absoluto hoc congressu die vigesima tertia Aprilis in Congregatione quadragesima octava decisum, *hanc propositionem non esse consonam*

Sæc. XVII. A. C. 1604.

nam doctrinæ S. Auguſtini; ſed ab ea quam longiſſime diſcedere, & continere errorem Pelagianorum. Molinam vero in ſenſu Pelagiano illam docuiſſe, ut ex pluribus locis illius CONCORDIÆ ad invicem collatis conſtabat. Nihilominus tamen Dominus Epiſcopus Aquilanus cenſuit propoſitionem eſſe Pelagianam; ſed addidit ſibi non conſtare, quod Molina illam aſſeruerit. Pater Rada dixit ſe non inveniſſe hanc propoſitionem apud Molinam totidem & formalibus verbis; legiſſe tamen aliam deteriorem, ex qua illa facile deducitur. P. Regens Collegii Carmelitarum dixit, hanc propoſitionem Molinæ non eſſe alienam a Doctrina S. Auguſtini.

Porro in Congregatione quadrageſima nona die trigeſima ejusdem Menſis diſputatum eſt de actibus credendi, sperandi, diligendi Deum, quos (licet ſupernaturales atque ex fine bonos & ad ſalutem conducentes) Molina tamen liberi arbitrio tribuiſſe dicebatur: unde in Congregatione quinquageſima die prima Maji deciſum, *actus hoſce elicitos propter Deum, & cum omnibus bonis circumſtantiis, eſſe actus prout oportet: atque adeo elici non poſſe, ſine Spiritus Sancti gratia, & idcirco Molinam erraſſe, dicendo, poſſe hominem ex ſola facultate naturæ credere, ſperare & diligere.*

§. LXXXIX.

Sæc. XVII.
A. C. 1604.

§. LXXXIX.

Congregationes LI. LII. LIII. & LIV.

Poſtmodum die ſeptima Maji in Congregatione quinquageſima prima agitabatur ſequens quæſtio: *In quo differant motivum pietatis Chriſtianæ, & motivum, quod actus fiant intuitu & contemplatione bonitatis & juſtitiæ Dei: cum ii actus fiant ex timore & amore Dei, etiam ſuper omnia?* *Acta Secret. Argentre collect. Jud. Univerſ. tom. 3. p. 169.*

Circa hoc dubium Baſtida Molinam vindicaturus, diſcrimen poſuit inter motivum Chriſtianæ pietatis, & motivum juſtitiæ & bonitatis Dei ſuper omnia dilecti: idem vero eſſe utriusque motivum judicarunt Cenſores in ſequenti Congregatione die octava ejusdem Menſis habita. Rurſus vero de eodem dubio actum eſt die vigeſima octava Maji in Congregatione quinquageſima tertia, quam ſequebatur cenſura die vigeſima nona ejusdem Menſis in Conventu quinquageſimo quarto pronuntiata, his verbis: *Quoniam Patres Societatis, ut vendicarent propoſitiones Molinæ a nota erroris, conſtituebant in præteritis ſeſſionibus, tanquam principium ſibi certum: Hoc objectum, Deus eſt ſumme bonus & juſtus, & propterea ſumme amandus, quia magna atque*

Sæc. XVII. A. C. 1604.

que innumera in nos contulit beneficia, de-
ditque pro nobis Filium suum in mortem
esse objectum indifferens ad actum natura-
lem & supernaturalem: voluit Sanctissimus
Dominus Noster, ut expenderetur, quam
veritatem hoc principium haberet; pos-
que de hac re singulare quoddam dubium
videlicet: an quando intellectus proponit vo-
luntati Deum amandum & colendum, ut
summe bonum & justum, præmiantem vir-
tutem præmio vitæ æternæ, & propter
summe amandum, quia pro nobis vitam &
sanguinem profudit, & scelera punientem
æterna damnatione; possit dici, quod pro-
ponat eum tanquam objectum naturale tan-
tum, an etiam supernaturale; aut tanquam
indifferens ad actum naturalem & supernа-
turalem? & an hoc modo dicatur illud pro-
ponere, tanquam rem ad fidem pertinentem
& sic tanquam objectum fidei?

Circa hanc propositionem *reſolvit*
Congregatio, objectum prout proponitur in
Dubio, non esse naturale, aut indifferens
ad actum naturalem vel supernaturalem; sed
omnino supernaturale, & ad supernaturali-
tatem restrictum; ita ut attingi non possit
a voluntate humana, sine gratiæ divinæ au-
xilio, maxime cum complectatur Mysterium
Incarnationis Filii Dei, & mortis ipsius,
quam pro nobis passus est: quod S. Augu-
stinus docuit lib. 7. Conf. cap. 9.

Extol-

Extollebant sæpius Molinæ vindices, quod Moguntina, Herbipolensis, Dilingana, Ingolstadiensis, Viennensis, Græcensis, Trevirensis & Mussipontana Universitates pro Molina judicium suum tulerint: ast flocci habebatur earum sententia, eoquod harum Academiarum Magistri nec ab Episcopis, nec a summo Pontifice hac super re consulti una duntaxat parte rogante, imo postulante suam protulerint sententiam, aliunde vero omnes hæ Universitates a Jesuitis, eorumque pedissequis regerentur. Sæc. XVII. A. C. 1604.

§. XC.

Congregationes LV. LVI. LVII. LVIII. LIX. & LX.

Ad diem trigesimam Junii indicitur Congregatio quinquagesima quinta, ad quam & deinceps novi aggregabantur Cardinales Anna Descars de Givri, Ferdinandus Taberna, & Anselmus Monopolitanus. His igitur, ceterisque pro more præsentibus Clemens Papa postrema hæc quæstionis nuperæ verba *an hoc modo* &c. discuti voluit, ex quibus concludi videbatur, quod si intellectus proponat voluntati Deum ut summe bonum & justum, proponat ipsum tanquam rem pertinentem ad fidem, proin tanquam objectum fidei su- *P. Serry hist. Congr. l. 3. c. 37. & seqq.*

Sæc. XVII. A. C. 1604.

pernaturale. Re utrinque discussa tandem die secunda Julii in Congregatione quinquagesima sexta sequens pronuntiabatur judicium, quod *objectum propositum in dubio sit res ad fidem pertinens, & absolute supernaturalis, ac propterea objectum fidei: atque adeo non posse proponi voluntati ab intellectu sub aliqua ratione naturali; multo minus voluntatem illud amplecti sine lumine supernaturali, & auxilio gratiæ divinæ.*

Quarto & quinto post die habitæ sunt binæ Congregationes, in quibus præsente Didaco Alvaresio, qui Generalis sui infirmitate detenti vices agebat, decisum est, quod in sententia Molinæ liberum arbitrium gratiæ præponderet, cum tamen juxta S. Augustinum & veritatem Catholicam gratia primas habeat partes. Postmodum Clementi summi Pontificis ægritudo proximam Congregationem ordine quinquagesimam nonam usque ad vigesimam septimam Octobris diem distulit, qua die de scientia media actum, hocque propositum est dubium: *An sit sententia S. Augustini, quod ante absolutum Decretum divinæ voluntatis, detur in Deo cognitio certa & infallibilis contingibilium dependentium a causa libera, qualem Molina per scientiam Mediam Deo tribuit?*

Præpri-

Sæc. XVII. A. C. 1604.

Præprimis ſummus Pontifex Jeſuitas admonebat, ut propoſitæ difficultati ſatisfacerent, indagandæ veritatis amore: Itaque Baſtida ſcientiam Moliniſticam pro aris & focis in hoc conventu propugnavit, nondum tamen de hac quæſtione differens, an ea admittenda ſit ſcientia, quæ Deo tribuit certam cognitionem contingentium dependentium a cauſſa libera *ante omne decretum abſolutum Divinæ voluntatis*, hinc Lemoſius ſic argumentabatur: certum eſt, quod D. Auguſtinus contra Pelagianos damnarit certam in Deo præſcientiam, qua Deus cognoſcat, quid liberum arbitrium ex innata libertate facturum ſit boni, Deo non donante & faciente ut faciat: aſt id ſtatuit Molinæ ſcientia media: hanc igitur damnat hic ſanctus Doctor. Hujus dicta rurſus Baſtida impugnare conatus, Lemoſio objecit, quod has propoſitiones: *Si Thomas diſputat, loquitur, ſi currit, movetur* inter conditionatas liberas numerare videatur, id vero negante Lemoſio, Baſtida inconſultæ accuſationis ſuæ veniam petens ait: *forte deceptus ſum, animum imponendi non habui, nec habeo*: mox tamen eundem urgebat, ut, qualiter Deus *abſtrahendo ab omni decreto* futura libera cognoſcat, declararet: verum cum Lemoſius hanc abſtractionem mere

Coronell. in compend. act.

Sæc. XVII. A. C. 1604.

mere metaphysicam esse ostendens alle-
reret, quod Deus futura contingentia
ut sunt mere in suis caussis, ante de-
cretum cognoscat, non tamen certo &
infallibiliter, post decretum autem in-
fallibiliter & certo, Bastida se in se-
quenti Congregatione hanc doctrinam
impugnaturum edixit: Ad hæc Lemos
sius ad Papam conversus ait: *Semper*
hic Pater quærit dilationes, aliasque Con-
gregationes: Pontifex vero longiores se-
monum ambages declinaturus Conven-
tum solvit: Die autem vigesima nona
ejusdem Mensis sequens ferebatur ju-
dicium: *non datur in Deo ante Decretum*
Divinæ voluntatis certa & infallibilis cogni-
tio futurorum contingibilium pendentium a
causa libera, qualem Molina Deo tribuit
per Scientiam mediam; hæcque de Scientia
Media Doctrina tradita fuit a Molina non
secundum Doctrinam S. Augustini, sed po-
tius contra illam, quam contra Pelagianos
& Semipelagianos docuit; & ex hac de
Scientia Media Doctrina multa sequuntur
incommoda & absurda contra Philosophiam
& veterem Theologiam, atque etiam con-
tra fidei principia; & propterea maxime
oportet, ut omnino exterminetur.

Huic censuræ omnes tam Episcopi
quam Theologi subscripserant, refra-
gante solo Bovio Carmelita, qui hac in
re Molinæ sententiam esse probabilem,
modum

modum vero, quo eam hic probavit, haud probandum fore asserebat. Sæc. XVII. A. C. 1604

§. XCI.

Postremæ quatuor Congregationes.

In nupera Congregatione Bastida petierat, ut sibi comprobatum reddere liceret, quod Deus futura conditionata nunquam *conjecturali*, sed semper certa & infallibili cognitione cognoscat, hinc ea de re, quam tamen de certo futuris nemo unquam negabat; fusius, in præsenti Congregatione disserere cæpit, nondum explicans, quo medio Deus in iis cognoscendis utatur: cum autem Lemosius sub exitum proxime antecedentis Congregationis dixisset, quod Deus futura contingentia ante decretum cognoscat; *non tamen certo & infallibiliter*, Bastida Lemosium acrius exagitabat, ex his verbis inferens, quod Deus hæc futura *conjecturaliter* cognoscat: hinc Lemosius reposuit, se quidem dixisse, quod Deus futura conditionata ante decretum non cognoscat esse certo futura, nunquam autem asseruisse, quod ea cognoscat *conjecturaliter*: Bastida autem fortius instabat, interrogans, num saltem hæc futura certo futura crederet ex vi conditionum suarum? ad hoc respondit, Lemosius: quis

P. Livin. hist. Controv. l. 5. cap. 46. Hist. Congr. l. 3. c. 40.

Sæc. XVII. A. C. 1604.

quis dixit illa futura ex vi illarum conditionum esse certo futura? dixi: Deum cognoscere illa esse certo futura conditionata, *quæ certo futura sunt, si tales* conditiones apponentur: non autem dixi, esse certo futura ex vi conditionum: objecit tamen Bastida, respondum hoc contradictionem involvere, cum in objecto futuro conditionato decretum absolutum involveretur. Lemos autem reponente, quod hæc mera necessitas hypotetica infallibilitatis, quæ libertati non officit, solutus est congressus, pronuntiato sequenti judicio: *Constituit Congregatio, certam & infallibilem esse scientiam, qua Deus cognoscit futura contingentia dependentia a causa libera tam absoluta quam conditionata, quæ certo sunt futura, si tales apponantur conditiones, quales prædicantur, quia tamen Patres Societatis non attigerunt, ex quo capite ejusmodi futura habeant quod certo futura sint, id acturi in proxime futura Sessione, perstiterunt omnes in sententia, prout in Sessione sexagesima.*

Die autem sexta Decembris in Congregatione sexagesima tertia summus Pontifex Jesuitis præcepit, ut semotis tergiversationibus exacte propositæ quæstioni de scientia media satisfacerent: mox Bastida summa animi alacritate exclamabat: *illuxit optata dies, quæ nobis compro-*

Sæc. XVII. A. C. 1604.

comprobandum est, quod Deus ante absolutum decretum certam & infallibilem cognitionem futurorum conditionalium habeat. Hanc in rem per tres facile horas perorabat, tandem ita concludens? *Sufficit demonstrasse, certum esse, cognitionem hanc certam & infallibilem esse in Deo ante decretum absolutum divinæ voluntatis simpliciter absolutum, sufficiat impugnasse Dominicanorum unicum asylum de decreto absoluto, de objecto conditionato, & ejus incommoda detexisse.* Absoluta hac oratione Lemosius hoc argumentum opposuit: nihil apertius impugnat Augustinus contra Pelagianos, quam certam in Deo præscientiam, qua Deus cognoscat, quid liberum arbitrium ex se facturum sit, Deo non donante & faciente ut faciat: nihil autem scientiæ mediæ nomine intelligit Molina, quam scientiam, qua Deus certo cognoscat, quid liberum arbitrium, si in tali rerum ordine constituatur, libere operaturum sit ex innata libertate, Deo non dante & faciente ut operetur: igitur &c. id vero Lemosius probabat ex Molinæ concordia 9. 14. & 15. disp. 98. & 50. P. Livinus ex suo suppetias ferens, addit: juxta Molinam Deus cognoscit, quid liberum arbitrium, si in tali rerum ordine constituatur, dependenter ab auxilio gratiæ bene operaturum sit, adeo ut

Sæc. XVII. A. C. 1604.

ut gratia in ipsa conditione importetur. His agitatis, solutaque Congregatione die septima Decembris in Conventu sexagesimo quarto Consultores censuere esse, *persistendum in sententia, quod ne sit in Deo ante decretum absolutum suæ voluntatis, certa & infallibilis cognitio futurorum contingentium dependentium a causa libera, qualem Molina Deo tribuit, scientiam mediam.*

§. XCII.

Hamptonianum Colloquium inter Anglicæ Episcopos & Presbyterianos.

Nichol. Def. Eccl. Angl. pag. 15. Toyras hist. d'Angl. l. 18. Vid. supra Lib. CLXXXV. §. LVII.

Jam anno reparatæ Salutis millesimo sexcentesimo primo ad sopiendas dissidia inter Puritanos & Episcopales publicum indicebatur colloquium, quod & hoc anno in Hamptoniana Aula die decima quarta Januarii celebratum est. Intererat Witogiftus Cantuariensis Archiepiscopus præter octo alios Episcopos, & totidem Decanos & Doctores aliquot, qui Episcopalium partes tuebantur: ex adverso propterea Puritanorum comparuere Joannes Raynoldus & Thomas Sparcius ex Academia Oxoniensi Theologiæ Doctores, necnon ex Universitate Cantabrigiensi: Chatterton, & Cneustubustius Liberalium artium

tium Magistri. Simul ac colloquio datum esset initium, mox Jacobus Rex Episcopos ad se accersiri jussit, ac post concessum deliberandi tempus ex eis scisitabatur, quisnam esset Ecclesiæ suæ status? his autem omnia bene compolita esse reponentibus, Rex non sine animi commotione eisdem introductas novitates, excitatasque turbas exprobabat: Ad hæc Episcopi in genua provoluti impense rogabant, ut nihil immutari permitteret, ne Catholici æque ac Puritani sese justam ipsis insultandi ansam habere existimarent, perinde acsi illos ad eorum sectam cultumque vi cogere coacti fuissent, in quibus jam ipsimet se hallucinatos fuisse faterentur. Nihilominus Rex, qui solus ipse singulis pene tacentibus Theologis per quinque ferme horas disputabat, Episcopis manifestum fecit, quod juxta Christianorum Principum exemplar Regni sui auspicia stabiliendis Religionis capitibus consecrare intentus esset, huncque in finem tam Episcopos, quam Puritanos convocarit, ut restaurata Ecclesiæ disciplina tandem scandalosæ inter eos dissensiones dirimerentur, & corruptelæ in Ecclesiis invectæ tollerentur: de cetero autem Ecclesiæ regimen, utpote optimum atque a Deo approbatum, uti sperare fas esset, nullatenus immu-

Sæc. XVII. A. C. 1604.

Sæc. XVII. A.C. 1604.

tare velit, sed duntaxat eorum quæs-
las excipere, ac discutere, necnon fu-
turis contentionibus fomitem præripe-
intendat, ac propterea cuncti libere su-
proponerent gravamina: His dictis mar-
Raynoldus Puritanorum nomine hu-
exposuit: dogma atque fidei artic-
Ecclesiæ Anglicanæ in aliquibus su-
obscuri, in aliis vero manci atque im-
perfecti: postea sigillatim hosce artic-
los proponens Regi supplicabat, qu-
tenus adeo clare, ut omnis ambigen-
locus præcluderetur, hos exponi, i-
los autem suppleri juberet: Ergo inte-
utriusque partis Theologos mox acc-
oritur verborum contentio, ac mut-
disceptatio, quam Rex sæpissime inte-
rumpens ad Ministrorum argumen-
partim rationibus, partim auctorita-
minarumque vi respondit, singulasq-
Puritanorum cavillationes contra Ec-
clesiam Anglicanam allatas evertit: E-
vero, cum præter omnem exspectatio-
nem Regem contra ipsos insurrexisse co-
nerent, velut pisces obmutuere, fi-
satisfactum esse fingentes: Tum ver-
Rex eisdem magnam exprobabat teme-
ritatem, qua ei ob ejusmodi nugas mo-
lesti esse haud dubitassent: his dictis
ab eis postulabat, ut quæ circa Eccle-
siæ Regimen externumque cultum pro-
ponenda haberent, in hoc consessu pro-
ferrent:

ferrent: tremula igitur voce exponunt, I. quod Ecclesiis Ministri nec docti nec tanto muneri idonei præficerentur, non sine magno populi damno, II. *liber Precum communium* seu liturgia Ecclesiæ Anglicanæ ipsis ab Episcopis vi obtruderetur, cum tamen in hisce precibus non pauca continerentur, quæ salva conscientia approbare haud possent. III. Clerus per Deputatos, qui sibi per summum nefas supremam Regis potestatem in Sacra arrogant, Laicorum censuræ subjiceretur. IV. Tollendus esset usus signi Crucis in administratione Baptismi, item annulus in Matrimonio cum certis ritibus, necnon *Alba*, qua Ministri induti Officio funguntur, pluresque aliæ res superstitionem redolentes. Rursus circa hos articulos utrinque acriter disceptatum, ac ipsemet Rex ad cuncta Puritanorum objecta respondit, quin Episcopis loquendi tempus superesset: Hæc agendi ratio, quam Rex tenebat, tam grata Episcopis, eorumque fautoribus accidit, ut supremus Regni Cancellarius hanc Regi suo adulandi occasionem haud prætermittendam ratus exclamaret, quod *Sacerdotalis dignitas Regiæ Majestati sit annexa hucusque crediderit, nunc autem de hoc articulo convincatur ob doctissimos Regiæ suæ Majestatis sermones:* Witogiftus quoque

Sæc. XVII. A. C. 1604.

Sæc. XVII. A. C. 1604. Cantuarienſis Archiepiſcopus adulatio- nis ſtudio inferior haberi nolens, quod Spiritus Sanctus ex Regis ore locutus eſſet, aſſerebat. Ceſſante demum in- ſulſa hac adulantium vociferatione Rex ſoluto conſeſſu Epiſcopis æque ac Puri- tanorum Miniſtris præcepit, ut tertio poſt die ad eandem reverterentur aulam.

§. XCIII.

Hujus colloquii continuatio atque ſucceſſus.

Thoyras Rapin l. c. Wilſon. Rog. Coke p. 7.

Die igitur decima octava Januarii prima ſoli Epiſcopi ad Regem accerſiti, eidem Liturgiæ Anglicanæ expoſitio- nem porrigunt, atque ad propoſitas quæſtiones de excommunicatione, ju- ramento, Deputatorum Curia, & libro *precum communium* eidem ſatisfaciunt. poſtea Jacobus Rex Puritanis adeſſe juſſis ſcriptum ab Epiſcopis oblatum præ- legi mandat: Ad hæc Miniſtri, ſi re- clamare vellent, ſe oleum operamque perdituros rati, omnino obmutuerunt, duntaxat eorum paucis ſua dubia jam ſatis eſſe eliquata aſſerentibus. Adeo nempe ad fortunæ flatum volubilis eſt eorum animus, qui ſectam profitentur, quam ipſimet duntaxat tamdiu veram eſſe credunt, quamdiu ea privatis eorum commodis deſervit. His ita paratis Rex

Rex Episcopos hortabatur, ut erga hosce Ministros a recta fide devios mansuetudine uterentur: Puritanis autem minabundus præcipiebat, ut deinceps sese Ecclesiæ magis morigeros exhiberent, cui hactenus ob leviſſimas rationes infensi fuissent, proin Ecclesiæ unitati accederent, ac sedulo caverent, ne obstinati atque inobedientes invenirentur: „timeo enim, ajebat Rex, ne inter vos „reperiantur nonnulli, qui fanatici ac „cervicosi alios pervertere satagunt; „vestra enim repugnantia, quam con„tra librum *Precum communium* osten„distis, ex animi vestri imbecillitate „oritur: inter vos tamen prudentiores „magisque moderati progressu tempo„ris lenitatis via ad saniora reducentur, „illos vero qui immorigeri & obstinati „persistent, expellere necesse erit; ma„gis enim expedit, ut tales e regno eji„ciantur, quam quod Ecclesia per ipso„rum dissidia perturbetur: Certus sum, „quod Episcopi vos ad obediendum non „illico sint compulsuri, sed sensim pa„ternis suis monitis ac amico colloquio „ad saniora revocaturi: si autem inter „vos animo turbidi atque obstinati e„runt, hos, ut ceteris consentiant, vi „compelli jubeo: nullus mihi objiciat, „quod signum sanctæ Crucis aut Albam „approbando jacturam suæ famæ atque

Sæc. XVII. A. C. 1604.

Sæc. XVII. A. C. 1604.

„existimationis incurrat: hisce nugis „detineri nolo, sed præcipio, ut Epi„scopi certum temporis terminum præ„figant, quo evoluto pertinaces ex Ec„clesia ejiciantur; indignum enim est „privatorum famam universali paci Ec„clesiæ præferre.„ Nihilominus Rex in Puritanorum gratiam novam Sacri Codicis versionem adornari indulsit, sollisque Clericis jus baptizandi vindicavit. De cetero autem Hamptonianus conventus decreta acceptare cogebantur, & primo quidem, ut Antistites & Sacerdotes inaugurentur, & Vigiliæ festorum colantur, diesque festi ab operibus immunes sint, dein ut infulis, stolis, albis, & cucullis initiati induantur, nomini Jesu nudo vertice, genuque flexo assurgatur, ac nonnisi a genu flexis Synaxis sumatur, signo Crucis frons muniatur, & per esuriales dies quadrageſimæ, & variantium temporum quatuor vices a carnibus abstineatur. Præterea aqua Baptismali tincti, postquam adoleverint, juratam fidem in fonte lustrico per alios emissam ipsimet profiteantur & confirment. Hæc & plura alia Catholicæ Religioni consona Puritanis præscribebantur, quibus stabilitis tandem absolvebatur hoc colloquium, cujus unicus erat scopus, ut vulgo persuasum fieret, quod Puritani

Mini-

Miniſtri eſſent convicti, ac pro futura credendi norma eis neceſſaria mandata fuiſſent data, proin ipſi ex ſola animi pertinacia hucusque ſeſe ab Eccleſia ſegregaſſent. Attamen Puritani in ſua ſententia & ſchismate ut antea obſtinati perſtitere: nec amplior ex hoc colloquio redundabat utilitas, quam ut tandem Puritani clare agnoviſſent, quod ſpe ſua de Regis patrocinio concepta deluſi fuiſſent. Sæc. XVII. A.C. 1604.

§. XCIV.

Puritani in Anglia vexati.

Inſuper Regis indignatio in Puritanos magis accendebatur per Richardum Brancrofftum, qui Witogifto Archiepiſcopo Cantuarienſi die vigeſima nona Februarii fatis functo ſucceſſerat; hic enim turbidæ indolis vir Jacobum Regem in eos identidem concitabat, hisque Sectariis nunquam damnum inferre ceſſabat, niſi dum eis ſe benignum exhibere, e re ſua eſſe cenſeret. Hujus quoque exemplum plus æquo imitabantur ceteri Epiſcopi, qui hujus ſectæ oppreſſione duplex reportabant emolumentum; hac enim ratione Regis, qui Puritanos plusquam vatiniano inſectabatur odio, favorem aucupabantur, ſimulque Hierarchiam firmabant, quam *Rapin. l.* 18.

Sæc. XVII. A.C. 1604.

Presbyteriani evertere nitebantur. Hæc autem vexatio, qua Bancrofto Clerum moderante premebantur, plures familias eo adegerat, ut ſpontaneo exilio ſeſe mulctantes e Regno excederent alibi exiſtimata conſcientiæ libertate quæ in patria ſua ipſis interdicebatur potituri.

§. XCV.

Edictum de Jeſuitis ex Anglia ejiciendis.

Rapin Thoyras l. c. Juvenc. hiſt. Soc. l. 13. p. 5. Calmet hiſt. Univerſ. l. 152.

Haud mitius Jacobus Rex cum Jeſuitis, aliisque Romanæ Eccleſiæ Sacerdotibus egerat; quippe die vigeſima ſecunda Februarii omnes Jeſuitas, ceterosque Presbyteros, qui ab extero Epiſcopo ſacris initiati eſſent, promulgato edicto ex Anglia proſcripſit; Ceterum Rex præfati edicti verba artificioſe temperabat, ne Jeſuitas ex odio fidei Catholicæ, ſed unice propter profeſſionem illius dogmatis, quo Pontifici abſolutum Dominium in Principes vendicant, expuliſſe crederetur: hanc quoque ſimulationem toto Regiminis ſui tempore præſeferre geſtiebat, profeſſus, quod Religionem Catholicam in ſe ipſa nec damnaret, nec eorum dogmata proſcriberet, ſed duntaxat eam tanquam regimini politico adverſam ob præ-

præfatum dogma reprobaret, quantum vero ad ceteros articulos lubenti animo, quicquid vellent, credendi libertatem Catholicis indulgere vellet, dummodo profiterentur, quod Papa nullam in Reges auctoritatem haberet: Paulo-post alio edicto Rex Puritanis præceperat, ut ad Ecclesiæ Anglicanæ ritus legibus stabilitos sese conformarent: ubi tamen observandum, quod Rex in hoc edicto ad honestandam hanc vexationem non eodem usus fuerit moderamine, quo in priori diplomate se teneritudini conscientiæ & Catholicis, qui doctrinæ in Ecclesia Anglicana receptæ sese accommodare nequeunt, consuluisse ajebat; in postremo enim edicto nequaquam respiciebat ad teneras Puritanorum conscientias, sed hos tanquam præfractos depingebat, qui omni indulgentia sese indignos reddidissent.

Sæc. XVII. A. C. 1604.

§. XCVI.

Jacobi Regis oratio in Regni comitiis habita.

Apertius vero idem Rex suum erga Catholicam fidem animum manifestabat in oratione, quam die decima nona Martii in comitiis ad Regni Ordines habuit; postquam enim se hunc conventum ideo indixisse ajebat, ut bene-

Sleidan. Contin. l. 10.

Sæc. XVII. A. C. 1604.

volentiæ amorisque sui necnon gratitu-
dinis suæ erga omnes testimonium reb-
deret, fusius enarrata felicitate, qua
ex unione Lancastriensis & Eborace-
sis Domus enata est, tandem ita pro-
sequebatur: *Religionem quod attinet, qu*
de ea sentirem, privatim & publico pra-
nio manifestum feci: nihilominus senten
meam hoc loco repetam, nec unquam R
ligionem meam fateri erubescam; licet v
Regnum ingressus, unam tantum, cu
quidem exercitium legibus permissum e
Religionem invenerim, præter hanc tam
& alterius cujusdam itemque tertiæ indi
deprehendi. Prima illa, orthodoxa est R
ligio, quam & ego profiteor. Secunda i
est, quam Sectatores ejus Catholicam, a
Pontificiam appellant. Tertia Purita-
rum est sive Novantium, quorum dogma
non ita multum a nostris diversa sunt, s
Consilia & instituta Reipublicæ pernicio
quippe qui præsentium rerum pertæsi nov
semper student, & inviti admodum leges
præscribi patiuntur, eamque ob causs
bene constitutis Rebuspublicis minime fero
sunt. Quod ad Romanam sive Pontifici
attinet, non eadem est ratio circa singulo
fidei meæ professionem quam ad animæ me
salutem teneo & circa eam, quæ est civ
administrationis pro Reipublicæ tranquil
tate necessariæ; nam in fidei confessione a
dem mea tanquam CAPITIS, quæ vest

ut CORPORIS, est sententia: nunquam tamen in Religionis hoc negotio contumax & præfractus sui, nec in ea perseveraſſem, nisi illam Dei Verbo congruere animadvertissem. Romanam Ecclesiam ceterarum Matrem esse libenter agnosco, sed multis jam erroribus contaminatam: quemadmodum vero eum quis odisse non potest, quem vitiosis & corruptis hominibus purgatum cupit, ita nostrum in eam odium ulterius non procedit, quam quod eam, a quibus potest & debet reformari, atque emendari optamus sine ipsius Templi destructione. Qua enim fronte invitare nos audeant domo nondum purgata? Hac quidem in re sicut nullus honor aut commodum externum tanti apud me est, ut propterea Conscientiæ vim facturus sim, ita nunquam commiserim, ut invitos ac reluctantes subditorum animos vi adhibita nostræ sententiæ subscribere cogam: neque enim unquam mihi animus fuit diversa sequentes persequi & exagitare, aut in conscientias inquirere & dominari, idque spero non diffiteri eos ipsos, qui diversam sectantur Religionem, quorum onus levius reddidi, quin etiam hoc ipso tempore leges de iis latas diligenter excutere, earumque causſas conventui huic ventilandas proponere volui. Exempli gratia: subditorum nostrorum, qui eam, de qua diximus, Religionem profitentur, partim Clerici,

Sæc. XVII. A. C. 1604.

Sæc. XVII. A.C. 1604.

rici, partim Laici sunt. Hos quidem ego præ illis pro excusatis habendos semper duxi, utpote quorum Religio nulla certa ratione nititur, & instar Sali, fluctuat quod vel Ecclesiæ auctoritatem suis opinionibus obtendant, vel simpliciter iis, quæ a Doctoribus suis accipiunt, fidem habendam putent, qui certe hæreticarum opinionum, & pravitatum assimilari non queant, quas Magistri ipsorum animis instillant. Sed horum quoque duplex genus est; alii enim sedati sunt, pacisque studiosi. Hos quidem ob errorem ad pœnas trahere, inhumanum existimo: sed prætor hos alii sunt novarum rerum, turbarum & seditionum cupidi, quorum consilia dicta & facta acuratius investigandi contumaciamque puniendi mihi tamquam Regi incumbit necessitas. De Clericis Ecclesiasticis hoc dicam, quamdiu in doctrina quædam non mutaverint, me ferre eos nec velle, nec posse. Hujus doctrinæ quædam pars est de Romani Pontificis Primatu, qui non duntaxat in omnes Ecclesias, verum etiam Reges ac Principes imperium sibi arrogat, eorumque Regna atque ditiones pro libitu dispensat, improbum quidem, sed illa multo improbior, qua contra Reges & Principes subditos suos armant, eisque a Romano Pontifice anathemate percussis, non modo obedientiam denegari, sed Regnum quoque eripi, imo etiam

Sæc. XVII. A. C. 1604.

tiam vim & necem impune afferri posse præseferunt. Sed hunc sermonem libenter abrumpo, illud unice a Deo exoptans, ut me faciat ejusmodi membrum in Catholica Ecclesia concordiæ, in qua extinctis odiorum seminibus alter alteri in medio, quod centrum est, occurrat. Et cum illis quidem, si medicinam non respuant, sed errores emendent, amice me & humaniter acturum polliceor, ut ita, sublatis omnibus novitatibus, utrinque medium secetur: nam sicuti nihil dubito eam, quam profitemur, antiquissimam esse Catholicam Apostolicam Religionem, ita vicissim censuræ & potestati Ecclesiasticæ subjicere me non verebor, hacque ratione cavebo, ut nec in fide hæreseos, nec in disciplina schismatis crimen mihi posset objici. Illud vero Pontificios, qui in Regnis sunt, moneo, atque cavere jubeo, ne in mansuetudine nostra (neque enim Persecutor dici, aut haberi velim) nimio plus fiduciæ reponant, eaque fenestram sibi ad reducendam & propagandam, tam sub nostro, quam Successorum nostrorum Imperio, Religionem apertam sibi putent. Ne, inquam, ne tale quid sperent. Nam quemadmodum Personis ipsorum (si pacate, & ut fideles subditos decet se gesserint) eandem tutellam & amorem, quem ceteris, promittimus, ita erroribus ipsorum perpetuum bellum jam ante denuntiamus: neque enim hujus Religionis incrementa

Sæc. XVII. A C 1604.

menta ferre possumus, nisi & conscientiæ
nostram prodere, & universæ Insulæ
vitutis jugum jam olim a Prædecessoribus
nostris excussum rursus imponere velim
quocirca omnibus nostris subditis, qui
ejusmodi erroribus versantur, illud a Deo
optamus, ut animum veri studiosum ad
rant, neque scintillas operantis spiritus
tinquant, si vero nullos adhuc motus
tiant, suademus, ut sacra scripta legant
doctorumque sermones audiant, & eam viam
insistant, qua ad veritatem pervenire possint
quamdiu enim non idem nobiscum sentiunt
in Religione, ex semisse tantum nostri
subditi, atque ex semisse tantum subditorum
officia præstant; cum meliorem sui partem
animam scilicet nobis subtrahant. Hoc loco
occasio se offert, ut vos, o Episcopi, officii
vestri commonefaciam; pœna enim, cui non
admonitio, institutioque sit conjuncta, quam
admodum in hodierna concione Dominus
recte dixistis, meram sapit tyrannidem, ve-
strum ergo est, omniumque vestri ordinis
majorem curam, & sollicitudinem in animabus, tam Doctrinæ, quam vitæ sanctitate Deo lucrandis ponere, quam hucusque a vobis factum est, ac profecto pudendum est, cum illi nullum laborem in deprimenda veritate, nullumque ne vitæ quidem periculum subterfugiant, vos in vestro munere administrando remisse ac segniter versari, sequimini regulam illam a D. Paulo præscriptam

ptam, docendo, monendo, instate oportune atque importune: segnes antea & negligentes fuistis, at jam tandem vigilate, ac Zelum adhibete, Deo eventum commendantes, qui cum diversis horis mature quosdam, serius alios vocet, omnes tamen ex æquo admittit, omnibusque eundem dabit denarium.

Sæc. XVII. A. C. 1604.

Denique Rex sermone ad Judices & Magistratus converso eos ad legum custodiam, atque obedientiam hortatus est. Ceterum hæc Regis oratio minori, quam sperabatur, applausu fuit excepta: ea enim, quæ circa Religionem proferebat, neutri parti probabantur; Catholici enim probe cognoverant, quod vita, eorumque bona in tuto posita haud forent, nisi Papam Tyrannum atque Antichristum appellitent. Puritani inique ferebant, ab eo palam fuisse pronuntiatum, quod in Republica bene stabilita eorum secta tolerari nequeat, ceteri vero Protestantes Regem Catholicis nimium indulgentem, atque in suis hac de re dictis sibimetipsi repugnantem carpebant, eoquod una ex parte Religionem Anglicanam se profiteri, suamque Religionem sacris literis inniti asseruisset, altera vero ex parte dixisset, se adeo paratum esse ad seponendam omnem pertinaciam in Religionis negotio, ut Catholicis in medio semitæ occurrere & concordiæ membrum in Eccle-

Rapin Thoiras lib. 18.

Sæc. XVII. A. C. 1604. Ecclesia Catholica fieri vellet. Præterea ipsorum erroribus bellum perpetuum denuntiabat, cum tamen totum, quod erroneum esse dixit, ad opinionem de immodica Pontificis potestate restringeret; quocirca tam Puritani, quam ceteri Protestantes indignabundi in hæc verba rumpere audiebantur: *Quid sibi vult sponsio Papistis facta, illis in medio mitæ occurrendi, postquam dogma Principum auctoritati adversum ejuraverint? in quanam ratione medium itineris ipse perficiet? fors in Hierarchia? attamen si Pontificis auctoritas cessaverit, forte nullum amplius erit discrimen Catholicam inter & Anglicanam Ecclesiam? Aut fors existimat Rex, quod Catholici per ejuratam immodicam Papæ potestatem jam medium itineris confecerint? Si ita esset, nos, ut vicissim viæ medium faceremus, ceteros omnes articulos, in quibus ab ipsis discrepamus, approbare deberemus?*

§. XCVII.

Ejusdem Regis querelæ contra Pontificis Nuntium.

Mem. secret. part. 4. Sub idem tempus Nobilis quidam nomine Standenus Jacobi Regis jussu carceri dabatur, quæsito obtentu, quod contra ipsum clandestina fabricasset consilia, re tamen ipsa, eoquod frequens litera-

literarum commercium habuiſſet cum Patre Perſono Jeſuita, quem Rex capitali odio inſectabatur. Præterquam enim, quod præfatus Standenus habita quæſtione faſſus eſſet, quod cum Aldobrandino, Marcello & Borgheſio Cardinalibus diuturnum Colloquium Florentiis habuiſſet, factaque Purpuræ ſpe fidem dediſſet, ſe nulli parciturum labori, ut Angliæ Regina Jacobi uxor ſeſe Catholicæ Eccleſiæ filiam declararet, hocque ſub obtentu Jeſuitis aditum ad aulam panderet, inſuper ejusdem Standeni epiſtola ad Patrem Perſonum Pariſiis ſcripta proferebatur, in qua is eidem ſignificabat, quod hoc in negotio ingens Pontifici obſequium ſe præſtiturum ſperaret, ac de omnibus, quæ Londini agerentur præcipue Aldobrandinum Cardinalem certiorem redditurus eſſet. Ut autem Rex Standeni captivitatem honeſtare poſſet, hunc velut periculoſi commercii reum inſimulabat, totam culpam in Pontificis Nuntium in Galliis agentem rejiciens, cui etiam per ſuum Oratorem hæc ſignificari juſſit: „Etſi ob ſummi Ponti„ficis, quem ſincere colo, veneratio„nem, Tecum amicitiam fovere para„tus fuerim, imo & quamvis tu ipſe„met literis tuis ſinceræ amicitiæ tuæ „obſequium obtuleris, non dubitaſti ta- Sæc. XVII. A. C. 1604.

Sæc. XVII. A. C. 1604.

„men clandeſtina Standeni promovere
„conſilia, eumque muneribus ac blan-
„ditiis urgere, ut hic & Reginam in
„tuas partes pertrahat. Hæc omnia
„inſcio Pontifice facta arbitror, illius-
„que prudentiæ ac moderationi confi-
„ſibi perſuaſum habere Pontificem
„quod ſemper ea erga ipſum benev-
„lentia, quæ Principem erga Prin-
„pem decet, uſurus ſim, de cetero
„ſplicuit mihi, quod apud Stadenum
„literæ Cardinalis Aldobrandini in-
„rint repertæ, in quibus hic Stadenus
„urget, ut Reginæ uxori meæ grat-
„referat, eoquod ipſa in die inaugur-
„tionis ſuæ cum hæreticis commu-
„care recuſaverit: illam igitur impe-
„rogaret, ut nil intentatum ipſa reli-
„queret, quatenus & me ad fidem C-
„tholicam reducere queat.„ Hæc poſ-
rema verba Rex pariter Franciæ Ora-
tori inſinuabat, qui ut Regi compla-
ceret, excuſata Regina totam culpam
in Hiſpanos & Nuntium Apoſtolicum
in Franciæ Aula commorantem rejeci-
uti patet ex Bellomontii literis ad Hen-
ricum IV. die decima quinta Februarii
hoc anno datis.

§. XCVIII.

Oſtendanæ obſidionis progreſſus.

Cum

Cum in Anglia ſecretæ adhuc indignationes audirentur, interim ſub ingreſſum anni hujus milleſimi ſexcenteſimi quarti majori quam antea furore belli flamma in Belgio exarſerat, dum nec hyemis rigor, nec lues acerrima, nec funerum horror, nec crebra tam ab igne quam aquis pernicies obſeſſorum pertinaciam, & obſidentium virtutem, Oſtendamque expugnandi aviditatem frangere poterant: Diu machinis, arte, induſtria, ac munitionibus adverſus maris æſtuantis tempeſtatem, ventorumque impetum pugnatum, pari utrinque damno: Multum ſibi de victoria pollicebantur Catholici, expugnato feliciter propugnaculo, quod Cangregum appellitant, viciſſim Fœderati Proteſtantes in novam ſpem erigebantur, ingenti exercitu ab Hollandis recens contracto, equitum trium millium, peditumque quatuordecim millium, quas copias Mauritius Princeps Fœderatorum Bellidux navibus impoſuit, ac Flandriam verſus deduxit.

Sæc. XVII. A. C. 1604.

Sleidanus contin. lib. 10. Galut. de Bello Belg. l. 26. Thuan. l. 130. Grotius Hiſt. l. 13.

§. XCIX.

Sluſa a Mauritio obſeſſa, captaque.

Incertum erat, quo tandem novus hic armorum apparatus ſpectaret, unde Spinulæ Marchionis ſedulitas in omnes

Sleid. & Gallut. l. c.

Sæc. XVII. A. C. 1604.

casus intenta vigilabat, tandem ven
per exploratores compertum, quod
Mauritius die vigesima quinta Aprilis
capta Isendika urbe atque Insula Cat-
sanda Flissingense Fretum cum class
sua ingressus esset, auctoque navium nu
mero ad ostium Slusensis alvei consis
ret. Ergo Justinianus Catholicorum
Bellidux hosti exscensionem paranti
se opponere nititur, novo militum sub
sidio roboratus, atque opportuno loc
dispositis belli tormentis hostium naves
quatere incipit, tam prospero succes
ut Fœderati terram attingere non pos
sent, navesque ex alveo reducere, a
milites Catsandam redire cogerentur.
Certior de hoc successu factus Spino
ad ipsum locum sibi accurrendum cen
suit, utque ab ea parte, quæ maxi
hosti erat obnoxia, Slusam defende
posset, Coxiam insulam petere, nova
que aggeribus munire constituit; Pri
rimum enim faciebat ad expugnationem
Ostendæ, aliquamdiu distinere Fœde
ratos a descensione; quippe nullo ne
gotio, ubi exscendissent, validum sub
sidium Ostendam intulissent. Quocirca
Albertus Archidux, Spinola ad Ostes
danam obsidionem remisso, Aloysium
Velascum cum numeroso milite Slusam
decernit, ut pontem aggeri impositum
ne hostis transire posset, munimento fir
maret,

Contin. hist. Hisp. Ferreras t. 11.

maret, ac ſtrenue tueretur: re comperta confeſtim Mauritius, ne hoſti perficiendi operis ſpatium concederet, inſtructo agmine ad pontem movet, ſuoque equitatu impetum a latere in Catholicos Equites facit, illosque utpote numero longe inferiores ſternit, fugatque. Qua cæſi, qua ſaucii fere quadringenti, captique trecenti. Accepta hac clade Velaſcus cum ſuis Damum ſe recepit, illamque ripæ partem, ad quam alveus vado tranſiri poterat, erecto aggere inſedit, non improvido conſilio; quippe Fœderati paulopoſt duo peditum millia illic immiſere, qui tamen ſimul ac ripam alvei tenuerant, paratos in altera ad obſiſtendum Catholicos offenderunt: Igitur diſploſis utrinque ſclopetis aliquamdiu dimicatum eſt: neque tentandum cenſuit Mauritius vadum tam ſtrenue propugnatum, qui tamen deluſa Velaſci ſolertia alia ex parte alveum feliciter tranſibat, tormentis Sluſam contendens, quam urbem obſeſſurus, primo Georgianam arcem adoritur, eaque metu magis quam neceſſitate dedita, jam expeditior erat Mauritio Sluſæ obſidio; unde circumjectis propugnaculis ferme omnibus potitus poſt crebras cum hoſte velitationes, urbem, cui ne ad unum quidem diem alimenta ſuppetebant, die vigeſima Au-

Sæc. XVII. A. C. 1604.

Sæc. XVII. A. C. 1604.

gusti fame ad deditionem compulit, pactis conditionibus, ut Præsidiarii pene quater mille cum armis, signis, impedimentis, tympanisque strepentibus emigrarent, ex quibus tamen potissim. cum ob omnium rerum penuriam non nisi herbis, sevo, corio, fœdisque animalibus victitare coacti fuissent, in ni nere defecerunt.

§. C.

Ostenda a Catholicis expugnata.

Interim Spinola Marchio ad Ostendam castra rediit, majoremque expugnandæ urbis spem concepit, dum munimentum, cui Erinacei nomen est, reptis cuniculis ab Hispanis occupatum cognoverat; inde enim occulti subterhumum meatus obsessoribus pervii erant, Italique ac Belgæ Helmontis propugnaculum adorsi, cuniculum suffoderunt, qui ubi flammam in pyrio pulvere concepit, impositumque murum dejecit, aperto idoneo ad irrumpendum hiatu in propugnaculum irruebant, et absdubio potituri, nisi obsessi tormentis suis eos retrocedere coegissent, jectisque ignibus Belgarum aggeres, caterosque labores evertissent: paulopost tamen Itali, Hispani ac Germani varia hostium munimenta continuato prorsus vi-

vincendi ardore occupant, poſtremam, hancque infauſtam eruptionem tentantibus obſeſſis, qui, cum in extremas redacti eſſent anguſtias, de facienda deditione deliberarunt. Igitur Hertranius Marquetus Urbis Gubernator, ne maris violentia, ac infracta Catholicorum virtute iniquioribus pactis ſuorum vitam redimere cogeretur, die vigeſima Septembris proclamari juſſit, ut de deditione ageretur. Miſſis igitur utrinque obſidibus Marquetus dierum aliquot inducias poſtulabat, verum illas omnino Catholici pernegarunt, jam nuper in eo ſibi fraude impoſitum exprobrantes: tormenta quoque ut avehere ſecum liceret, rogantibus Oſtendanis, duo tantum fuere conceſſa. Tandem in easdem, quibus Sluſa dedita, conventum eſt conditiones. Hic demum Oſtendanæ obſidionis exitus fuit, in qua ad tertium annum protracta in Alberti caſtris fato Martique conceſſere plusquam ſeptuaginta duo millia, ex hoſtibus autem longe plura, haud alio ferme Victorum compendio, quam quod plusquam dimidiam Urbis partem tormentorum ictibus, & maris fluctibus proſtratam, atque in ruinis, ſaxorumque fragmentis ſepultam occuparint, ac reſiduæ partis omnia ſic quaſſata disjectaque deprehenderint, ut

Sæc. XVII. A. C. 1604.

Sæc. XVII. A. C. 1604.

nec unicum quidem in veteri urbe tectum nullumque prorsus parietem sine ruina constare compagibus mirarentur. Tanto impendio stabat piscatorii tugurii area verius arenariæ molis possessio, quam tot sumptibus aquisierunt Hispani, qui illis integra regna emere potuissent.

§. CI.

Res in Transylvania ob Religionis dissensionem turbatæ.

Pet. de Revacent. 6. de Monarch. Vid. Lib. CLXXXVI §. LXII.

Postquam Georgius Basta Cæsarei exercitus Imperator Transylvaniam ab extero hoste liberaverat, dimicandum ei erat cum incolis ac præcipue Protestantibus, qui cognito Principum Catholicorum fœdere adversus Cæsarem inito horum potentia freti, suæ sectæ libertatem armorum vi extorquere moliebantur, hac seditionis suæ caussa interposita, quod Episcopi aliique Præsules in comitiis Posonii habitis articulum de Protestantibus regno proscribendis absque eorum præscitu promulgassent: Horum igitur ausus, ut tempestive reprimeret Basta, promulgato edicto omnem alterius quam Catholicæ Religionis usum inhibuit, utque Nobilibus Stephanopolitanis, & Claudiopolitanis, qui sua potentia in publicæ tranquillitatis perniciem abutebantur, turbas

turbas concitandi nervum præcideret, eorum non paucos, magisque præfractos bonorum amissione mulctabat, ea tamen lege, ut si deinceps Cæsari fideles sese exhiberent subditos, quartam bonorum partem certa pecuniarum summa redimere possent. Hæc tamen severitas tunc intempestive contra Protestantes adhibita censebatur, ipsaque dissidia Imperium inter & Religionem augebantur per ipsamet illa media, quæ ad illa potentius tollenda fuere adinventa; Cassovienses enim Protestantes, in quibus sectæ suæ fanatismus sanæ rationis, debitique obsequii studio prævalebat, seditionem concitare aggrediebantur: quocirca Joannes Jacobus Barbianus Bellioſæ Comes Protestantibus itidem Concionum publicarum usum interdicere, ac Præconibus graviores pœnas ni iis abstinerent, interminare cogebatur: cum autem hi parere detrectarent, resque ad publicam seditionem spectare videretur, machinis bellicis ad Templa, ubi rebelles convenerant, admotis, Gregorium Sabam civem locupletissimum ceterisque magis temerarium pecuniarum mulcta castigare, tresque e nobilitate seditionis conflatæ reos in monasterium detrudere, necesse erat. Sæc. XVII. A. C. 1604.

Sæc. XVII. A. C. 1604.

§. CII.

Stephanus Botskaius a Proteſtantibus in Seditionis ſuæ Caput electus.

Thuan. l. 131. *Sleid. Cont. lib.* 10. *Sagredo de Monarch. Ottom. Paoniæ Hiſt. Pacis beltique p.* 1. *cap.* 14.

Sub idem tempus Bethleem Gabor, cui Tranſylvani Principatus ſpes a Turcis facta erat, trucidati Moſis Ziculi inſurrectionem reſuſcitans Tranſylvaniam moleſtare aggreditur: aſt a Tamberienſi Comite ad Temaſum fluvium inopinato impetu in caſtris ſuis invaſus non ſine magna clade auffugere cogitur, nequicquam in opem accurrente Temesvariensi Baſſa, qui in itinere ab Hungaris circumventus in Temesvariæ conſpectu trucidatus eſt: haud minori quoque clade plura Turcarum millia a Radulo Valacho cæſa fuere: Nec inde tamen territi Proteſtantes ſuam ſectam, quam vitæ licentia adinvenerat, & pertinacia fovebat, ferro armisque tueri conſtituebant, hancque in rem Stephanum Botskaium Lutheranæ hæreſi addictum tanquam factionis ſuæ Principem nominabant. Hic ob nuper impoſitam pecuniarum mulctam acriter in Bellioſam commotus, non modo tria Heiducorum rebellium millia ſibi adjunxit, ſed & Turcarum opem inito fœdere implo-ravit; adeo impotens eſt furor hominum Deo, Principi ſuo, atque Eccleſiæ rebel-

Sæc. XVII. A. C. 1604.

rebellium, qui divinas humanasque leges conculcare ac non ſine humanæ naturæ horrore civium ſuorum ſanguine ſe inebriare non verentur, ſolo ſub obtentu tuendæ ſectæ, quam ipſimet duntaxat ideo veram credunt, quia ipſorum licentiæ, ac ulciſcendi aut contradicendi libidini deſervit. Hac ratione animatus Botskaius Vir inter Hungaros Primarius Cæſareorum bona invadit, eaque militi ſuo in prædam concedit, cunctaque ferro flammaque fæde depopulatur vicem redditurus, ob arcem Szent-Job, aliamque nomine Kereky, in quam ſe præſidii gratia receperat, a Bellioſa Comite expugnatam: Ut autem horum ſævitia in tempore reprimeretur, Bellioſa adverſus Botskaium copias ſuas educit, adjuncto ſibi Tamberienſi Comite unacum ſuis Heiduccis, qui tamen clam ob ſectæ ſocietatem Botskaio favebant, ac quamprimum ad manus ventum, ad eum transfugiebant. Initur igitur atrox æque ac utrinque pertinax certamen, tandem vero victoria penes Botskaium ſtetit: Hic ſcripſit ad Serdarem Turcarum Præfectum, ſex Chriſtianorum millia fuiſſe cæſa, captaque aliquot vexilla, quæ in perfidiæ ſuæ teſtimonium ad eundem ſubmiſit. Hujus victoriæ gloria elatus captis pluribus locis Tranſylvanos

Sæc. XVII. A. C. 1604.

sylvanos & Cassovienses unacum principibus Regni Magnatibus in suas partes pertraxit, ac promisso quinque Joachimicorum stipendio menstruo ad sectæ rebellionisque suæ societatem quamplurimos pellexit, ut vero tantæ infamiæ invidiam effugeret, subdole eosdem admonuit, ut nec arma contra Cæsarem sumi, nec ad Turcarum arbitrium armis se propensos ostenderent. Interim Cassovienses Cives utrumque Templum, ceteraque bona a Cæsareis ex lege recuperabant, ut deinceps in Cæsaris obsequio fideles persisterent, nihilominus datam fidem frangere assueclam datis literis Botskaio denuntiant quod Lippaium Cæsarei vexilli, Religionisque desertorem cum aliquot suorum centenis in urbem recipere decrevissent: re comperta confestim Georgius Basta cum quatuordecim Cæsarearum millibus Cassoviam contendit, rebelles Heiduccos in Cæsaris fidem revocaturus. Prius vero die undecima Novembris ipsemet Botskaius urbem ingreditur, non modo a civibus, sed & Turcarum Legatis perhonorifice exceptus, Botskaius vero die vigesima quarta ejusdem Mensis adversus Bastam movens profligatus est, cæsis suorum tribus millibus, trucidatisque septingentis Heiduccis rebellibus, qui quoddam castellum

Paul. Han. vita Rudolphi.

lum tuebantur: Demum Basta Cassoviam cingit, obsidionem tamen solvere cogitur, postea tamen reliquo hoc anni tempore sæpius cum rebellibus conflictabat, æquata utrinque clade. Postquam vero Botskaius se tanquam rebellem Pragæ proclamari compererat, mox eo Oratores suos ablegat, qui pro rebellium more sævitias ac perfidiam extremæ necessitatis obtentu tegerent, caussati, quod in rebus humanis nihil Religione & libertate pretiosius esset, utraque autem indignis modis fuisset labefactata, ac propterea consilium auxiliumque Cæsaris implorarent. Attamen Botskaius, etsi eidem Basta & Colonitius varia pacis pacta proposuissent, pertinax in sua defectione perstitit. Sæc. XVII. A. C. 1604.

§. CIII.

Motus in Stiria ob Lutheranam sectam concitati.

Nec unica hæc erat rebellio, quam sectæ Lutheranæ furor inspirabat; postquam enim Ferdinandus Archidux Protestantium novitati addictos per suas ditiones interminatis gravibus pœnis profligaret, mox funesta seditionis consilia civibus eorum Ministelli implantabant, a quibus velut a venenata origine virus hoc in Marcomannos & Quados effun- *Thuan. l. c.*

Sæc. XVII. A. C. 1604.

effundebatur. Accurrebant quantocius Basta, Hohenloensis Comes, & Covitzius eorum motus repressuri; Albi. licet avitam fidem severius propugnari, illatamque vim vi repelli damnent, novam tamen sectam suam seditiosis armis invehere non erubuerunt. Progressu quoque temporis horum rebellium potentia tantum excreverat, ut Linzenses, Zobani, Neotorfiani & Epperienses nonnisi pacta sectæ suæ protendæ libertate ad Cæsaris legitimi ac Principis obsequium reduci potuerint. Frustra interim a Sigefrido Colloniæo Botskaius ad fidem Cæsari servandam monitis ac precibus inducebatur, qui nimo summa gratulatione recepit Hungaros, qui numero mille quingenti cum ad repellendos rebelles Heiduscos emitterentur, ipsi Duces suos invadebant, ceteros vero in fugam agebant, totamque circum Regionem fœde depopulabantur. Per hos autem motus tam horrenda fames ibidem ac præcipue in Transylvania desæviit, ut omnibus consumptis Matres Filios, Filii Matres exuto omni pietatis sensu devorarint: tot vero malorum causa extitit Lutheri secta, quæ suis asseclis nonnisi vexationes in Catholicos, bonorum direptiones, seditiones contra legitimos Principes, necnon tumultus cædesque

quas

quas liberæ conſcientiæ obtentu hone- Sæc. XVII, A. C. 1604.
ſtare non erubeſcunt, inſtillat, ubi valde ridiculum videtur, Catholicis ab omnibus Novatoribus objici, quod avitam fidem in ſua quieta ac octodecim ferme ſæculis continuata, firmaque poſſeſſione perſiſtentem legum ſeveritate ulterius propugnare, armaque a Sectariis illata armis repellere contendant: cum tamen ipſimet ubique ſectam ſuam hodie ex unius hominis cerebro enatam ſeditioſis etiam armis, ac innoxii ſanguinis profuſione intrudere audeant.

§. CIV.

Peſtum a Chriſtianis ignominioſe relictum.

Jam ſæpius Turcæ belli inducias pe- *Lundorp. in Cont. Sleid. lib. 10. Thuan. l. c.*
tebant, eoquod Perſæ Babylonem & Ægyptum invadentes Euphratem usque progreſſi, Bagadetum necnon Taurim Perſarum olim Regiam occupaſſent: cum autem compertum eſſet, quod induciarum beneficio Budenſem urbem annona, bellique apparatu muniendi tempus nanciſci quærerent, hinc ſubdolæ illorum artes atque iniquæ conditiones eludebantur: inſuper Sedares Janiſſerorum Præfectus Achmetis I. juſſu cum ingenti exercitu in Hungariam deſcendere dicebatur, dato negotio, ut præprimis Peſtum caperet, atque

Sæc. XVII. A. C. 1604.

atque ea ex parte Budam liberaret. Priusquam vero hic Purpuratus Peſtum obſidere moliretur, Jagenreuterus Peſti Præfectus Tartarorum pro moenia ſuo excurrentium conſpectu territus e veſtigio urbem deſerere conſtituit, ſi lam tot inſequentis hoſtilis exercitus viribus reſiſtendo imparem cauſſatus igitur incenſis aliquot domibus d quinta Septembris cum validiſſimo ſu præſidio per ſummam ignaviam Peſt egreditur, relictis in oppido belli tor mentis unacum cetero armorum appa ratu. Vix milliare progreſſus, quinge tos obviam habuit Hungaros, quo Althemius Strigonii Præfectus unacum annona ſubſidio mittebat, qui urbem eſſe derelictam intelligentes cum Pe ſtienſi præſidio rediere: quo compert Wilhelmus Radislavius Hatvanam quo que incenſis cuniculis evertit, ac pa riter cum ſuis auffugit, Turcæ vero Budenſes mox Peſtum ingreſſi incen dium reſtinguere conati ſunt. Jagenreu terus autem interim Strigonium pe veniens in vincula conjectus eſt.

§. CV.

Strigonii obſidio a Turcis ſoluta.

Panon. Hiſt. pag. 1. Thuan. l. c. Calmet hiſt. Univerſ. l. 153.

Paulopoſt Turcæ ad locum, qui Tol nam inter & Papam interjacet, per venerant, duas naves annona onuſtas, quas

quas Strigonienſes Hungari dereliquerant, deprædati: die autem decima octava Septembris cum toto exercitu ex adverſa Danubii parte caſtra metabantur, Strigonium obſeſſuri: verum continua tormentorum diſploſione Vicegradum usque retrocedere coacti montem, cui a Divo Thoma nomen, vallis aggeribusque muniebant, quo comperto Mathias Archidux cum Satellitio ſuo Regio mox accurrit, Baſta vero, qui non ita pridem advenerat, validum aggerem hoſtili oppoſitum erigi jubet, majoremque agminis ſui partem prope Raſcianorum oppidum collocat, ne hoſtis ea ex parte irrumpere poſſet: Die vigeſima ſecunda ejusdem Menſis Turcæ navium pontem tormentis disjiciunt, noſtrumque aggerem adoriuntur, non ſine magna utrinque cæde: nec tamen inde territi propugnaculum, quod paulo ante Mansfeldius Comes occupaverat, iterata irruptione, incaſſum tamen, invadunt. Aderat in tempore Sigefridus Collonitius cum mille Equitibus, ſuisque Heiduccis, quorum numero animati Catholici die vigeſima octava ejusdem Menſis Turcas e ſuis foſſis obſidionalibus deturbant, qui tamen periculi contemptu longius incautiusque abrepti cum ingenti clade repelluntur: hujus victoriæ fiducia excitati

Sæc. XVII. A. C. 1604.

Sæc. XVII. A. C. 1604.

tati Turcæ rursus montem adoriuntur, sed quingentis suorum desideratis repulsi die nona Octobris propugnaculum invadunt, pari fato recedere coacti: detecto dein hostili cuniculo, ac detracto inde pulvere pyrio rursus de pace agere cæperunt, cum autem præ ceteris Stragonium sibi cedi peterent, spe sua frustrati suppositio igne alium cuniculum accendunt, successu ipsis Turcis admodum exitiali. Demum die decima Octobris redintegrata verberatio, visque acriter in præfatum propugnaculum facta, sed rursus irrito conatu: cum igitur Christianorum fortitudinem frangere desperarent, sequenti die obsidionem solverunt, Budam contendentes.

§. CVI.

Etruriæ Ducis conatus in Algerienses Terras.

Thuan. l. 131. *Lundorp. cont. Sleid. lib.* 10.

Verno tempore forte quidam Navarchus natione Anglus ex Libia ad Liburni portum appulsus nuntiabat, quod in Algeriæ ad Cæsaream Mauritaniam in opposita Africæ ora portu octo Turcarum naves defixis anchoris turpentes hærerent, secundiorem expectaturæ flatum: re comperta Ferdinandus Magnus Etruriæ Dux hasce triremes comburendi consilium cepit, hanc-

que

que in rem suas triremes milite, sclopis, ignitis jaculis variisque nitrati pulveris machinis instrui, atque in ima nave abscondi, earumque superficiem, ut hostem falleret, sale contegi jussit: Igitur hæ triremes cum Navarchi nave aliisque Anglicis triremibus Algeriam contendunt, moxque Equites Etrusci, qui Hollandicos Mercatores simulabant, ex improviso quasdam Turcicas naves adoriuntur, ejaculatisque ignibus exurunt, ceteras absdubio combusturi, nisi Judæorum perfidia res detecta fuisset: unde reliqua classis Liburnum relegere compulsa haud aliud audacis conatus sui emolumentum retulit, nisi quod tota illa æstate Africani prædones piraticam agere haud potuerint.

Sæc. XVII. A. C. 1604.

§. CVII.

Plures Calvinistæ a S. Francisco Salesio ad veram fidem conversi.

Uberiori animarum proventu S. Franciscus Salesius Genevensis Episcopus in Sabaudia & præcipue Tononi, ubi Pontificia Sedes Geneva transferebatur, hæreticos sacrorum dogmatum veritate imbuere satagebat: Præterquam enim, quod quemdam Calviniani Verbi Præconem, necnon Davalium Virum Nobilem ac præter alios quam-

Maupas vit. S. Franc. Salef. p. 2. cap. 6. Sleid. cont. lib. 10.

Sæc. XVII. A. C. 1604.

plurimos etiam Tononenſem Syndicum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ reſtituent, inſuper hoc anno duos cives Lauſanenſes Claudium Buccardum & Petrum Gilletum Calvinianæ ſectæ ferme immortuos ad veræ fidei vitam revocabat, qui etiam ex omni vicina Regione accitis, inſpectantibusque populis ſuam hæreſin in Tononenſi Templo ejurabant his verbis: *Nos ſincere imbuti myſteriis fidei Catholicæ & Apoſtolicæ, hic publice in Numinis, & ſpectantium omnium ſpectu hæreſes omnes, Calvinianam præſertim pue ejuramus, damnamus, devovemusque, qua faſcinati olim fuimus, quæque eorum caput eſt, interque eas, quibus ſcatet blasphemias, Miſſam propitiatorium eſſe Sacrificium, Chriſti Corpus verum, in ſacra Synaxi inficiatur, mortalesque ſola fide ſalvos fieri affirmat, at nos hac pravitate abjecta & tamdiu imbuti, deluſique, poſtquam vera lux nobis affulſit, Romanæ Eccleſiæ nunc adoptati filii, ut veluti membra capiti noſtro cohæreamus, in poſterum Sedi Apoſtolicæ obnoxii devinctique ore confitemur & corde credimus univerſa & ſingula, quæ Chriſtianis ex Synodi Tridentinæ decreto credenda ſanxit:* poſtea ſingula profitentes fidei capita Dei opem implorabant. His poſtea Sanctus Epiſcopus hæc verbis bene precabatur: *Gratias agimus Domino Deo meo per Jeſum Chriſtum ejus*

omnibus vobis, quia fides vestra annuntiatur in universo mundo. Sequenti demum anno idem Præsul Ministros Calviniſtas ad publicam disputationem Anecii provocabat, qui tamen moras alias ex aliis nectentes certamen declinabant. Sæc. XVII. A. C. 1604.

§. CVIII.

Octodecim Cardinales a Clemente VIII. creati.

Hoc anno Clemens VIII. die nona Junii in Basilica Sancti Petri octodecim creabat Cardinales, quorum primus erat Seraphinus Olivarius Razalius natione Gallus, patria Lugdunensis primum Auditor Rotæ ac demum ex Patriarcha Alexandrino Presbyter Cardinalis tit. S. Salvatoris in Lauro. II. Dominicus Ginnasius patria Romanus Sipontinus Archipræsul, necnon Papæ Legatus apud Hispanos, atque ex Episcopo Ostiensi Cardinalis, qui sæpius Ecclesiæ suæ titulum mutabat. III. Antonius Zapata Cisneros natione Hispanus Pampilonensis Episcopus, postea Burgensis Archipræsul, ac demum Presbyter Cardinalis tit. S. Crucis in Jerusalem, & postremo S. Balbinæ. IV. Philippus Spinellus patria Neapolitanus Archiepiscopus Colossensis ac Presbyter Cardinalis tit. S. Bartholomæi in *Ciacon. in vita Clem. VIII. p. 345.*

Sæc. XVII. A. C. 1604.

Insula. V. Carolus de Comitibus Romanus, ex Anconitano Episcopo Cardinalis Presbyter tit. S. Chrysogoni primo, mox S. Clementis, & demum S. Laurentii in Lucina. VI. Bernardus Maczieiowski patria Polonus primum Episcopus Luccorienſis, postmodum Cracovienſis, ac postremo Gnesnenſis Archipræsul, Cardinalis tit. SS. Joannis & Pauli. VII. Carolus Madrutius Ludovici cognominis Nepos Episcopus Tridentinus Presbyter Cardinalis tit. S. Cæsarii, & postea sub Urbano VIII. S. Laurentii in Lucina. VIII. Jacobus Davy Perronius natione Gallus, Ebroicenſis Antistes Presbyter Cardinalis tit. S. Agnetis, postea Senonenſis Archiepiscopus. IX. Innocentius Bubalus de Cancellariis patria Romanus Episcopus Camorinenſis Presbyter Cardinalis tit. S. Thomæ in Parione. X. Joannes Delphinus nobilis Venetus, Vicentinus Episcopus, ac Cardinalis Presbyter tit. S. Matthæi in Merulana, postmodum S. Marci. XI. Jacobus Sannesius patria Belfortenſis Diæcesis Camerinenſis Presbyter Cardinalis tit. S. Stephani in Cælio monte, postea regnante Paulo V. Episcopus Urbevetanus. XII. Erminius Valens sive de Valentibus Trivii in Umbria natus Presbyter Cardinalis tit. S. Mariæ Transpontem.

pontem. XIII. Hieronymus Agucchius patria Bononienſis Presbyter Cardinalis tit. S. Petri ad vincula. XIV. Hieronymus Pamphilus nobilis Romanus, Presbyter Cardinalis tit. S. Baſilii de Annulo. XV. Franciſcus Taberna nobilis Mediolanenſis Presbyter Cardinalis tit. S. Euſebii. XVI. Frater Anſelmus Marzatus natione Italus, patria Surrentinus ex Ordine Capucinorum, Concionator Apoſtolicus, Presbyter Cardinalis tit. S. Petri in Monte aureo XVII. Joannes Doria ſeu ab Auria natione Italus, patria Genuenſis Cardinalis Diaconus S. Hadriani, poſtea Presbyter S. Petri in Monte aureo, & Panormitanus Archipræſul. XVIII, Carolus Emanuel Cardinalis Diaconus Sancti Nicolai in Carcere, poſtea S. Mariæ in via Lata, ac demum Presbyter Cardinalis renuntiatus tit. S. Laurentii in Lucina. Sæc. XVII. A.C. 1604.

§. CIX.

Cardinales hoc anno defuncti.

Ex Purpuratis, qui hoc anno mortalitatem cum vita æterna commutarunt, nonniſi tres numerantur, quorum primus eſt Lucius Saxus Neapoli Nobilibus parentibus anno Chriſti milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſecundo *Ciacon. in vita Clem. pag. 277.*

Sæc. XVII. A. C. 1604.

natus. Is ibidem literis humanioribus Philosophia & jurisprudentia apprime excultus magnam nominis sui famam ob eximiam prudentiæ atque eruditionis laudem sibi comparabat: unde meritorum suffragio ad varias Neapolitani Regni Præfecturas feligitur, atque a Hieronymo Verallo Cardinali Romano accersitus Pauli III. Auditor renuntiatur, in arcanis etiam consiliis, arduisque negotiis adhibitus. Præterea a Julio III. Pio IV. & V. variis muneribus honoratus anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo die tertia Octobris ad Epiſcopatum Ripætranſonis evectus eſt, quam Eccleſiam vir pius æque ac doctus cum indefeſſo animarum Zelo ac proventu, exemplo potius quam verbo quatuor annorum ſpatio regebat: poſtea a Gregorio XIII. Romam evocatur, Lateranenſis Baſilicæ quam omni Sacra ſua ſuppellectili aliisque donis locupletabat, Vicarius, Sacraque Pœnitentiariæ Præſes creabatur, quo in munere per viginti & amplius annos ſponte etiam dimiſſo ſuo Epiſcopatu, impigra ſedulitate deſudans ſub tribus Pontificibus Urbano VII. Gregorio XIV. & Innocentio IX. Datariæ ut vocant officium obibat: tandem vero in tot laborum præmium anno ætatis ſuæ ſeptuageſimo ſecundo a Clemente VIII. Cardi-

Cardinalis tit. SS. Quiriaci & Julitæ in sepulcri potius quam vitæ honorem nominabatur, qui hac sua creatione ex ampliſſimo Purpuratorum Ordine minus accepit, quam eidem retulit ornamenti: tandem cujus vita omnium exemplo atque admirationi fuit, etiam mors omnibus mœroris, piæque invidiæ argumentnm exſtitit. Obiit Romæ die vigeſima octava Martii annos natus octoginta tres. Illius cadaver in Eccleſia Lateranenſi, cui Lucius præter plura pretioſa omnem ſuam ſuppellectilem Sacram teſtamento reliquerat, in tumulo a ſe parato absque ulla inſcriptionis ſepulcralis pompa requieſcit. Sæc. XVII. A. C. 1604

§. CX.

Arnaldi Oſſati Cardinalis obitus.

Alter erat celeberrimus Arnaldus Oſſatus natione Gallus, Caſſanaberii Auxitanæ Diæceſis pago anno Salutis noſtræ milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſeptimo in lucem editus, obſcuris adeo natalibus, ut nullum poſſet cognatum neque affinem demonſtrare, nullamque gentilitiam hæreditatem Succeſſionis lege ad ſe redeuntem cernere; unde ampliſſima ejus laus hoc unico elogio comprehendi videtur, quod ſine ulla Majorum commendatione, *Ciacon. l. c. pag. 321. Thuan. l. 131. Nic. Erythr. Pinacoth. 1.*

Sæc. XVII. A.C. 1604.

absque aliqua generis claritate, ac fine favore & divitiis, ſed ſolo virtutis ſuffragio in eum amplitudinis locum pervenerit, ad quem ſæpe numero alios nec Regiæ ſtirpis Majeſtas nec opum abundantia evehere poterat. Adoleſcens divinarumque humanarumque ſcientia, ſumma eloquentia, & profunda juris cognitione, quam a Jacobo Cujacio tum Bituricenſis Academiæ Profeſſore hauſerat, imbutus ad publicas prudentiæ Lectiones, forique exercitationes uberrimo fructu acceſſit: neque ab ea ingenii felicitate mores diſcrepabant, ſed mire cum ea congruebat integritas vitæ & innocentia, quam ab ineunte ætate usque ad ultimam ſenectutem nec fortunæ illecebris nec ſpuendis voluptatibus, aut alia unquam turpitudinis labe fœdaſſet. Poſtea a Paulo Foxio Archiepiſcopo Toloſano, dum Regis Franciæ ad Pontificem Orator decerneretur, forenſem ſtrepitum cauſſarumque agendarum curam dimittere admonitus Romam pervenit, ubi ſuo Patrono a Secretis, mira doctrinæ, prudentiæ, raræque in rebus agendis dexteritatis ſpecimina edidit, quibus veluti ſeminibus fœcundiſſimam honorum ac dignitatem ſegetem colligens Foxio obeunte ab Henrico III. Gallia-rum Rege ejus apud Pontificem Orator

Sleid. Contin. l. 10.

decer-

decernitur, Rhedonensi Episcopatu de- Sæc. XVII.
coratus: occiso autem Henrico Rege A. C. 1604.
ac Francia civili bello misere dilacerata gravissima quæque hujus Regni negotia ad Ossatum deferebantur, illudque omnium maxime arduum non tantum de matrimonio inter Ducem Barensem & Regis Sororem, sed præcipue de ipso Rege Henrico IV. qui auctoritate Pontificis, a quo olim desciverat, cum Ecclesia conciliari, Catholicamque fidem restitui efflagitabat. Postmodum Galliæ rebus ex Henrici sententia compositis a Clemente VIII. Bajocensis Episcopus, ac die tertia Martii anno post Christum natum milleſimo quingentesimo nonagesimo octavo Cardinalis Presbyter tit. S. Eusebii renuntiatus est. Intererat etiam gravissimis de Tridentino & librorum delectu Consultationibus, Prioratu Bellismensi & Abbatia Nentiaca necnon Divi Nicolai Virodunensis commenda a Rege decoratus, quas dignitates, ipsamque Purpuram non opibus, luxu aut donis tutatus est, sed duntaxat innocentia, æquitate, justitia, animi moderatione ac temperantia, sine ulla cupiditatis aut avaritiæ suspicione. Insuper Bajocensem Ecclesiam, quam nonnisi quadriennio possederat, tanto divini cultus augmento illustrabat, quale intra quadraginta annorum

Sæc. XVII. A. C. 1604.

norum ſpatium ejus Prædeceſſores ... ſperare poterant. Proficuam quoq... opem tulerat Congregationis Folia... tinæ Religioſis, ac præcipue Jeſuit... ad quorum revocationem tam apud Pon... tificem, quam Franciæ Regem ... parum contulerat, quamvis, ut Reg... famæ, cauſſæque ſtudium unice in... dere videretur, ac Regi omnem ſu... cionem de ſuo affectu in Jeſuitas d... meret, in ſuis ad Villaregium Henrici ... Miniſtrum literis profeſſus eſſet, *quod P... tribus Societatis non ſit deditus, & ſi ... ſit, eos eſſe Regis hoſtes, corruptores ... ventutis, & auctores occidendorum Reg... nihil habeat, quod defendat, nec illos ſi ... peccarunt, excuſatos, & immunes ... eſſe velit.* Tandem Oſſatus Romæ ... decima quarta Martii anno ætatis ſe... geſimo octavo vitæ officio functus ... in Templo Divi Ludovici, ſuæ nati... nis, ſepultus cum præclara tumuli ... ſcriptione, qua tamen longe magis ... morandum eſt elogium, quod Jac... bus Auguſtus Thuanus ſanctioris Co... ſilii ac Regiæ Curiæ Præſes, qui ... ctam cum Oſſato amicitiam fovebat, ... verbis expreſſit: *Sic in hac aula totis ... ginta & uno annis ſe geſſit, ut nemini ... ſentienti dubium reliquerit, quin ſi pecc... originalis fomes non obſtitiſſet, qua mod... ratione maximos honores in ea citra ... bitione...*

Juvenc. Hiſt. Societ. l. 12. part. 5. pag. 122. Miræ. Script. Sæc. XVII.

bitionem decurrerat, eodem in ſtadio per- Sæc. XVII.
gens ad ſummum Eccleſiaſticæ poteſtatis fa- A. C. 1604.
ſtigium inoffenſo pede curreret. Ceterum defuncto parentabat oratione funebri Tarquinius Gallutius Jeſuita.

§. CXI.

Hujus Cardinalis opera.

Reliquit Poſteris celebratiſſimus hic, omniumque rerum experientia verſatiſſimus Cardinalis partim Gallico, partim Latino & Italo ſermone nonnulla eruditiſſima opera, quæ ingenii ſui amplitudinem luculenter teſtantur, ac præprimis exſtat illius expoſitio in *diſputationem Jacobi Carpentarii de Methodo*, in qua contra eundem Dialecticam Rami propugnare videbatur, poſtquam vero inglorio prorſus calamo Carpentarius Oſſatum refellere nitebatur, hic adverſus eundem aliquot ſcripſit epiſtolas: Proſtant etiam quædam lucubrationes de Medicina, præter alias nondum excuſas. Ceteris vero palmam præripiunt libri aliquot eruditiſſimarum epiſtolarum, quæ in difficillimis variisque negotiis ad Principes, aliosque Viros nobilitate ac eruditione clariſſimos exaratæ compendium Hiſtoriæ ſui ævi dici merentur, earumque Auctorem Virum in Principum ſtudiis verſatiſſimum,

Sammarth. in elogiis Dupleix in hiſt. Hen. IV.

Sæc. XVII. A. C. 1604.

tissimum, summeque prudentem de monstrant. Has literas Amelotus de la Houssaie Historicis annotationibus il lustratas unacum Ossati vita iterato pre lo excudi curavit. Asservantur quoque Parisiis in Regia Bibliotheca variæ re lationes de Ligistarum turbis Italo se mone ab eo conscriptæ.

§. CXII.

Simon Talliavia Cardinalis mortu

Ciacon. in vita Greg. XIII.

Tertius erat Simon Talliavia de Ar gonia Siculus, ex cognomin Marchionum genere die vigesima Ma in oppido Paternæ ditionis Castro V ctiano circa annum Domini millesimu quingentesimum quinquagesimum na tus. Hic a suis piis optimisque Pare tibus quamprimum adolevit, dignis ce celso genere moribus imbutus, nul mora in ludum literarium emittebatur studiis humanioribus operam navan Sed tanti ingenii vis diu domesticis pe vatorum larium angustiis concludi hau poterat: unde anno ætatis suæ decim septimo in Hispaniam missus in Com plutensi Gymnasio Philosophiæ ac The logiæ studio tam felici progressu incu buit, ut utriusque facultatis laurea promeritus reliquo vitæ curriculo in genii, doctrinæ, morumque laudibus e

mine-

mineret. Eapropter meritorum fama Romam usque perſonante a Gregorio XIII. die duodecima Decembris anno ſupra milleſimum quingenteſimo octogeſimo tertio Cardinalibus Diaconis annumeratus eſt, qua dignitate fulgens ſingularem in rebus gerendis prudentiam, in dandis conſiliis ſoliditatem, ac in vitæ inſtituto ſanctimoniam præſeferebat. Præfuit tam ſub Urbano VII. quam Gregorio XIV. graviſſimis Eccleſiæ negotiis, iisque conſultationibus, in quibus cauſſæ Epiſcoporum & Regularium, necnon Tridentinæ Synodi diſcuti ſolent: Interfuit ſæpius Pontificiis comitiis, iis videlicet, in quibus Sixtus V. Urbanus VII. Gregorius XIV. Innocentius IX. & Clemens VIII. ad Petri Cathedram evecti ſunt, quibus omnibus tam percarus erat Simon, ut illum de graviſſimis cauſſis conſulere non dubitarent, utpote quem noverant veritatis ſtudioſum, ſimulationibus infenſum, & judicio ac conſilio ſincerum, cujus vita ut a fuco aliena, ita ſententia purior, conſtans ac ſolida ſemper ipſis videbatur. Tandem Sabinenſis Epiſcopus, ac deſignatus Panormitanæ Eccleſiæ Præſul die vigeſima Maji Romæ annum agens quinquageſimum quartum ſupremum diem obiit.

Sæc. XVII. A.C. 1604.

§. CXIII.

Sæc. XVII.
A. C. 1604.

§. CXIII.

Carmelitæ Discalceati a Clemente VIII. in Persidem ad prædicandam fidem Catholicam ablegati.

Histor. Miss. P. Joan. part. 1. Annal. Carmel. tom. 1. lib. 3. c. 1. Balduin. ad Sæc. XVII. Chron. Moral.

Fidei lumen, quod S. Simon Apostolus in Persidem invexerat, refri[gescente] Fidelium fervore vix non Se[culo] culo VII. extinctum erat, quo tan[dem] dissipatis infidelitatis tenebris clarior dei lux rursus vastissima Persarum Regna illustrare cæperat, Persarum quam plurimis unacum Isaëmano Rege Christianorum Sacris nomen dantibus: Post quam vero Ottomanica superstitio prævaluerat, Catholica Religio Incolis per plura sæcula pene incognita erat, nisi quod per Institores Lusitanos rarus ad modum Evangelii rumor ad hoc regnum pervaderet, donec ad initium hujus Seculi Schiah Abbas seu Xaabas Persarum Rex Evangelium prædicandi libertatem indulserat. Pro messe autem quæ abundantior sperabatur, deerant Operarii: quocirca Clemens VIII. propagandæ fidei studiosissimus primo [Discal]ceatis, qui Soæ morabantur, selegit his vero commeatum & sustentationem ex ærario publico sibi ministrari possulantibus, Indiarum Prorex, cum eorum voto satisfacere haud posset, Alexium

Mene-

Meneſium ex ordine S. Auguſtini aſſumptum Goæ Archiepiſcopum ſollicitabat, ut ſui Ordinis Fratres propriis ſtipendiis militaturos ad opus Evangelicum mitteret. Attamen Pontifex, ſe inconſulto, Divini Verbi Præcones in Perſidem decretos ægerrime ferens, ex Carmelitis Diſcalceatis, ex quorum familia jam ante viginti duos annos tredecim in Regno Congi & Angolæ cum admirabili fructu excurrerant, P. Paulum Simonem, Joannem Thaddæum, Vincentium, & Fratrem Joannem unacum Franciſco Rioliad de Peralta Sacro habitu induendo Perſicæ Miſſionis Cultores decreverat, ut vero felicius res ſuccederet, ipſe Pontifex non modo ad Nuntios Apoſtolicos Venetum, Germanum, & Polonicum, ſed etiam ad Imperatorem Rudolphum, Poloniæ Regem, Moſcoviæ Imperatorem, ac denique ad ipſum Perſarum Regem literas, ut vocant, commendatitias die trigeſima Junii hoc anno dedit, ut hi Viri Apoſtolici honorifice ac tuto per infeſta etiam Regna deducerentur. His igitur literis præmuniti unacum Sacris Calicibus, Reliquiis, imaginibus, libris, tribusque præſertim Evangelii tomis Arabice excuſis die ſexta Julii Roma exceſſere, ac tandem innumeris periculis & ærumnis fortiter ſuperatis per

Sæc. XVII. A. C. 1604.

Ex Arch. Vat. Reg. Brev. t. 56.

Sæc. XVII. A.C. 1604.

Moſcoviam, Tartariam, & Pontum Euxinum, & denique per Armeniam in Perſidem delati, Haſpahanium Regni Metropolin appellunt, a Rege, ac Miniſtris perbenigne accepti, eoquod S. Elias Propheta apud Orientales populos adhucdum magna in veneratione eſſet. Ibidem quoque Regis juſſu nova ac percommoda domus eisdem tradatur in monaſterii formam redacta, ut in ea Regularia inſtituerentur exercitia demum vero ſuccedentibus plurimis aliis ejusdem Ordinis Fratribus ferme innumeri tam Infideles, quam hæretici præſertim Suriani ſeu Jacobitæ ſchismatici ad veræ Eccleſiæ ſinum revocati fuere, ac etiamnum ab eis continuato labore Evangelico revocantur. His quoque Clemens edito diplomate quod incipit *Dominici Gregis* die decima quarta Julii præter alia eaque ampliſſima privilegia conceſſit, ut quoscumque hæreticos etiam relapſos, apoſtatas &c. in utroque foro, alios a caſibus Pontifici, Ordinariis & *in Bulla cœnæ* reſervatis ſemel in vita ac urgente neceſſitatis caſu abſolvere & deficientibus Parochis omnia Sacramenta adminiſtrare, necnon in votis diſpenſare valeant, dictorumque fratrum Conventus unice eorum Superioribus Generalibus ſubjaceant.

§. CXIV.

Sæc. XVII.
A. C. 1604.

§. CXIV.

Synodus Diœcesana Cameracensis.

Hoc item anno Guilielmus de Berges Cameracensis Archiepiscopus Mense Octobri suam celebrabat Synodum, in qua agebatur I. de fidei integritate conservanda, ubi Parentes admonentur, ne filios suos mercaturæ, aut opificii gratia, aut alia ex caussa ad loca hæresi infecta transmittant, nisi de eorum fidei soliditate constet. II. De Doctrina & prædicatione Verbi Divini. III. De officio Divino, ubi deambulationes in Templis etiam extra Divinum Officium sub pœna excommunicationis prohibentur. IV. De dierum Festorum cultu & jejuniis: ubi observandum venit, quod Synodus feriam tertiam & quartam Paschæ & Pentecostes, necnon festum SS. Innocentium & S. Mathiæ inter festa minora, in quibus fideles Missam audire tenentur, numerarit. Festa autem SS. Philippi & Jacobi, S. Magdalenæ & Jacobi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis & Judæ, Andreæ & Thomæ Apostolorum, necnon S. Laurentii, S. Michaelis, Martini, Catharinæ, Nicolai & S. Joannis Evangelistæ majoribus festis accensuerit. V. De Sacramentorum administratione. VI.

Concil. Germ. Sæc. XVII.

Sæc. XVII. A.C. 1604.

De Baptismo, ubi ſtatutum, ne qua quam præter Parochos, niſi de eorum conſenſu mulieres a Puerperio purificet VII. De Sacramento Confirmationis VIII. De Sacramento Pœnitentiæ, cui quod ſalubriter ſancitum, ne mulierum confeſſiones niſi in loco omnibus co ſpicuo, nec in ædibus privatis exc caſum morbi excipiantur. IX. D Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento ubi nimis frequens aut quotidiana e conſuetudine potius quam ex devotio ne facta communio prohibetur. X. D Sacramento Ordinis. XI. De Sponſa libus & Matrimonio. XII. De Sacra mento extremæ Unctionis, ubi ſtatu tum legimus, quod Parochi & Notar olim uſitatam conſuetudinem aliqua ex teſtamento legandi Eccleſiæ Cathe racenſi ut Matri in uſum revocari cu rent, ad conſervandam Eccleſiæ Matris debitam reverentiam. XIII. De Funer ribus, Sepulturis, & Exequiis. XIV De oblationibus & decimis, circa quas excommunicati declarantur, qui fraud dem in decimis committunt. XV. D recta bonorum Eccleſiaſticorum admi niſtratione. XVI. De Clericis. XVII De Epiſcopis. XVIII. De Capitulis & Canonicis, qui Divina non per ſubſti tutos, ſed per ſe obire jubentur. XIX. De Paſtoribus, quibus injungitur,

in suis Concionibus, quæ breves & horæ unius spatium non excedant, de fidei doctrina, vitiis fugiendis & sectandis virtutibus duntaxat agant. XX. De Regularibus & Monialibus. XXI. De Scholis, quas pueri & puellæ simul frequentare prohibentur. XXII. De foro & immunitate Ecclesiastica. XXIII. De Usuris ac postremo de Synodo actum est. Finiebatur hæc Synodus die sexta Octobris. Sæc. XVII. A. C. 1604.

§. CXV.

Concilium Namurcense a Francisco Buisseret celebratum.

Eodem hoc Mense die decima septima Franciscus Buisseret Namurcensis Episcopus in sua Cathedrali Ecclesia Synodum celebrabat, ac oratione ad Clerum suum habita plura admodum salubria condebat decreta, & præprimis Librarios ac Bibliopolas juramento adstringi jubet, ne libros prohibitos invehant, aut clam distrahant: Præcipit etiam Dominicales, & Parochiales scholas restitui, eisque idoneos Præceptores præfici, qui assignato justo pretio gratis doceant: Pariter pollicetur hic Episcopus, quod Clericorum Seminarium ex fructibus mensæ Episcopalis & Capituli Cathedralis erecturus sit. In *Concil. Germ. tom. 8. pag. 602.*

Sæc. XVII. A. C. 1604. eadem Synodo ſtatutum, ut Romani Breviarii uſus recipiatur, ſimulque inhibitum, ne pauperes per Eccleſias mendicare permittantur: Enumeratur etiam dies feſti per univerſam Diœceſin celebrandi, inter quos iidem, qui in Synodo Cameracenſi, enumerantur hosque *juxta Concilii Tridentini Decretum ab omnibus etiam exemptis & Regularibus ſervari mandat* Synodus, quæ etiam damnat abuſum, quo nova Sponſa poſtridie ſuarum nuptiarum e Templo egrediens excipi ſolebat a mimis & larvatis hominibus, & cum multis inſolentiis abducebatur, donec a ſuo conjuge redimeretur. Præterea Regularibus prohibet, ne in ſuis Monaſteriis vina hoſpitibus vendant, aut ſæcularibus tempore Paſchatis Euchariſtiæ Sacramentum adminiſtrent, vel mulieres poſt partum publice Benedicant. Tandem ſancitis pluribus aliis decretis die vigeſima Octobris huic Synodo finis imponebatur.

§. CXVI.

Tumultus a Proteſtantibus Embdæ ſuſcitati.

Mercur. Gallo. Belg. t. 4. & 7. Ab eo tempore, quo Ezardus I. Frieſiæ Orientalis Princeps novam Sectam invexerat, tam ipſe quam ejus Succeſ-

Sæc. XVII. A. C. 1604.

Successores gravibus seditionum & discordiarum civilium turbis agitabantur: Regnante autem Ennone tertio hujus nominis Comite Embdenses cives Protestantium sectæ addicti eo temeritatis devenere, ut Fœderatorum Ordinum auxilio elati, in Principis sui ditionem populabundi excurrerent, atque oppido nuper ab eis devastato in Domini sui contumeliam Holandicum præsidium imponerent: denique omnibus locis munitioribus in suam potestatem redactis ad eas angustias Comitem redigebant, ut is frustra implorato Hispanorum auxilio se apud eosdem Ordines Hagæ purgare cogeretur. Hi vero præstiti contra eum auxilii rationem allegantes caussabantur, ipsis nuntiatum fuisse, quod Comes contra Embdanam urbem eo ex fine arma parasset, ut non modo præfatam civitatem Hispanis traderet, sed & Amisiæ navigationem portumque eis aperiret, huncque in finem in vicinorum damnum multas munitiones construxisset, ac propterea Fœderati Ordines periclitantibns Emdanis succurrissent. Quamvis igitur hoc dissidium anno priori fuerit compositum, Protestantes tamen, ut suam pertinaciam, ac seditionem specioso obtentu honestarent, Comitem minus sincera fide cum illis in gratiam rediisse spargebant, eo-

Thuan. hist. l. 131. Universal. Lexicon. lit F. Cluverius epit. Hist. ad hanc annum.

Sæc. XVII. A. C. 1604.

quod ipsius Frater in Hispanias missus Archiducis castra secutus esset, atque alius ejusdem Frater nomine Joannes Guilielmus Sabbinam Catharinam natu majoris Fratris Filiam sibi matrimonio junxisset, hocque conjugio Ritbergense Comitatum aliasque ditiones suo contradicente Comite sibi vendicasset. Auxit autem horum rebellium invidiam eoquod hic Sponsus, procurante Leonardo Rubeno Abdingovienſi Archimandrita, a summo Pontifice cum Sabbina contrahendi facultatem obtinuisset, ea lege, ut Joannes Catholicam Religionem ejusque Sectatores patrocinio suo adjuvaret. Tandem biennio post hæc controversia Comitem inter et civitatem Embdanam potius subditorum potentia quam jure dirempta est, constitutis utrinque arbitris, qui Hagæ Comitis hæc concordiæ capita præscripsere: I. belli tormenta Comiti erepta restituantur unacum vini vectigali ac semisse omnium mulctarum, insuper venatio & piscatio penes eum integra remaneat: II. viciſſim Comes subditis suis liberam relinquat navigationem, ac de ea literis traditis idonee caveat: III. denique bona fide in omnibus boni Magistratus seu Principis officium præstet.

§. CXVII.

Sæc. XVII.
A. C. 1604.

§. CXVII.

Idem Proteſtantes Paderbornæ contra Epiſcopum tumultuantes.

Graſſante quaſi per contagionem furore Proteſtantes, priusquam Ennoni Principi ſuo leges præſcribere auſi eſſent, creſcente audacia contra Theodoricum Fürſtenbergium Paderbornenſem Epiſcopum ſectæ ſuæ fanatismo abrepti inſurrexere, ac Anſeaticarum urbium potentia ſuffulti non modo civilem ſed & Eccleſiaſticam jurisdictionem Epiſcopo adimere attentarunt, tantasque violentias ac nefanda indies perpetrarunt crimina, ut ipſimet ſuæ ſectæ ſocii pudore ſuffuſi ea deteſtarentur: Promiſcue enim Sacerdotes, civesque Catholici Lutheranæ veſaniæ ac crudelitatis victima cadebant, poſtea ipſe Epiſcopus urbe expellitur, ac conculcatis omnibus Divinis humanisque legibus Lutheri ſecta etiam invitis obtruditur. Ergo Theodoricus iniquam vim vi repellere coactus Joannis Guilielmi, qui Ennonis Friſiæ Comitis frater erat, opem implorat, urbemque conſciis iis civibus, qui in debito Epiſcopi obſequio perſtiterant, aſtu intercipere tentat, poſtquam vero admoto crepitaculo jam duæ portæ eſſent effractæ, in tertia hæſit

Thuan. l. c. Fürſtenberg monum. Paderb. Stratteni annal. Paderborn.

Sæc. XVII. A. C. 1604.

conatus, seditiosis contra nitentibus. Tandem vero Episcopus civitatem quam tamen ejus Prædecessores a to retro sæculis firmo jure possederant, pactis redimere compellitur: Sanctum itaque, ut Præsul admitteretur, de c tero nemini vis fieret, sed indulta pr teritæ Seditionis oblivione privileg antiqua servarentur inviolata. Præ guntur hæ leges, quibus tamen, cu alias addere æquitas necessitasque po stularet, Liborius Vichardus Consul e temeritatis prorupit, ut schedam, cu hæc pacta erant inscripta, palam lace rare pararet: id iniquo ferens anim Bertholdus Clevius, qui Episcopi pa tes tuebatur, Liborium impacta alap e Sede Consulari deturbat, ac tanquam pacis perturbatorem, qui populum con tra suum Principem accendere auda esset, vinctum abstrahi jubet: concitat tumultu mox Joannes Princeps urbem ingressus mænia præsidio firmat, cives que in armis esse jubet: producitur e tiam Vichardus seditiosus ille Consul qui quæstioni subjectus, ac de perduel lione in patriam ac Principem suum convictus ad supplicium trahitur, in quatuor partes discerptus, ceteri vero pro criminis modo partim capite, par tim bonis mulctati: urbs quoque amis sis privilegiis ac jurisdictione suprema ad

ad aliam regiminis normam reducitur, necnon Templa Jesuitis aliisque Catholicis restituuntur. Accurrerat equidem in Protestantium opem Mauritius Hassiæ Princeps, ast sero nimis; quippe Joannis copiæ jamjam omnes aditus intercluserant. Sæc. XVII. A. C. 1604.

§. CXVIII.

Detecta conjuratio contra Henricum IV. Franciæ Regem.

Nec magis quieti erant Hugonottæ in Galliis, qui Bullionii Ducis auctoritate freti, ac Tremollii potentissimi Ducis, Plessii Mornæi aliorumque Protestantium sollicitationibus animati ad conflandam seditionem admodum propensi erant: Hispani quoque, cum Fœderatos Ordines subtractis Franciæ suppetiis ad ineundam pacem proniores crederent, & Catholicorum oppressiones exinde sisti sperarent, non modo ingentem armorum apparatum contra Henricum Galliarum Regem in Italia instruebant, sed insuper ut ea, quæ in secretiori ejus Senatu agitarentur consilia, expiscari possent, summopere intenti erant: hanc in rem perutilis erat opera Nicolai Hostæ patria Aurelianensis. Hic a Villaregio, qui Regi in rebus publicis a secretis erat, perca-

Thuan. hist. lib. 132. *Daniel hist. de France tom.* 10. *Ferreras Hist. Hisp. tom.* 11. *Serran. hist. Reg. Franciæ sub Henrico IV. pag.* 835. *Hugo Grotius Hist. lib.* 13.

Sæc. XVII. A. C. 1604.

percarus, ad literas arcanis notis deſcri-
bendas adhibebatur, hacque opportu-
nitate arcana quævis compererat: Poſt-
ea Antonio Sillio Rupipotio, cum Ora-
tor in Hiſpaniam proficiſceretur, adjun-
ctus a Lerma Duce ſollicitabatur, u
Zunigæ, qui Pariſiis Hiſpana fungeba
tur Legatione, ſecretiſſima quæque ma
nifeſtaret, pacta mille ducentorum a
reorum penſione annua. Ineunte hu
anno Emericus Robertus Barallius, qu
Rupipotio Legatus ſucceſſerat, de re
admodum ſecreta cum Pontificis Nun
tio conferre jubebatur, totius tame
negotii ſeriem eidem manifeſtare a Reg
prohibitus: vix autem Orator hac d
re agere cæperat, cum illico Nuntiu
reponeret, quod ex Hiſpaniæ Regis
Miniſtris jam antea hæc & cetera, qua
caute ſuppreſſerat, percepiſſet: Exti
de Barallius Regis ſui arcana fuiſſe pro
dita haud obſcure cognoverat, quin ad
huc proditorem noſſet, in cujus tame
cognitionem paulopoſt venerat per Joan
nem de Lyra alias Raffium dictum, qu
obtinendæ veniæ fiducia animatus Ora
torem acceſſerat, exponens, quod ex
literarum commercio, quod inter ipſum
& Hoſtam interceſſiſſet, perfidiæ Ora
thorem manifeſtare paratus eſſet, dum
modo Franciæ Rex ſibi ex ſuo exi
lio ad patriam redeundi gratiam facere
velle-

vellet. Ea de re Barallius Androtium in Gallias decernit, quo conſpecto Hoſta proditionem ſuam detectam ſuſpicatus, nulla mora datis literis Hiſpanum Oratorem monuit, ut Raffium carceri daret: priusquam vero ejus literæ advenerant, hic celeri fuga unacum Deſcarteo ex Hiſpania exceſſit, atque incolumis Fontem bellaqueum delatus inſequentium inſidias eluſit. Hoſta autem a Zuniga monitus præcipiti fuga Campaniam percurrit, ſed ab inſequentibus ad Fajum, ubi Matrona ponte navali trajicitur, vix non deprehenſus, dum noctu vadum quærit, in paludem delapſus die vigeſima quarta Aprilis ſubmerſus eſt, cujus cadaver poſtea repertum die decima ſexta Maji quatuor equis in totidem partes diſcerptum eſt, quæ in quatuor locis ad urbis ingreſſum patibulis affigebantur.

Sæc. XVII. A. C. 1604.

§. CXIX.

Alia conſilia in ejusdem Regis perniciem agitata.

Vix hac moleſtia Rex Franciæ defunctus erat, cum nova contra ipſum conſilia a ſuis etiam Amicis ac familiaribus cuderentur; Hic enim tam cæco amore deperibat Henricam Vernolii Marchioniſſam, ut eidem futuri Matrimonii

Memoir. ſecret. part. 4. Thuan. lib. 132. Daniel hiſt. de France lib. 10. Serran. hiſt. Franc. ad ann. 1604.

Sæc. XVII. A. C. 1604.

monii pollicitationem tradita etiam Syngrapha faceret: hæc Regis imbecillitas Henricam ad tantam impulit arrogantiam, ut Mariam Mediceam Reginam Henrici uxorem contumeliosis verbis lacessere, suasque proles ex illegitimo complexu susceptas cum Reginæ Filiis æquiparare haud dubitaret: nec his contenta, coram ipso Rege quadam de tam indigna contra Reginam rivalem suam effutiebat, ut Rex prævalente indignationis impetu eidem alapam infligere pararet: unde arrogans fœmina se deinceps omne amoris commercium Regi interdicturam comminabatur: quamprimum Regina nonnihil de fœdæ consuetudinis affectu detractum viderat, Regem importunis precibus eo adegit, ut Entraguium hujus Meretricis Patrem ad reddendam promissi Syngrapham compelleret, numeratis eidem viginti aureorum millibus, factaque spe de aquirenda Mareschalli Francici dignitate. Inde vero Vernolia, cum sese Reginæ furori ac ultioni impune expositam crederet, suæ proliumque saluti consulere intenta, coram Rege simulabat, quod securum in Anglia asylum sibi suisque liberis quærere decrevisset. Haud displicuit Regi Amasiæ suæ propositum, ipsa vero in Hispaniam, ubi sui Parentes pernicioſa contra Regem

gem consilia clam cudebant, secedere, ibidemque Filios suos veluti legitimos Regni hæredes educare statuit, operam ad hoc spondente Tassio Hispani Regis Oratore: Rex horum ignarus ipsum quoque Alvernium Comitem uterinum Marchioniſſæ Fratrem datis mandati Regii literis ad eundem Oratorem ablegabat, supplicatum, ut cum bona ejus venia Vernolia unacum Gastone spurio suo Filio, quem Rex anno priori legitimum in Senatu declarabat, adversus Reginæ furorem tuta Cameraci subsistere posset. Alvernius demandato sibi negotio functus doloſe Regi insinuabat, quod conceſſis mandati literis ad detegenda Hispanorum molimina uti vellet: Annuit Rex nociva prorsus credendi facilitate, qua Comes abutens clandestina cum Hispanis consilia adversus Regem fovere cæperat, in conjurationis societatem vocatis pluribus primæ Nobilitatis Viris, ac ipsomet Entraguio Marchioniſſæ Parente, qui violatam promissi matrimonii fidem, necnon illatam filiæ suæ injuriam Regis nece vindicare statuerat. Interim interceptis literis Rex Alvernii & Entraguii clandestina cum Joanne Tassio & Balthasare Zuniga Hispanis Oratoribus consilia edoctus mox Alvernium ad Aulam revocari jubet: cum vero is venire tergiversaretur,

Sæc. XVII. A.C. 1604.

tur, ab Eurio Legionis Vindocinæ Tri-
buno, cui Comitis intercipiendi cu-
erat demandata, rogatur, ut luſtrandi
Equitum cohorti intereſſe vellet: Co-
mes doli ſive ignarus, ſive quod ea
ſui velocitate vim effugere ſperaret, a
conditum locum venit: mox vero, u
mortalibus ſæpe futuri mali præ
mens eſt, illi cogitatio de inſidiis in
dit, quas tamen ſero nimis præſen
illico enim quatuor pedites, qui
Nereſtanus rei gerendæ ſignum deb
rat, equi habenas conſtringunt, eoq
ſumma vi Comitem dejiciunt, ac vi
do ſatellitio ſtipatum Pariſios deduc
arci Antonianæ incluſum, ubi ſe co
jurationis a Bironio & Bullionio Duc
conflatæ conſcium faſſus eſt: Pa
poſt Rex plenius clandeſtina dete
rat conſilia, quæ Marchioniſſa ejus
Pater cum Taſſio Hiſpano Oratore
Anglia, & cum Zuniga in Galliis a
tabant, quocirca Entraguium & Mo
ganum in Palatino carcere, Henric
vero domi ſuæ cum ſatellitio cuſtod
juſſit. Die prima Februarii anno
quenti Regii Senatus ſententia Entra
guius, Alvernius & Morganus capi
damnantur, Vernolia vero Marchio
niſſa in Monialium Cænobium detru
jubetur, donec de crimine plenius con
ſtaret. Hujus tamen ſententiæ execu-
tionem

tionem Rex differri præcipiens, tandem mortis ſententiam in perpetuum carcerem commutabat, a quo etiam Alvernius nonniſi undecimo poſt anno liberatus eſt, Entraguius vero paulo poſt Malherbam ditionem ſuam, & Henrica Vernolium ſecedere permittebantur, eoquod culpa amori priſtino donata eſſet, & Rex in horum crimine ſuum agnoſceret crimen. Sæc. XVII. A. C. 1604.

§. CXX.

Franciæ Regis epiſtola ad Papam circa hanc conjurationem.

Die quinta Julii Henricus Franciæ Rex per Bethunium ſuum Romæ Oratorem literas ſuo chirographo munitas ad Papam dabat, in quibus de Hiſpanis vehementer queſtus totam conjurationis culpam in eos rejecit, hæc exponens: „Rurſus Hiſpani Alvernium & „Entraguium corrumpere moliti ſunt per „Taſſium ſuum in Regia mea Oratorem, „ejusque Succeſſorem Zunigam: Hi in „perverſi ſui conſilii ſubſidium vocabant „Syngraphan, quam adhuc cælebs „Entraguio eo duntaxat fine dederam, „ut is Filiam ſuam amoribus meis de„ſervire permitteret: eandem vero ſche„dam Taſſius malitioſe ex Entraguii ma„nibus extorquere, ac Vernoliam una- *Lit. Reg. ad Beth. Mem. ſecret. l. c.*

Sæc. XVII. A. C. 1604.

„cum Filiis ſuis, quas ex meis amplexi„bus ſuſceperat, in Hiſpaniam abducere „nitebatur, eo conſilio, ut Hiſpanimo„trimonii mei valorem, ac poſterorum „ſucceſſionem aliquando controverſam „reddere poſſent: Hac agendi ratione „Sanctitati ſuæ ſatis perſpectum erit „quod haud immerito Hiſpanorum ami„citiam mihi ſuſpectam habeam: in„terim Alvernium & Entraguium carcere „mancipari, Vernoliam vero cuſtodiri „juſſeram.„ Hæ Regis literæ Clemen-tem Papam ab Hiſpaniæ Regis patro-cinio minime abſterrebant; haud enim ignorabat, quod Franciæ Rex hanc turbas non tam Hiſpanis, quam pro-priæ ſuæ incontinentiæ ſuorumque fa-ditorum indignationi attribuere cog-retur.

§. CXXI.

Clementis Papæ Conſtitutiones.

Bullar. t. 3. Conſtit. 107. & ſeqq.

Plures etiam hoc anno Clemens Papa Conſtitutiones admodum ſalutares ediderat, ac præprimis quidem illos, qui ex Congregatione Fulienſi Ordinis S. Bernardi ad aliam Religionem tranſierunt, denuo recipi prohibuit, edito deſuper diplomate die decima ſeptima Martii. Alia Conſtitutione die vigeſima quarta Junii Congregationi Cleri-

corum

corum a se jam antea approbatæ alios Conventus & Ecclesias recipiendi facultatem concessit. Cum vero quorumdam temeritate in Missalibus plura fuerint immutata, pluresque errores irrepserint, alia Constitutione die septimo Julii promulgata Missale Romanum a Pio V. editum emendatissime imprimi, illiusque usum introduci præcepit. Ejusdem Mensis die vigesima tertia, necnon prima Decembris cum comperisset Pontifex, quod nonnulli ex Cruciferorum Congregatione, necnon ex Fratribus Eremitis Sancti Augustini diversas dignitates ac munia Ecclesiastica commendatitiis literis, aliisque viis aucupari contenderint, indictis etiam pœnis, ejusmodi ambitionem coercuit: pariter severa sanctione vigesimo Septembris & vigesimo quinto Octobris die indicta abusum, quo nonnulli ex Ordine Carmelitano & Eremitarum S. Augustini a Superiorum suorum decretis ad Tribunalia Sæcularia appellabant, sustulit, declarans, quod unice ad suum Generalem, vel Protectorem Ordinis, aut summum Pontificem recurrere valeant. Quinto post die idem Pontifex prohibuit, ne qui habitum Fratrum S. Augustini Discalceatorum deferre audeant, nisi ejusdem Congregationis Professi existant, quibus etiam ad alium

Sæc. XVII. A. C. 1604.

Sæc. XVII. A. C. 1604.

præter Carthusianorum Ordinem, tra- fire inhibitum. Die vigesima quinta Octobris Clemens Statuta ab Ordine Fratrum B. V. de Mercede ad reformationem præfati Ordinis edita approbat. Ut vero pravis consuetudinibus, quæ in erigendis Sodalitatibus irrepserant, Pontifex occurreret, die septima Decembris statuit, ut Superiores unam tantum, ut vocant, Congregationem de consensu Ordinarii singulis in locis instituere, ac Sodales aggregare, iisdem taxat spirituales gratias eis nominatim concessas, non vero alias communicare valeant. Postremo die decima sexta ejusdem Mensis edito diplomate, cui quadraginta sex Cardinales erant subscripti, erectionem Ecclesiæ Bonnonienſis in Archiepiscopatum, necnon unionem quarumdam Ecclesiarum Archiepiscopatui Ravennatensi factam confirmabat.

§. CXXII.

Aliæ Constitutiones jussu Pontificis editæ circa S. Ritus.

S. Congreg. Rituum Congreg. Episcop. & Regul.

Eodem hoc anno Clementis VIII. pontificatus plures emanarunt S. Congregationum decisiones, quibus variæ circa Sacros ritus emergentia dubia fuerant decisa, & quidem die decima Januarii

Januarii declaratum, quod Episcopus suos Canonicos in Ecclesia non debeat venerari detegendo caput, sed benedicendo manu, quodque dignitates, quæ habent Præbendas cum onere cantandi Evangelium seu epistolam non teneantur ministrare inferioribus: decretum pariter, quod commemoratio Sanctæ Mariæ debeat cum oratione fieri in officio occurrenti in Ecclesiis eidem dicatis, acsi Officium parvum ejusdem recitatum fuerit, cum ibi sit Titularis. Die autem duodecima ejusdem Mensis Sacra Congregatio Episcoporum & Regularium declaravit, quod clavis Custodiæ Sanctissimi Sacramenti non debeat Monialibus committi, sed illi Sacerdoti, ad quem spectat cura illud administrandi. Postea die septima Februarii statutum, quod in Ecclesia Collegiata exempta, præsente uno Canonico Cathedralis cum Episcopo & Abbate Collegiatæ ejusdem cum suis Canonicis prius incenseturCanonicus quam Abbas: Episcopo etiam Suffraganeo teneantur Canonici assistere, quando nomine proprii Episcopi functiones Episcopales exercet, uti declarabat S. Congregatio Rituum die vigesima prima ejusdem Mensis: quo etiam die statutum, quod Canonicus celebrans in Ecclesia Collegiata non teneatur facere

Sæc. XVII. A. C. 1604.

Sæc. XVII. A C. 1604.

reverentiam Vicario præsenti in fine Missæ ante Benedictionem. Præterea Sacra Congregatio Episcoporum semper intenta, ut privatorum, uti vocant, Oratoriorum frequentia imminuatur, die quarta Maji statuit, quod in eodem Oratorio non concedi possit, nisi unicum duntaxat ejusmodi Oratorium. Decretum pariter die octava ejusdem Mensis, quod una clavis reliquiarum Sanctorum, qui civitatis Patroni sunt, concedi possit Magistratui Sæculari ejusdem Urbis: die autem decima quinta Maji sancitum, quod Episcopus non valeat mutare diem festi, ne concursum ad Cathedralem impediat: Abbas vero non possit extra suam Ecclesiam in Mitra & Baculo, neque ante se ea deferre, uti die decima septima Julii declaratum legimus: Sequenti autem Mensis die vigesima prima sancitum, quod Clerus Ecclesiæ Cathedralis ultimus, postremo loco incedere debeat in supplicationibus, nec Clerus vel Canonici aliarum Ecclesiarum debeant cum dicto Clero Cathedralis incedere: possit tamen Episcopus ex caussa necessitatis olea Sacra conficere cum minori numero Ministrorum, quam præscribitur in libro Pontificali. Insuper die decima sexta Octobris decrevit Sacra Rituum Congregatio, quod Dedicationis Festum

Festum extra actum Consecrationis non valeat amplius mutari ab Episcopo inconsulta Sede Apostolica: si vero Ecclesiæ Dedicatio vel aliud festum primæ classis occurrat in Festo Nativitatis B. V. Mariæ, fiat de ea Officium, Missæ quoque duæ cantentur, infra Octavam autem fiat de digniori: Stabilitum insuper quod Archiepiscopus translatus ad Episcopalem Ecclesiam non valeat retinere usum pallii, nec etiam Crucem, bene tamen nomen seu titulum Archiepiscopi. Postremo die vigesima sexta Octobris decisum fuit, quod titulus antiquus Ecclesiæ mutari non possit a Confraternitate.

Sæc. XVII. A. C. 1604.

§. CXXIII.

Variæ decisiones circa Sacramentorum administrationem.

Eadem quoque Congregatio Episcoporum plura condidit decreta præcipue circa eos, qui Sacramentum Pœnitentiæ administrant: circa quos præprimis die duodecima Januarii sancitum, quod Regulares compelli non valeant ad audiendas Confessiones extra suas Ecclesias, nec etiam Episcopus suos Clericos, ut sibi confiteantur, cogere valeat, uti decisum habetur die decima septima Maji, qua etiam die

Congreg. Episcop.

Sæc. XVII. A. C. 1604

declaratum, quod Ordinarius non pos
sit prohibere Confessariis, ne audiant
Confessiones eorum, qui agitant lites
in Curia Episcopali, antequam eas cel
fari faciant. Statutum quoque die pri
ma Junii, quod Papæ Nuntius nihi
possit accipere pro absolutionibus & D
spensationibus. Die autem tertia Octo
bris eadem Congregatio decrevit, quod
Confessarius non debeat habere juris
dictionem & regimen temporale vel spi
rituale externum Monasterii: pariter
die vigesima sexta Octobris declaratum,
quod accessus ad Moniales sine licentia
in scriptis, non debeat esse casus reser
vatus: quod si tamen experientia com
periatur, frequentiam nimium excre
scere, poterit Episcopus statuere casum
reservatum de accessu Virorum annos
quatuordecim excedentium sine licen
tia. Eadem die stabilitum, quod Con
fessarii Monialium neque ab Universi
tate, neque ab ipsis Monialibus eligi
debeant, sed ab Ordinario deputari, &
licet habitatio Confessarii Monialium
debeat esse vicina, non tamen sit con
juncta seu contigua Monasterio, sed ab
eo disjuncta non modo per parietes, sed
etiam per tecta, uti die vigesima se
cunda Novembris Sacra Congregatio
præcepit, die autem septima Decem
bris Papa statuit, quod Confessarii Con
fratet.

Sæc. XVII. A. C. 1604.

fraternitatum approbentur ab Ordinario, & si fuerint Regulares, ab eorum Prælatis, & absolvere possint Confratres juxta privilegia Confraternitatum, non tamen a casibus Bullæ Cœnæ vel reservatis Papæ vel Ordinario neque ab excommunicatione ab homine lata, neque possint dispensare in irregularitate. Alia præterea hoc anno circa disciplinam Ecclesiasticam statuta fuere, & quidem die duodecima Januarii Sacra Congregatio Episcoporum declarabat, quod post annum Literas dimissoriales, ut vocant, concedere non ad Capitulum, sed ad Vicarium spectet. Sacri Concilii autem Congregatio die tertia Februarii statuit, quod Seminarium erigi non valeat in ædibus Cathedralibus, nisi de consensu Canonicorum, & ita separatum, ut Presbyteri & Clerici nullum commercium habeant cum Seminaristis: septima quoque ejusdem Mensis die sancitum, quod si contingat Episcopum in supplicatione cum Capitulo Cathedralis Ecclesiæ accedere ad Ecclesiam exemptam, ac Sedi Apostolicæ immediate subjectam, & in eadem Missæ solemni aut Vesperis interesse, tunc Episcopalis Sedes in cornu dextro chori, sive Ecclesiæ collocanda sit uno gradu eminentior cum ornatu congruo, & situ aliquatenus digniori respectu Sedis

Sæc. XVII. A. C. 1604. Abbatialis dictæ Ecclesiæ. Die decima nona Aprilis Sancta Congregatio censuit, eum, qui in concursu ad Parochiam a duobus Examinatoribus approbatus & ab aliis duobus reprobatus fuerit, si Episcopus votis approbantium accesserit juxta Concil. Trid. Sess. 24. de Ref. approbatum intelligi, ac propterea posse etiam ad Parochialem vacantem regendam Episcopi electioni alteri præferri, si eum altero magis idoneum judicaverit. Postea die octava Maji statutum est, quod Vicarius capitularis amoveri possit, si absque causa inhibeat Suffraganeo vel ejus Vicario exercitium sui Officii, die quoque vigesima nona Novembris Sacra Congregatio Concilii declaravit, quod Capitulum & Canonici, licet exempti sint a Episcopali jurisdictione, compelli tamen ab Episcopo possint ad solvendam eorum ratam pro Seminario.

Prax. Canon. de Nicoll. tom. 2. lit. O.

§. CXXIV.

Actum de Carolo Borromæo & Ignatio Loyola Albo Beatorum adscribendis.

Tam luculenta eximiæ virtutis, quibus Sanctus Carolus Borromæus in vita sua eminebat, specimina, totque post glorioſum ejus obitum prodigia, vel totidem

Jussan. in vita S. Carol. Borr. t. 7. Thuan. hist. l. 131.

totidem sanctitatis oracula edebantur, ut ipsum publicus universi Orbis sensus *Sancti* Titulo decorarit, atque Ecclesiæ Dei cæleste candelabrum nominare haud dubitaret: Eapropter ipsemet summus Pontifex Clemens VIII. anno Christi millesimo sexcentesimo primo per Cardinalem Baronium datis literis Mediolanensi Præsuli præceperat, ut hic Anniversarias exequias, quas Sanctus hic Vir in majori Hospitali pro anima sua vivens fundaverat, in Solemne Sacrum die quarta Novembris commutaret: currente autem hoc anno, cum ibidem puer quidam prodigiose e naufragio ereptus fuisset, ac alius oculorum usum, quo ex Matris utero destitutus erat, meritis hujus Divi recepisset, comprobata utriusque prodigii veritate, atque rogantibus præcipue Italis ac Insubribus, necnon toto Cardinalium Collegio Clemens VIII. Mediolanensi Oratori hunc in finem ablegato testabatur, quod ipsamet mira hujus Præsulis sanctitas publicos Divorum honores exigere videatur: hanc ob caussam die vigesima quarta Aprilis Sanctæ rituum Congregationi præcepit, ut ingesta S. Caroli ac prodigia juratis testimoniis inquiri curaret: ipse vero Pontifex libello supplici, quem Mediolanenses

Sæc. XVII. A. C. 1604.

Abregé de l'hist. Eccles. tom. 10.

Sæc. XVII. A. C. 1604.

ſes hanc in rem porrexerant, propo chirographo hæc verba inſcripſerat:

Domino Cardinali Novocomienſi.

In Congregatione Rituum hoc negotium pertractes velim ea diligentia & aſſiduita ac circumſpectione, quam non modo tanti momenti ac naturæ expoſcit, ſed i ſuper Vir in Eccleſia Dei adeo excell ac eminens meretur: cum, prout pia cr dimus, nulla ſit Regio in terris, quæ Sa ctitate tanti Præſulis repleta non ſit. Eo dem hoc anno de Ignatio Loyola Ro mæ in beatorum numerum ſolemni ri referendo agebatur; cum autem e dem tempore Caroli Borromæi cauſ impenſius agitaretur, ac nondum variis Provinciis ea, quæ ad teſtandu Ignatii ſanctitatem pertinerent, colle fuiſſent, Sacra rituum Congregatio hu cauſſam ad plenius examen differe dam cenſuit: graves inſuper difficult tes ex Conſultoribus nonnulli oppone bant, quos inter haud contemnendu erat, Franciſcus Pegna Doctor Hiſpa nus tam eruditione, quam humilitat clariſſimus, qui tum Auditor Rotæ Igna tii apotheoſi vehementius repugnabat quam ob cauſſam haud levem in ſe So cietatis invidiam concitabat, quæ ma gis adhuc augebatur, dum progreſſ temporis pariter in prima Congrega tione, quæ de Bellarmino Beatorum

ſalut

Sæc. XVII. A.C. 1604.

faſtis adſcribendo habebatur, acrius contra hanc cauſſam declamabat, quamvis ceteri omnes Conſultores non minus ac ipſe excepto uno ſolo obſtitiſſent.

§. CXXV.

Initia Ordinis militaris Equitum B.V. Mariæ de Monte Carmelo in Galliis erecti.

Quantumvis Henricus IV. Galliarum Rex ab Hugonottis in Religionis Catholicæ odium graviter infeſtaretur, immoto tamen tuendæ & propagandæ fidei ac Divinæ gloriæ ſtudio ſemper fervebat: id igitur novo juxta ac luculento teſtaturus monumento, Equeſtrem Ordinem ſub invocatione Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo de Regiis bonis hoc anno inſtituere decrevit. Pium hoc conſilium per Philibertum Marchionem de Nereſtan, necnon Carolum de Novavilla Halincurtii Toparcham, qui tum Romæ apud Pontificem Regis Oratorem agebat, Clementi Octavo propoſuit: Annuit lubenti animo ſummus Pontifex, remque Pater Petrus a Matre Dei Carmelita Diſcalceatus, qui tum Pontifici a concionibus erat, complanatis difficultatibus tam feliciter promoverat, ut indies optatum exitum ſortitura crederetur: verum

Chevaler. du P. Honoré Carme dechauſſé Annal. Carmel. l. 2. Par. 26. Heliot hiſt. des Ordres Giuſtin. hiſt. Chronol. de orig. Ord. milit. Bullar. Magn. Paul. V. Conſtit. 41. Seran. hiſt. Reg. Gall. ſub Henrico IV. p. 861.

Sæc. XVII. A.C. 1604.

verum anno ſequenti ſummo Eccleſiæ Antiſtite præmatura morte vivis ereptо tam ſalutare negotium non ſine maximo promoventium dolore retardatum eſt. Ceterum ſubrogato poſtmodum Paulo V. idem Pater Petrus huic pariter Pontifici cariſſimus & Apoſtolicæ ſub ipſo muniis fungens, intermiſſum opus eo ferventius denuo urgebat, quo impenſius ſollicitante Regis Oratore tandem anno Domini milleſimo ſexcenteſimo ſeptimo Pontificium erectionis diploma, quod incipit *Romanus Pontifex*, die decima ſexta Februarii emanatum obtinebat. Porro novi hujus Ordinis Militaris Equites nonniſi ex Nobilibus Gallicæ Nationis Viris ſelecti ut modo belli tempore Francici Regis latera ſtipare, ſed præcipue Catholicæ Eccleſiæ hoſtes debellare, necnon Nosocomiorum curam in ſe ſuſcipere tenentur: inſuper ſingulis diebus Officium ſeu coronam Marianam recitare, Feſtis & Sabbati diebus Miſſæ intereſſe, feria quarta ab eſu Carnium abſtinere necnon feſtis B. V. Sacram Synaxin ſumere adſtringuntur: demum etiam Crucem fulvi coloris, quæ in medio Iconem B. V. præſeferat, deferre tenentur: pariter caſtitatem conjugalem atque obedientiam ſolemni voto profitentur, ac B. Virginem Montis Carmeli

meli tanquam Ordinis Patronam ſemper ac ſpecialiter die decima ſexta Julii venerari jubentur. Poſtquam vero Gregorius XIII. Anno reparatæ Salutis milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo Equites Ordines S. Lazari cum Sabaudis S. Mauritii Equitibus conjunxerat, ac Galli Sabaudis ſubeſſe renuerent, anno poſt Chriſtum natum milleſimo ſexcenteſimo decimo quinto a Paulo V. Equites natione Galli illis Beatæ Virginis de Monte Carmelo adjungebantur. Progreſſu temporis Ludovicus XIV. Franciæ Rex eundem hunc Ordinem adjunctis pluribus aliis minus ſplendidis atque Equitum numero minus inſignibus auxit, ac ipſemet ſupremi Magiſtri Officium in ſe ſuſcepit. Sæc. XVII. A. C. 1604.

§. CXXVI.

Stephani Pighii obitus.

Non pauci ex Catholicis Scriptoribus Eccleſiaſticis hunc annum vitæ ſuæ exitialem ac poſtremum experti ſunt, quos inter primo loco recenſemus Stephanum Vinandum Pighium antiquitatum peritia celeberrimum, qui patria Campenſis in Tranſiſalana Provincia natus laudatiſſimis Avunculi ſui Alberti Pighii Viri longe doctiſſimi veſtigiis conſtanter inſtitit: Humanioribus literis *Miræus de Script. Sæc. XVII. Hanckius de Rom. rer. Script.*

Sæc. XVII. A. C. 1604.

ris in patria imbutus Romam contendit, ibidemque per integros octoginta in perveſtigandis antiquitatibus tam indefeſſum impendebat ſtudium, ut hujus ſcientiæ eminentia paucos ſibi æquales, ſuperiorem certe neminem numeraret: inde in patriam reverſus atque ab Antonio Perenotto Granvellano Cardinali in familiam adſcitus non modo eidem ab epiſtolis erat, ſed ſuæ etiam quam copia & ſelectu librorum celeberrimam habebat, Bibliothecæ præfectus batur: Tum vero vaſtiſſimum ſuum ingenium copioſo paſcens eruditionis pabulo ſelectiſſima quæque ex vetuſtis olamoque exaratis Codicibus erue poſtea ad ſcribendos libros animum jiciens primo Valerii Maximi opera gantiori ſtylo edebat: demum Caro Cliviæ & Juliæ Duci Romam eunti modo viæ Comes, ſed & vitæ, ingniique Moderator adjungitur, quo tamen nimis tempeſtiva morte Romæ no Chriſti milleſimo quingenteſimo ptuageſimo quinto e vivis ſublato ditiſſimum librum, cui titulus *Prodicus*, anno Salutis noſtræ milleſimo quingenteſimo octogeſimo Antverpianis literis excuſum vulgavit, in quo non modo itineris ſui fata ſcripſit, ſed etiam Caroli defuncti Principis virtutes unacum univerſa

Italia

Italia veluti in tabula ob oculos posuit. Sæc. XVII.
Tanti vero officii Filio suo impensi haud A.C. 1604.
immemor tristissimus Parens Guilielmus Dux, Pighium scriptis operibusque bene meritum apud Coloniam Trajanam, oppidum hodie *Sanetense* dictum, Canonicum & Scholarcham nominabat, qua dignitate honoratus Pighius nihil ab avito suo sciendi ardore remisit, sed strenue expletis officii sui muneribus horas subcesivas Sacratioribus Musis dicavit, donec invida mors octoginta quatuor annos nato Seni exercitatissimum excusserat calamum. Scripsit librum *de Themide Dea, seu lege Divina* necnon mythologiam in quatuor anni partes Plantinianis literis Anno Dominicæ Incarnationis millesimo quingentesimo sexagesimo octavo vulgatam, præter duo volumina *Fastorum Magistratuum Romanorum ab urbe condita usque ad tempora Vespasiani & triumphorum a Romuli usque ad Plautii Sylvani triumphum;* hoc argumentum Pighius, quem Justus Lipsius merito alterum indefessi calami & styli Livium nominabat, longe copiosius quam olim Cassiodorus, Cuspinianus, Sigonius, & Onuphrius pertractavit, eapropter Andreas Schottus illud opus ob suam præstantiam secundo Annalium suorum tomo præfixit, ac Antverpianis typis anno supra

Sæc. XVII. A. C. 1604. milleſimum ſexcenteſimo decimo quinto edi curavit.

§. CXXVII.

Gabriel Vasquez aliique e Societate mortui.

Bibl. Script. S. J. Miræus. Script. Sæc. XVII.

Obiit pariter die vigeſima tertia Septembris Gabriel Vasquez natione Hiſpanus, patria Bellomontanus, qui octodecim annos natus die nona Aprilis anno Chriſti milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono Societatem Complures ingreſſus variis in Collegiis Divum Thomam Aquinatem ſuo modo interpretatus eſt, ſacra hac functione integros viginti novem annos inſumens. cum autem Vir eſſet præſtantis ingenii, aſſiduæ Lectionis, atque in perveſtigandis, eruendisque Sanctorum Patrum ſententiis diligentiæ indefeſſæ, hinc ad Complutenſem Academiam evocatus ibidem Theologiam publice tradidit, donec tandem quinquageſimo quinto ætatis ſuæ anno ibidem decederat. Edidit libros tres *de Cultu adorationis* necnon Commentarios in Divi Thomæ ſummam: cetera ejus opera omnia decem tomis comprehenſa Lugduni anno Domini milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo typis prodiere.

Hanc

Sæc. XVII. A. C. 1604.

Haud minor eruditione erat Emanuel Acosta natione Lusitanus Ulyssiponensis, qui anno restauratæ salutis millesimo quingentesimo quadragesimo primo natus decimo octavo ætatis suæ anno idem Societatis Institutum amplexus est, ac variis Domi officiis defunctus septuagenario major die vigesima quinta Februarii Ulyssipone mortalitatem exuit. Scripsit historiam Societatis in Oriente usque ad annum millesimum quingentesimum sexagesimum octavum, qui liber a Maffeio latine redditus Parisiis exstat unacum epistolis de rebus Japonicis.

Ejusdem Instituti, Nationis ac patriæ erat P. Ludovicus Crucius, qui anno a Partu Virginis millesimo quingentesimo quadragesimo secundo natus Latinis, Græcis atque hebraicis literis operam navabat, ac Rhetoricæ tradendæ, necnon interpretandis Sacris literis sese impendens, tandem podagræ doloribus confectus Conimbricæ die decima octava Julii naturæ debitum solvit. Hic latino carmine eleganter expressit Davidis Psalmos iterato prælo excusos, edidit etiam tragœdias ac varia poemata. Postremus est Pater Petrus Chirinus, qui in Philippinas Insulas a Superioribus suis missus, historiam de horum Insulanorum statu ac

Sæc. XVII. A. C. 1604.

converſione ad fidem ſcripſit, & Manilæ annos natus ſeptuaginta octo deceſſit.

§. CXXVIII.

P. Martini de Peraza deceſſus.

Bibl. Carmel. part. 2. Alegre Parad. ſtat. V. c. 89.

His merito jure accenſendus eſt Martinus de Peraza natione Hiſpanus Ocaniæ oppido in Caſtella nova ſito natus, qui a ſuis Parentibus tam pietate quam Nobilitate claris in omni virtutum exercitio educatus pro ſolidioris pietatis augmento Monachis Ciſtercienſibus tradebatur, humanioribus literis ac Philoſophicis diſciplinis imbuendus: poſtea ſaluti ſuæ providus Madriti apud Carmelitas antiquioris obſervantiæ habitum ſumpſit, ac remenſo ſtudiorum curriculo tam luculenta acutiſſimi ingenii, ac vaſtiſſimæ eruditionis ſpecimina edidit, ut Theologiæ Magiſter creatus, Sacras literas ex primaria Cathedra in Salmanticenſi Univerſitate Profeſſor interpretaretur: dein Cæſaris Auguſtam vocatus, cum hebraicæ linguæ verſatiſſimus eſſet, denuo Sacrorum librorum Interpretem agere jubebatur, qua exercitatione in animarum lucrum converſa per viginti fere annos primis in Templis necnon in Regali Xenodochio non ſine ingenti fidelium con-

concurſu ac proventu Conciones ad populum habuit: tandem meritis plenus ac literariis vigiliis exhauſtus Salmanticæ in ſuo Conventu quinquagenario minor defunctus eſt, ibidem perhonorifice ſepultus. Poſteris reliquit Commentarios in Canticum Canticorum, necnon duo volumina Sermonum quadrageſimalium, præter aliud volumen Concionum de Adventu & Sanctis iterato prælo excuſum: Inſuper Davidicos Pſalmos & D. Pauli Apoſtoli Epiſtolas Sermonibus explicatas Hiſpano idiomate elucubrabat, duobus voluminibus comprehenſas. Exſtant quoque illius *ſermones Mariales*, præter Orationem funebrem, quam in Philippi Hiſpaniarum Regis exequiis anno poſt Chriſtum natum milleſimo quingenteſimo nonageſimo nono pronuntibat: Dein etiam parata habebat præclara admodum in Job Commentaria, quæ tamen, ut teſtatur P. Alegre, *ipſo adhuc Authore vivente typis edita fuiſſent, niſi P. Pineda Jeſuita præveniens ſua in lucem emiſiſſet.*

Sæc. XVII. A. C. 1604.

§. CXXIX.

P. Dominici Bannez Dominicani aliorumque hujus Ordinis Scriptorum obitus.

Sæc. XVII. A.C. 1604.

Insuper Literaria Respublica hoc anno lugebat F. Dominicum Bannez inter præstantissimos illius ævi Theologos haud immerito numerandum, qui natione Hispanus, patria Mondragonensis humanioribus literis apprime eruditus decimo quinto ætatis suæ anno Salmanticam venit, ibidem integrum Philosophiæ stadium dimensus. Postea FF. Prædicatorum Ordini adscriptus arenam Philosophicam remetiri jubebatur, mox vero Theologiæ operam dabat dignissimus longe celebratissimi Melchioris Cani Discipulus. Exin ad altiora progressus ac studentium Magister renuntiatus solidis quinque annis Summam D. Thomæ interpretabatur, ac in variis Academiis per duodecim annos publicus Theologiæ Professor tandem Salmanticam reversus anno Christi millesimo quingentesimo septuagesimo nono Cathedram, ut vocant, Durandi publico suffragio sibi delatam regere exorsus est: cum autem octavo post anno Ludovicus Molina Hispanus Jesuita suam *concordiam* edidisset, mox Bannesius ad S. Officii Hispanum Tribunal plures ejusdem libri propositiones cum Pelagianas denuntiabat: improvido, ut videtur, consilio; quippe nova haec doctrina, si contemptu ac neglectu fuisset confutata, nec tam noxia fidelibus,

Script. Ord. Prædic. tom. 2.

bus, nec Ecclesiæ ac Pontificibus molesta evasisset: dein tamen hominum genio in vetitum proniore, atque accedente existimatam offensam vindicandi studio evenit, ut postquam propudiosis utrinque criminationibus per plures annos dimicatum, nunc quidem causa suppressa, non tamen discordiæ finis esset. Hujus vero contentionis occasione Bannesius unacum Petro de Herrera & Didaco Alvarez doctissimam conscripsit Apologiam contra novas Molinæ assertiones earumque defensores Jesuitas, cui etiam addidit specialem tractatum *de intrinseca Divinæ gratiæ efficacia unacum libello supplici.* Interim ad primam Theologiæ Cathedram in Universitate Salmanticensi evectus eandem usque ad postremum vitæ suæ diem, qui erat vigesimus primus Octobris moderabatur, annum ætatis agens septuagesimum septimum. Illud sane in hoc Viro mirum, quod etsi per quinquaginta circiter annos scholas rexisset, totamque vitam in scholasticis exercitationibus transegisset, maxime tamen reconditas vitæ spiritualis vias sibi tantopere perspectas habuerit omnes, ut Sanctissima Virgo Theresia illum non modo sibi Confessarium seligeret, sed cordis sui intima atque arcana eidem tanta securitatis fiducia panderet, ut se

Sæc. XVII. A. C. 1604.

Sæc. XVII. A. C. 1604

nihil ſuſcipere poſſe affirmaret, niſi a Banneſio antea approbatum. Scriptis doctiſſimus hic Vir præter jam recenſita, quinque tomos ſeu *Commentaria in primam, ſecundam ſecundæ, & tertiam partem Angelici Doctoris* iterato pressa in variis locis excuſos: Edidit præterea I. Tractatum, cui titulus: *Relectio de merito & augmento charitatis.* II. Commentarium *in Dialecticam Ariſtotelis.* III. In ejusdem *libros de generatione & corruptione.* IV. *Inſtitutiones minoris Dialecticæ, ſeu ſummulas.*

Poſſevin. Appprat. Sac.

Ex eodem Sacro Ordine plures non minus celebres obiere Scriptores, e quibus primo loco recenſeri meretur Bartholomæus Medina Hiſpanus qui *ſummam caſuum conſcientiæ & de Sacramentis edidit.* II. Deceſſit exeunte Mense Februario Caſparus de Cordoba itidem Hiſpanus ex Bætica, qui Philippo III. Regi Catholico a Confeſſionibus erat, vita functus die quarta Junii, relictis variis ingenii ſui monumentis, inter quæ præcipue celebrantur ejus *quæſtiones de pœnitentia, viſione, ſcientia & Nominibus Dei.* III. Hieronymus Almonazius per quadraginta annos publicus Theologiæ Profeſſor, qui inter literarum ſtudia, Sacrasque exercitationes ſeneſcens Compluti octogenario major mortalitatem exuit: Typis vul-

vulgavit Commentaria in Canticum Canticorum, necnon in quintum D. Matthæi Caput, epiſtolam Pauli ad Epheſios, ſermonem Dominicum, & in Pſalmos aliquot. Sæc. XVII. A. C. 1604.

§. CXXX.

Cornelii Schultingii fata.

Eodem anno obiit die vigeſima tertia Aprilis accerrimus Calvinianæ hæreſis Debellator Cornelius Schultingius, Steinwichi apud Trans-Iſalanos natus, qui cuncta temporis momenta aut pietatis, aut literarum exercitiis impendens primam doctoratus lauream promeruit, poſtea Canonicus Coloniæ in Eccleſia SS. Apoſtolorum creatus, cum totus in confutandis hæreticorum erroribus ferveret, æqualis Zeli ſocium nanciſcebatur Joannem Noppelium ad Sancti Suiberti in Inſula Cæſaris Decanum, quocum in colligenda SS. Ambroſii & Auguſtini confeſſione indefeſſo ſtudio laborabat, & quidem non ſine maximo animarum fructu; hæreticorum enim non pauci per hæc ſcripta ad veram fidem revocati fuere: Præterea edidit libros IV. *Eccleſiaſticæ diſciplinæ*, necnon aliud opus *de variis Lectionibus & animadverſionibus adverſus librum primum Inſtitutionum Calvini:* Scripſit etiam *Miræus Script. Sæc. XVII. Andre. Bibl. Belg.*

Sæc. XVII. A. C. 1604

refutationem totius Calvinianæ Theologiæ. Oppugnabat quoque Magdeburgenses Centuriatores & Calviniſtas, contra quos elucubrabat, *theſaurum Antiquitatum Eccleſiaſticarum* ex ſeptem prioribus Annalium Baronii tomis decerptum. Extat quoque illius Confeſſio Hieronymiana ſeu ex D. Hieronymi operibus hauſta atque ad locos Theologicos coaptata: Elucubrabat etiam *Hierarchicam Anacriſin* adverſus varios Calviniſtarum libros, & contra celebratas ab iisdem Synodos: Ceteris vero ingenii ſui monumentis palmam præripit ejus *Bibliotheca Catholica & Orthodoxa continens ſummam totius Theologiæ Calvinianæ ex Inſtitutionibus Joannis Calvini & locis communibus Petri Martyris comprehenſa.*

§. CXXXI.

Huberti Giphanii mors.

Thuan. l. 132. Lambin. in præfat. edit. 3. Lucret. Swertius in Athen. Belg.

Inter Scriptores Catholicos locum ſibi vendicat haud poſtremum Hubertus Giphanius, qui quamvis pro diverſitate Regionis diverſam profiteretur Religionem, potiſſimam tamen ætatem usque ad extremos vitæ ſuæ dies in Catholicæ fidei unione tranſigebat. Erat is Buræ in Geldria die vigeſima quinta Junii natus, ac primis literarum rudimentis in Belgio, ac præprimis Lovanii imbutus; poſtea

poſtea vero Pariſios profectus ibidem miram in liberalibus diſciplinis profectum fecerat, dato ſuæ eruditionis primo experimento, dum collectanea in Titum Carum Lucretium ediderat; Dionyſius enim Lambinus, etſi Giphanii capitalis inimicus etiam eundem de Plagio in ſuis commentariis in Lucretium inſimulet, hoc tamen Laudis eidem tribuit, quod antiqui hujus Scriptoris opera longe magis exacta reddiderit, quam Michael Marullus Byzantinus, qui tam celebrem Authorem miſere interpollaverat: Tentata hac lucubratione Giphanius anno Salutis reparatæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſeptimo Jurisprudentiam profeſſus, Aureliæ Doctoratus laurea decoratur, inde cum quodam Franciæ Legato in Italiam profectus, cum in Germaniam rediret, adoleſcentiæ æſtu abreptus Proteſtantium ſectæ tum per Belgium invaleſcenti nomen non animum dedit: nihilominus ab Acatholicis, ut Proſelytum ſuum melioris fortunæ ſpe detinerent, primo Argentinæ moralium Profeſſor, poſtea Politices, creabatur, demum Altdorffii anno Chriſti milleſimo quingenteſimo octogeſimo tertio Juſtiniani Inſtitutiones explanare permiſſus. Inde vero Ingolſtadium Bavariæ urbem evocatus ſecta, quam proprii

Sæc. XVII. A. C. 1604.

prii commodi ſtudio amplectebatur, e- jurata jurisprudentiam tanto Studioſo- rum applauſu in Academia tradebat, ut ab ipſomet Imperatore Rudolpho II. am- plis ſtipendiis invitatus ad Aulam Ce- ſaream emigraret, Cæſarei Conſiliari honore decoratus. Tandem vero in ptuagenario major die vigeſima ſexta Julii Pragæ in fidei Catholicæ profeſſio- ne obiit, relictis admodum præclaris ingenii ſui monumentis, inter quæ præ- cipue ab ipſomet Caſpare Scioppio Cri- tico ſui ævi accerrimo deprædicantur ejusdem Commentarii in Inſtitutiones. Edidit quoque ſuam *Juris Oeconomiam*, *Lecturas Altdorfianas*, *antinomiam juris feudalis*, *& commentarium de Regulas juris*. Elucubrabat etiam *tractatus de jure fe- dorum*, *necnon commentarium de renun- tiationibus & Ordine judiciorum* præter plurima alia opuſcula.

§. CXXXII.

Juſti Baronii obitus.

Miræus l. c. Bellarmin. epiſt. 11. *& 28.*

Quo anno Juſtus Baronius deceſſerit, incertum eſt, de eo tamen Auber- tus Miræus ſcribit, quod *hoc anno vi- xerit*, aut potius floruerit; imo ipſum adhuc mortuo jam Cardinale Baronio vita ſuperſtitem fuiſſe, teſtatur ejus epi- ſtola de dicti Cardinalis obitu ad Ni-

colaum

colaum Serrarium scripta, quæ habetur primo Annalium Baronii tomo præfixa: quia autem hujus Viri memoria tam grata Catholicis, quam invisa Calvinistis est, illius vitæ seriem, scriptaque recensere haud pigeat. Erat is Xanthi in Clivensi Ducatu ortus antea *Justus Calvinus* dictus, qui ab ipsa infantia a suis parentibus Calvini Propinquis in ejusdem Hæresiarchæ secta natus atque enutritus erat: cum vero præter Sacras literas mente a præconceptis opinionibus prorsus aliena, veteres etiam Patres, atque e Recentioribus Solidiores Polemicos evolveret, cunctis secum acurate ponderatis tandem per Divinæ gratiæ illustrationem aurum a scorio, lucemque a tenebris discernere cæpit, ac Catholicam fidem heroico bonorum ac vitæ etiam amittendæ contemptu profiteri constituit: Concepto hoc animi proposito Romam proficiscitur, ubi circa annum Domini millesimum sexcentesimum regnante Clemente VIII. Papa veræ fidei doctrina imbutus Calvini hæresin ejurabat: postea a Cardinale Baronio ad Sacrum Chrysma, quo eum idem Pontifex insignivit, deductus mutato cognomine Baronius vocari meruit: inde Senis Theologiam, ac postea Perusii Jurisprudentiam professus Doctoratus Laurea decoratus est; in

Sæc. XVII. A. C. 1604.

Sæc. XVII. A. C. 1604.

in Germaniam vero reversus ex Heidel- bergensi Academia Moguntiam ver a Joanne Suichardo Grombergio, q hoc anno Archiepiscopus atque Elect creabatur, unacum uxore ac liberis benigne exceptus. Typis ab eo e sunt sequentia opera. I. Apologia suo ad Ecclesiam Catholicam acce seu vindiciæ pro præscriptionibus adversus Reinoldum. II. Tracta sex Præscriptionum adversus hæretic perpetuarum ex Orthodoxis Patrib iisdem vindiciis aucti. III. Pseudo Jubilæum Wittenbergense adver Hunnium & Lutherum. Insuper Be larminus Justum, eoquod illum ad hu laborem ceteris magis idoneum e fuisset, ad confutandas Calvini Insti tiones incitabat: Prostant etiam Mogu tinis literis anno supra millesimum se centesimo quinto editæ ejusdem A thoris epistolæ Sacræ ad Pontifice Maximum, & Cardinales libris l comprehensæ.

Possevin. Appar. Sacr.

§. CXXXIII.

Viti Mileti mors.

Serrarius de rebus Mogunt. Possevin. Appar. Sacer. Miræus Script. Sæc. XVII.

Haud magis certus est annus, q Vitus Miletus Gamundianus viver desiit, a Miræo tamen inter Scriptore hoc anno defunctos recensetur. Erat s nati-

natione Germanus, qui Moguntiæ a piis parentibus ſuis, quamprimum adoleverat, ſtudiis humanioribus tradebatur: poſtea poſitis in ſtudio Philoſophico fundamentis felici ad Theologiam gradu perexit, cujus uberiores ut conſequeretur proventus, Romam profectus in Collegio Germanico Sacratioris hujus diſciplinæ adyta ſubiit, cum tanta ingenii ſui laude, ut inde in Germaniam reverſus Wratislavienſis Canonicus ſalutaretur: nec tamen propterea ſtudiis valedixit, ſed potius quod ſemel ingreſſus ſtudiorum iter, indefeſſa animi alacritate proſecutus eſt. Erfordiam poſtea delatus ad Catholicos, qui ibidem prævalente licet Lutheri ſecta adhuc ſupererant, utiliſſimas Conciones habuit, Canonicus ad Sancti Severi nominatus: Moguntiam vero redux, ibidem in æde B. Virginis primo Decanus ac demum ad S. Mauritium Præpoſitus creabatur, Romana ſæpe in publicis negotiis legatione perfunctus: Dum adhuc Erfordiæ ageret, ſcripſit librum, cui titulus: *Oculata demonſtratio Speculi Jeſuitici*, quod opus Erfordiæ ac Coloniæ anno milleſimo quingenteſimo octogeſimo ſecundo prodiit: currente autem hoc anno Moguntinis literis excudebatur *Brevis* ejusdem *diſſenſio & refutatio ſexcentorum errorum, quos*

Sæc. XVII. A. C. 1604.

Sæc. XVII. A. C. 1604. *quos Tilemannus Heshusius & Joannes Olearius Pontificiis vanissime hactenus attribuerunt.* Exstat etiam hujus Auctoris liber *de nostri temporis hæreticorum mille sexcentis erroribus in sola re Sacramentaria.*

§. CXXXIV.

Richardus Hall hoc anno defunctus.

His accenseri meretur Richardus, qui in Anglia natus ob Catholicam Religionem, quam constanti animo tuebatur, urgente Elisabethæ Reginæ edicto e patria sua exulare coactus est, unde in Belgium confugiens, cum non modo in Philosophicis sed & Theologicis scientiis versatissimus esset, Duaci Doctoratus honoribus augebatur, postea Canonicus ad S. Audomarum electus. Scripsit librum *de caussis tumultuum Belgicorum, & contra coalitionem multarum Religionum, quam liberam Religionem vocant:* Exstat quoque illius tractatus *de quinquepartita conscientia,* necnon alius *pro defensione Regiæ, & Episcopalis auctoritatis contra rebelles, præter opusculum de proprietate & vestiario Monachorum, aliisque ad hoc vitium extirpandum necessariis.*

§. CXXXV.

Sæc. XVII. A. C. 1604.

§. CXXXV.

Pezelii Chriſtophori interitus.

Ex Proteſtantibus, qui hoc loco recenſeri merentur, unicus occurrit Chriſtophorus Pezelius, qui anno reſtauratæ Salutis milleſimo quingenteſimo trigeſimo nono Plaviæ in Voigtlandia natus Lutheri doctrinam cum lacte materno ſuxerat; poſtea vero emenſo ſtudiorum curriculo per quinque annos Ludimagiſtrum in patria ſua egit, tandem vero Wittenbergam evocatus Theologiæ Profeſſor, ac Concionator nominabatur: cum autem eo tempore Melanchton a Luthero novam doctrinam haud ſatis mature excoctam deprehenderet, illamque Magiſtro ſuo adhuc vivente mutatis pluribus, iisque, ut vocant, principalibus articulis in aliam longe diverſam flecteret formam, ex hac metamorphoſi tunc novum oriebatur ſchisma, cujus aſſeclæ Crypto-Calviniſtæ appellitabantur: hos inter præter Henricum Mollerum, Fridericum Widebramum & Caſparum Crucigerum pariter numerabatur Pezelius, qui novam hanc ſectam in Saxoniam invehere adlaborans, eo ex capite multas perpeſſus eſt calamitates; quippe inſuperhabito internæ libertatis privi-

Melch. Adam in vita Widebrami.

Sæc. XVII. A. C. 1604. legio non modo omnibus ſuis dignitatibus exuebatur, ſed etiam anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto Lipſiæ in Weiſſenburgenſi carcere Lutherani fanatismi victima periit, primum inde liberatus, poſtquam adhibita conſcientiæ ſuæ vi ad arbitrium Theologorum Saxonicorum præſcriptis conditionibus chirographum oppoſuerat: Nec tamen hic ſteterat vexantium furor; quippe in ſua domo tamdiu delitescere cogebatur, donec raro magiſtratus exemplo polliceretur, quod e Saxonia emigrare, nec unquam ejulamum ſuum contra Electorem, Academiam & Saxonicam Eccleſiam exercere velit: Hac igitur conditione hoſtes conſcientiæ equleos eluctatus, Egram confugit, inde vero patrocinante Noſſovienſi Comite rurſus Ludimagiſtri officio panem Sigenæ lucrari permiſſus, tandem anno poſt Chriſtum natum milleſimo quingenteſimo octogeſimo octavo Bremæ Profeſſor Theologiæ & favente fortuna Superintendens creabatur; mortuus hoc anno die vigeſima quinta Februarii. Scripſit contra Adverſarios ſuos Lutheranos præcipue contra Ægidium Hunnium, Nicolaum Selneccerum, aliosque quamplurima, cetera vero memoratu magis digna ſunt opera ſeu commentarii in Geneſin, & Prophe-

raſi-

rasis in priora capita Evangelii S. Joannis præter suum *mellificium historicum.* Sæc. XVII. A. C. 1604.

§. CXXXVI.

Infelix Fausti Socini interitus.

Hoc item anno die tertia Martii blasphemam evomuit animam Faustus Socinus, cujus infausto interitu, si ejus quoque impietas erroresque interiissent, felix nimium orbis esset. Hic Lælii Socini Nepos ac Alexandri & Agnetis Petrucciæ Filius anno Christi millesimo quingentesimo trigesimo nono die quinta Decembris Senis primam lucem aspexit; Primis juventutis suæ annis segniter admodum sese Studiis applicuit, ac nonnisi humaniores literas, necnon Dialectices principia primoribus attigit labiis, satis tamen idoneus ad imbibendos augendosque Patrui sui errores, quos ei sui affines tam liberaliter propinaverant, ut præcipuus Socinianæ hæresis Author evaderet, cum vero suis erroribus latius liberiusque propagandis obstaret Sacræ Inquisitionis metus, Lugdunum in Franciam secessit, quo tamen viginti annos natus comperto Patrui sui obitu Tigurum contendit, venenata ejusdem Scripta veluti opimam inferni hæreditatem sibi vendicaturus, inde in Italiam re-

Sandius Bibl. antitrinit. p. 64. Vita Faust. Socin.

Sæc. XVII. A. C. 1604.

versus per duodecim omnino annos in Etrusci Ducis aula hæsit, qua relicta anno Salutis nostræ millesimo quingentesimo septuagesimo quarto Basileam profectus ibidem Theologiæ operam navabat, eo fine, ut novam suam doctrinam, a Patruo haustam, quam sicuti cæteri omnes hæresiarchæ sensim in suo cerebro maturius excoxerat, magis excultam, ac sequacium numero insigniorem redderet. Evoluto triennio in Transylvaniam evocatus Georgium Blandratam, qui Christi Divinitatem pernegabat, contra Franciscum Davidis tuebatur, exiguo tamen hæresis suæ propagandæ proventu: quocirca sub annum Domini millesimum Septuagesimumnonum in Poloniam secessit, Unitariorum factioni sese aggregaturus, a quibus tamen indigne repulsus est, eoquod a pluribus ab eis dissideret, suasque impietates incautius proderet: cum autem adversus Jacobum Palæologum suam lucubrationem *de Magistratu* ederet, seditiosa dogmata sparsisse accusatus Cracovia expellebatur, quo tamen reversus, suosque errores diffundere intentus, anno Christi millesimo quingentesimo nonagesimo octavo ingens vitæ periculum incurrebat; quippe Studiosi quidam in suum cubile irrumpentes eundem seminudum inter multa oppro-

opprobria ac verbera in publicam rapta- Sæc. XVII.
bant plateam, absdubio trucidandum, A.C. 1604.
niſi ab accurrente quodam Cracovienſi Profeſſore eorum manibus fuiſſet ereptus: poſtea vero in quodam oppido Cracovia novem leucis diſſito apud Abrahamum Blonsky delituit, ubi etiam anno ætatis ſuæ ſexageſimo quinto periit.

§. CXXXVII.

Ejusdem hæreſiarchæ errores.

Tam periculoſa erat Socini hæreſis, ut ipſimet ejus Diſcipuli ac præprimis Gregorius Pauli glorientur, quod Calvinus Romanæ Eccleſiæ muros, & Lutherus tectum, Socinus vero ipſa ejusdem fundamenta deſtruxerit; poſtquam enim Lutherus limites a S. Patribus poſitos movens, quascunque novitates pro ſuo arbitrio parturiverat, haud ſollicitus, an ſuarum opinionum hoſtes vel Patronos, in veneranda antiquitate & communi Eccleſiæ ſenſu haberet, & Calvinus contempta Eccleſiæ, ac Traditionum authoritate effrænem quoscunque fidei articulos eliminandi licentiam invexerat, Socinus quoque horum Novatorum exemplo credendi libertatem ſibi integram fore ratus, non modo Eccleſiæ Catho-

Sæc. XVII. A.C. 1604.

hicæ dogmata a Luthero & Calvino re-
jecta reprobabat, sed prima etiam fidei
fundamenta, omnesque ceteros arti-
culos, quos hi Sectarii imo ipse etiam
ejus Patruus intactos reliquerant, ad
judicii sui examen vocare præsumpsit.
Præprimis vero ab Arianis Christo Do-
mino plus æquo datum fuisse censens,
præexistentiam Verbi pernegabat, affe-
rens quoque, Spiritum Sanctum non
esse Personam distinctam, proin solum
Patrem esse proprie Deum. Inde vero
fateri cogebatur, quod quidem Christus
Dominus in Sacris literis Deus vocetur,
non in eo tamen sensu, quo Pater;
hoc enim nomine, si Christo attribu-
tur, duntaxat significetur, quod Pater
solus Deus per essentiam Christo dede-
rit supremam potestatem in omnes crea-
turas, ac propterea ipsum dignum red-
diderit, ut ab Angelis & hominibus
adoraretur: *En quam periculosum sit*,
inquit de Socino quidem recentiore Cal-
vinista, *etiam meliora velle sectari, sine*
Duce Spiritu Sancto, & humili fide rationis
& capacitati naturali perpetuo diffidente,
cui tamen Socinus reponere potuisset,
quod ipse quoque duce Spiritu Sancto
Sacrarum literarum sensum ac seminam
secutus humili fide de ratione & capa-
citate sua naturali diffisus has Blasphe-
mias, uti Lutherus & Calvinus, ex

cogi-

cogitarit. Præterea Socinus pernegata Christi redemptione docuerat, quod Christus pro Salute nil aliud sit operatus, nisi quod nos veritatem docens, & virtutum exempla nobis præbens, doctrinam suam morte sua confirmarit. Præterea inter fabulas reponebat hic Blasphemus peccatum originale, Gratiam, & prædestinationem, cuncta quoque Sacramenta ad inanes ritus omni efficacia destitutos rejicit, simulque Deo abnegat attributa, quæ humanæ rationi minus congruere arbitratur, sectamque suam mere ex iis conflat opinionibus, quas magis rationi accommodas existimat, parum anxius, an a primo Christianæ Religionis exordio vel ullus sicut ipse unquam senserit. Nec terrebatur difficultatibus sibi propositis, cunctas eludens, asserendo, quod omnes sui articuli non forent necessarii ad salutem: Insuper famosus hic *Simplicitatis* hodiedum tantopere decantatæ restaurator articulos, quos appellat *fundamentales* ad tam exiguum reducit numerum, ut ferme quivis hæreticus tam ex veteribus quam hodiernis juxta ipsius doctrinam ad salutem pertingere valeat: Ceterum quamvis impii hujus Viri dogmata nil nisi horrendæ essent blasphemiæ, nihilominus quamplurimos post se reliquerat discipulos, qui

Sæc. XVII. A. C. 1604.

Sæc. XVII. A. C. 1604.

ſeſe Fratres Polonos vocitabant, ac in variis Poloniæ urbibus ſectæ ſuæ Templa numerabant, ex quibus tamen edicto publico in comitiis generalibus anno poſt Chriſtum natum milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo deturbati in Sileſiam, Boruſſiam, Moraviam & Tranſylvaniam auffugere coacti ſunt. Hi vero ſuis doctrinis viam præparabant Deiſtis, quorum quoque hodie numerus, quod dolendum maxime, plurimum excreſcit, ex quorum cætu hodies novi pernicioſiſſimorum ſyſtematum fabricatores prodeunt: Inde vero manifeſte deprehenditur, quod ejusmodi furfuris homines jamdudum in Chriſtianæ Religionis excidium conſpirarint eamque ſuis ſcriptis ac doctrinis veluti per cuniculos a pluribus jam annis evertere conati ſint: Huc collimat reſuſcitata de *ſimplicitate dogmatum & mysteriorum*, doctrina, quam diſertis verbis Stanislaus Lubinicius Eques ac Paſtor Polonus in ſua Hiſtoria Reformationis Polonicæ deprædicat, dicens: *tota Chriſtiana Religio confeſſione breviſſima, Jeſum a mortuis reſuſcitatum eſſe Chriſtum, Filium Dei, ac Regem cæleſtem, & profeſſione vitæ hac fide dignæ abſolvitur, quæ ita & expreſſis verbis in Sacris literis traditum, & communi Chriſtianorum judicio approbatum eſt, ut ſolum ſemper fuerit & futu-*

futurum sit dogma Catholicum & ad salutem æternam consequendam unice necessarium. Sæc. XVII. A. C. 1604.

§. CXXXVIII.

Hujus Hæresiarchæ Scripta.

Iidem Fratres Poloni librorum, qui potissimum in Hollandia typis impressi in ipsorum Bibliotheca asservantur, Catalogum ediderunt, in quo præprimis Socini opera enumerantur duobus majoris formæ voluminibus comprehensa, & quidem in primo continentur omnes suæ explicationes in quædam Sacræ Scripturæ loca, ac præcipue in caput septimum epistolæ ad Romanos, præter ejus opera Dialectica. In altero tomo habentur Polonicæ hujus Auctoris lucubrationes: Scripserat enim præ ceteris *animadversiones in Theses Collegii Posnanienſis*, *disputationem adversus Volanum*, *Synopsin justificationis nostræ per Christum*, *tractatum de fide & operibus*, *quod attinet ad justificationem nostram*, *responsionem primam ad Theses duas Franciſci Davidis de non invocando Christo*, ac denique *examen argumenti pro trino & uno Deo unacum responsione perbrevi ad quasdam Theses*. Ceterum in omnibus suis operibus studiosæ argutiæ acumen, atque ad omnem malitiam ingeniosa

Sæc. XVII. A.C. 1604.

sedulitas magis emicat, quam rationum soliditas & judicii rectitudo, quo defectu omnes ejus disputationes laborant, in quibus Auctor nil nisi fanatismi sui stoliditatem ad explicanda Sacræ Paginæ loca detorquere, pertinaci hodio adlaborabat.

§. CXXXIX.

Dubium circa S. Ordinis administrationem Summo Pontifici propositum.

Argentre Collect. judic. Facult. Paris. tom. 2.

Movebatur hoc anno quæstio de iterandis Ordinationibus, quas Ludovicus de Mouliner Sagiensis Episcopus fecerat; hic enim in unaquaque Sacri Presbyteratus Ordinis administratione duobus duntaxat sacerdotio initiandis, qui eidem magis vicini erant, ipsemet Calicem & Patenam attrectandam porrigebat, cæteris vero omnibus numero decem millibus tantummodo per suum Elemosynarium hæc sacra vasa tangenda tradebat: Re hinc inde agitata tandem hæc Controversia ad Clementem VIII. Pontificem maximum defertur, qui hosce sacerdotes denuo ordinandos esse declarabat: detrectabant tamen ex his quidam, sacerdotium denuo suscipere, caussantes se tantæ dignitati impares esse. Hac super

per re Parisini Doctores in varias scindebantur sententias, ac eorum non pauci existimabant, hosce sacerdotes rite esse ordinatos, horumque vasorum traditionem manu ipsius Episcopi habendam, merum esse Ecclesiæ ritum: Obstabat tamen Communior Doctorum, ac præcipue Clementis Papæ sententia, cui sese opponere facultas Parisina abhorruit: eapropter hi sacerdotes ab Archiepiscopo Aquensi, qui frequens Parisiis aderat, iterum ordinati sunt, forsdum taxat sub conditione ad præscriptum Pontificalis Romani, sacris tantummodo instrumentis per ipsum Archiepiscopum porrectis, juxta illud: caute supplendum, quod incaute fuerat prætermissum. Sæc. XVII. A. C. 1604.

§. CXL.

Nova Stifelianorum Secta.

Ad hunc annum revocatur origo Stifelianæ sectæ, quæ nomen suum hausit ab ejus Authore Joachimo, vel ut alii volunt, Isaia Stiefelio Langensalzii nato, percelebri fanatico, qui professione Oenopola, cum veram Sacræ Paginæ cognitionem sibi a Deo abundantius quam Luthero concessam crederet, majora illo tentare aggrediebatur, haud contentus, si Ecclesiam, uti

Arnold Ketzer hist. p. 3. c. 4. Kromayerus hist. Eccl. cent. 17. Ludwig Univ. hist. p. 599.

Sæc. XVII. A. C. 1604.

uti quintus hic Evangelista, fabricare *reformatam*, insuper *Ecclesiam Triumphantem* Angelis, cælicolis, diisque repletam in terris in privato suo Spiritu excogitabat, ac de probroso suo nomine *Stifel*, quod ocream significat, rubescens, *Christi* cognomen sceleste assumebat, suum vero Socium nomine Nicolaum appellitabat *Magnum Deum*, pueros item duos *Angelos*, & rugosam Ezechielis Methii seu Medeni uxorem, quæ Isaiæ Soror erat, *Barbaram* antea dictam, nunc *Mariam de Monte Medenam* seu *Universo Salutarem* orbi publicam, *Deique Matrem*, *Virginem æternam* existimari voluit, quocirca eam sibi per omne corpus albis vestibus operiebat a capitis vertice ad talos usque plantasque pedum. Varios insuper errores de Dei existentia, de Christo, Sacrisque literis, necnon de diversis Lutheranæ Ecclesiæ articulis palam diffiminabat. Novæ hujus hæresis fama ad Lutheranum Synedrion delata, mox adversus hosce fanaticos conclamarunt omnes hujus ditionis Ministri, ipsos injus vocare, novique hujus Evangelii prædicationem eis severe inhibere coperunt. Hi autem Novatores, cum se non minus quam hosce Prædicantes de vocationis suæ, privatique spiritus gratia certos esse dicerent, oppositiones,

Sæc. XVII. A. C. 1604.

nes, monita, objurgationes eorumque minas flocci habebant: quocirca Ezechiel & Isaias cum potissima discipulorum turma Lipsiam abstracti, ac Synedrii severis quæstionibus agitati, de se suisque tanquam omnium voce audacter hæc depromebant: *Ego Ezechiel, sum magnus cæli Princeps Michael, qui ceteroquin DEI VERBUM nominor, præter quod non est aliud per se subsistens, semper manens ac vivens Verbum Christus. Extra hoc Verbum, illud, quod foris scriptum est, & quod e cathedra Vos Præcones denuntiatis, nihili pendendum est: quod autem nos mundo promulgamus, id occultis Revelationibus, selectisque somniis per divinum Spiritum nobis innotuit: Divinas leges plene perfecteque exequi possumus. Baptisma Lutheranorum nil nisi magicas præstigias redolet, cum nisi per Dei Spiritum, cuiquam contingere possit ablutio. Filii nostri, utpote justi, ac delicto carentes, natura justi & Sancti sunt, nec baptismo egent. Vestra cæna Dominica & Synaxes nil nisi magicæ sunt præstigiæ: vera & legitima cæna apocalypticis verbis his describitur*: En, ad ostium sto foris, & pulso: si quis vocem meam audierit, & ostium aperuerit, ad hunc ingrediar, cum hoc mutuo cænabo. *Christiana Ecclesia est sine delicto & ruga, alioquin, vel una talium inquinata non esset vera*

Sæc. XVII. A. C. 1604.

vera Ecclesia, cujus viva imago, & ty-pus est Isaias noster agnomine Christus qui, *Servator noster tam persona sua quam natura totus est mecum* (hoc est cum Ezechiele) *qui grandis cœli Princeps in meo corpore possideo & circumfero carnem nitus eandem, quam e Matre sua Ma Christus suscepit, quamque pendens, & m riens in cruce gestavit: hinc quicquid ge gerendumque mente concipio, id mecum Christus agit rebus & agitat mente: ex qu si alia deessent nostræ innocentiæ testimon manifeste patet, quod nos peccato carea unde in virtute Christi ita mihi meisque habitantis Christi de mortalibus jam facti sumus immortales, nec resurrec mortuorum, nec vita æterna erit, mundo jam olim semel ac simul mortui mus, vitæque æternæ lætitiam in corpo bus nostris jam nunc certo certius & plen fructibus experimur.* Hæc pluraque alia fanatismi deliria hi Novatores tanta pertinacia tantaque veritatis fiducia tuebantur, ut omnia Ministrorum verba, argumenta, ac disputationes cum illis habitas, totamque innumerorum Sacræ Paginæ textuum farraginem dexterrime eluderent: id quoque in hoc Synedrio perridicule accidit, quod cum *Superintendens* quidam præsentibus cum-ctis Verbi Ministris, Pastoribus, & Theologis scisciteretur, quodnam doctrinæ suæ

Sæc. XVII. A. C. 1604.

ſuæ fundamentum haberent, & num pro ſecta hucusque non audita firmiter ſtabilienda prodigium ullum aut ſignum naturæ viribus altius proferre noſſent ac poſſent? mox ſucclamarit Ezechiel. Enimvero lepida hæc eſt poſtulatio, cui jam noſtro velut omnium ore Chriſtus noſter jam ſatisfecit dicens: *hæc ADULTERA GENERATIO ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei:* Ad hoc reſponſum in furias acti omnes Miniſtelli, non jam Evangelica ſua manſuetudine, ſed Inquiſitionis ſeveritate utendum cenſebant, atque adverſus eos vincula & carceres decernebant, eorumque quosdam Königſteinium Misniæ munitiſſimam arcem vinculis onuſtos abduci jubent. Dresdæ vero Ezechiel atque Iſaias ſectæ duces in cuſtodia retenti ſunt, quibus ſubinde, ne ſolitudine tabeſcerent, adjuncti captivitatis Socii factionisque participes plures alii, Langenſalzio Dresdam evocati: Iſaias quoque palinodiam fingens e carcere liberatus eſt; ubi vero Erfordiam pervenit, non modo errores ſuos denuo diſſeminabat, ſed inſuper quamplurimos ad ſectæ ſuæ ſocietatem alliciebat: quocirca urgentibus Miniſtris mox denuo quæſtioni ſubjectus in carcerem detruditur, in quo aliquamdiu detentus, atque a quodam egregio Pugi-

Sleid. Rediv. l. 19. Appamian. num. 12. Jaſon. contin. p. 347.

Sæc. XVII. A. C. 1604.

Pugile ſcilicet Sutore, nomine Jacobo Böhme, edito libro impugnatus, ſe errores ſuos ejuraturum ore & calamo pollicebatur: quocirca rurſus libertati redditus eſt, qua tamen vix obtenta confeſtim ad vomitum rediit, ſuæque ſectæ immortuus periit, relicto poſtea Methio erroris ſui hærede ac propagatore digniſſimo.

§. CLXI.

Novi in Hiſpania motus adverſus Jeſuitas.

Epiſt. P. de Angelis 28 Nov. 1604. Scripta S. J. de variis rebus.

Haud diuturna erat lætitia, quam Societas ob impeditam Moliniſtarum opinionis damnationem in Hiſpania conceperat: cum enim hoc anno abſcindio rurſus a malevolis, variæ querelæ adverſus Hiſpanos Jeſuitas ad Philippum III. Regem delatæ fuiſſent, hic a ſummo Pontifice petiit, ut Claudium Aquavivam Societatis Generalem in Hiſpaniam mitteret, quo fine autem, ex literis Patris Bernardi de Angelis Secretarii Generalis, quas die vigeſima octava Novembris Roma Auguſtam ad Patrem Gregorium Roſephium Germaniæ Superioris Provincialem dedit, colligi poterit: *Ex literis*, ſcripſit ipſe, *P. Duras diſſentis abunde intelliget R. V. niſi forte aliunde cognoverit; quippe jam longe lateque diffunditur, quonam in ſtatu res noſtræ*

Sæc. XVII. A. C. 1604.

noſtræ Romæ ſint, uno verbo, miſerrimo. Ex Hiſpania enim, quamvis literis Regis Catholici ad Sanctitatem datis, revera tamen Comitiſſæ de Lemos potentia, ſeu P. Hernandi de Mendozza ſui Confeſſarii ſuaſu, Patris noſtri Generalis apud eandem Sanctitatem urgetur ab urbe peregrinatio, ſpecie quidem illas Provincias viſitandi, reipſa in ipſum Generalem animadvertendi: eoquod hominem hunc multis nominibus Societati parum utilem, ne dicam, perniciosum, ita bonis omnibus poſtulantibus, & conſcientia urgente ab Aula amovendum curaverit. quemadmodum ſuperioribus diebus conati ſumus, ſed fruſtra, prohibente Nuntio Apoſtolico, qui ſive ſua ſponte in gratiam Comitiſſæ, ſive ab urbe præmonitus, fruſtratus eſt conatus noſtros: hinc orta acrius ſævire cæpit procella in Societatem & in ejus Caput. Tam multa enim illinc afferuntur & circumferuntur, quæ non auſim committere literis. Dicam brevi, his machinis vita Patris noſtri petitur, quam illi omnino eripiet tam longinqua ac moleſta peregrinatio, aut certe comitabuntur eundem ſexcenta incommoda, quæ in Hiſpania etiam experietur ſummo cum dedecore & inſigni Societatis ac Patris noſtri bonæ exiſtimationis jactura, quippe a tam malefurentibus & armatis inſuper potentia, quis ſperet amica? Hic a Patribus Aſſiſtentibus, ceterisque nihil non intentatur: ſed ſurdo

Sæc. XVII. A.C. 1604.

cecinimus: Itaque a domesticis ad exter... confugimus: illud unum addere visum e... ut R. V. cum Patribus gravioribus ... Provinciæ, quibus rem totam communicare oportebit, ad Sanctissimum scribat, jux... formulam missam. Ea autem erat sequens, quæ per P. Provincialem a Pa... lo Hofeo, Gretsero, aliisque nove... plerisque Collegiorum Rectoribus, sub... scripta, Ingolstadio die decima octava Decembris Romam transmissa fuit.

BEATISSIME PATER.

Intelleximus magno animi mærore, Ro... mæ tractari apud Sanctitatem vestram, ... R.P.N. Generalis ex Urbe in Hispanias proficiscatur, Regni illius Collegia visi... turus. Etsi autem, ut obsequentes filios ... aquiescere semper parati simus, commit... tamen non possumus, quo minus Sanctitati vestræ patefaceremus, quæ nobis circa ... occurrunt, & tria vel maxime, I. bo... commoda, quæ ad omnes partes Societatis nostræ manabunt, si qui omnes gubernat ... ab eo loco absit, ex quo omnium commo... sime tam late diffusum corpus regi gover... II. Periculum vitæ: vitio igitur nobis ... vertat Sanctitas sua, si intercedamus pr... salute Patris nostri, qui ita nostram ... cietatem sapienter, fideliter, industrie ... indefesse administrat, ut omnibus his in ... cis, non dubitamus, quin & alibi, pauc... lis exceptis, qui forte sua non quæ Christ... sunt

Sæc. XVII. A. C. 1604.

sunt, quærunt, sit gratissimus, cujus singulari prudentia, virtute, & humanitate Pax & animarum conjunctio pie & salubriter in nostra Provincia, plantata & conservata est, omniumque voluntates ad prælia Domini prælianda sub tanto Duce excitatæ. III. *Non parum nos angit, quod insolito exemplo* (non enim hic Generalis pro more ceterorum suas Provincias visitat, sed ex specula Romana singulorum prospicit sortem, moresque) *hæretici certo nobis insultabunt, quasi jam Ordinis nostri fundamenta labefactari cæpta sint, misso præter morem & Constitutiones Generale nostro in Hispaniam. Insuper periculum est, ne de ipsis Patribus in Hispania fors etiam in libris publicis pessima quæque spargant, quorum sanandorum gratia Pater Generalis a Sanctitate vestra in Hispaniam ablegatus sit: nec est ille Status Societatis in Hispania, qui præsentiam Patris Generalis desideret, & si quid emendandum sit, id Sanctitatis vestræ studio ab absente corrigi posset, si sua constet ei integra auctoritas & potestas. Nuper hæretici magnum dolorem conceperunt ex Societatis nostræ in Gallias Revocatione, veremur, ne nunc dolor ille mutetur in lætitiam, si intelligant, Generalem nostrum inusitato more Roma jussum abire. . . . . Versamur nos Germani inter medios hæreticos, qui cum aliis nominibus, tum etiam propter sin-*

Sæc. XVII. A.C. 1604. *gulare ſtudium Societatis erga Sedem Apoſtolicam incredibiliter nos oderunt, funditusque exciſos cupiunt.*

Juxta hujus epiſtolæ normam ceteri ejusdem Inſtituti Superiores ſuos ad Papam libellos ſupplices inſtruxere, ſequentes tamen addiderunt rationes. I. *Nulla urget neceſſitas, quia Procuratores ex Hiſpaniæ Provinciis elapſo anno adventantes omnia ſatis bene eſſe conſtituta retulerunt, & circa Caſtellanam Provinciam, quæ præcipue taxatur, adeſt ibi P. Portius, a quo recens eſt viſitata, qui eſtimat, ſe præter paucos, qui in aula degunt, nullos alios noſſe, qui remedio indigent.* II. *Nulla vel exigua ex hac viſitatione utilitas ſperari, ſed magna damna timeri poſſent; ſi enim quædam vitia, hæc reduceretur ad paucos, qui in aula degunt, in officio continendos, timen P. Generalis, niſi ejus authoritas impediatur (ut proxime factum eſt per Nuntium Apoſtolicum) poterit etiam per principuum P. Rectorem, ſin vero, non ſolum fruſtra P. Generalis hoc iter ſuſcipet, ſed etiam cum jactura res infectas relinquet: qua de re allatæ ſunt recens literæ a Provinciali Caſtellæ, quibus diſſuaſcribit, expectari quidem ibi P. Generalem, ſed nullo modo expedire, ut ipſe veniat, nimirum inſinuat, male ipſum excipiendum.* III. *Nec incommodo*

Sæc. XVII. A. C. 1604.

sentiæ Generalis opponitur remedium idoneum, si constituatur Vicarius, nam vel hic erit subordinatus Generali, & tunc retardabuntur magis negotiorum expeditiones, vel non erit, & tunc erunt duo Generales, quod forte occasionem dabit separandi partes Italiæ & septentrionales ab Hispaniis & Indiis, quod esset irreparabile malum, & certus Religionis interitus. IV. *Novum hoc exemplum suspicionem dabit Regibus & Principibus sæcularibus, ne quid sub hac profectione lateat, quod ad Statum pertinet. Et sane vel maxime refert, ne Regi Christianissimo, qui nuper Societatem amanter amplecti cæpit, detur hoc tempore occasio vel novæ a nobis alienationis, aut sinistræ alicujus suspicionis: fieri etiam posset, ut ad exemplum Regis Catholici alii quoque Reges & Principes pariter ejusmodi visitationem impetrent, & hoc prætextu suas proprias rationes & commoda, non Religionis bonum extorqueant: exteri etiam confirmabuntur in hac opinione, quod Sanctitas sua male velit Religioni nostræ, ejusque Capiti: aliunde vero Pater Generalis, cum de restitutione in Galliam ageretur, eo profectus non est, quomodo ferendum, ut pro re longe levioris momenti, ne dicam, indigna, tam prolixum iter suscipiat?*

Sæc. XVII. A. C. 1605.

Recurrebant etiam Jesuitæ ad Oratores Cæsareos & Gallos, qui tamen Cardinalem Aldobrandinum minus exorabilem, quam Pontificem invenerunt; hic enim in primo Assistentium colloquio, ut usque ad Regis Catholici responsum expectare velit, pollicitus est, in altero autem iisdem denuo instantibus, id promittere noluit, asserens, se impensis Regis Catholici precibus & auctoritate, ad hæc jussa permoveri, ad quod tamen Patres respondederunt, eis certo constare, unde hæc res mota, & apud Regem permota sit, nempe ab uno ex eis, & a quadam Persona (*), quæ se injuria affectam putabat, eoquod *Pater Generalis a Confessarium suum ab aula injuncto Obedientiæ præcepto gravissimas ob causas revocare conatus esset.* Ceterum hæc vexatio non nisi anno sequenti cessabat.

§. CXLII.

Quintum examen Molinisticæ doctrinæ quatuor Congregationibus absolutum.

Histor. Congreg. de Auxil. l. 3. cap. 42.

Vix anno Christi millesimo sexcentesimo quinto initium erat datum, cum illico die quarta Januarii coram sum-

(*) Ea erat Lemosii Ducis, Hispaniæ Ministri Conjux.

Sæc. XVII. A. C. 1605.

ſummo Pontifice, Cardinalibus, Epiſcopis ac Conſultoribus ſexageſima quinta Congregatio, cui primum interfuit Cardinalis Bufalo, haberetur: Actum eſt in ea de ſequenti dubio: *An ſtatuendum ſit, unicum eſſe decretum Dei, in quo decernat velle ſalvare Petrum, ponendo illum in tali & tali ordine rerum, dandoque illi talia & talia auxilia, quibus ſi Petrus ex innata ſua libertate conſentiat, & bene utatur prædictis auxiliis, ſalvabitur? Et, an prædictus bonus uſus dictorum auxiliorum proveniat a ſola innata libertate, an vero a gratia Dei, quæ facit, ut homo bene utatur dictis auxiliis? Et, quæ ex iſtis ſit ſententia S. Auguſtini & Ludovici Molinæ?*

Circa hoc dubium Baſtida pluribus demonſtratum ibat, quod Decretum prædeſtinationis adhucdum ſit abſolutum, etſi ex ſcientiæ mediæ directione fiat, eoquod in Sacris literis multa a Deo ſtatuta decreto abſoluto legamus, quamvis iis decernendis futuri alicujus conditionati præſcientia anteceſſerit. Objecerat Pater Lemos, quod Baſtida ea duntaxat exempla & argumenta protuliſſet, quibus demonſtratur, quod præſcientia futuri conditionalis a Dei voluntate pendentis ejus abſoluto decreto minime repugnet: nondum autem probaſſet, quod Deus ante decretum Prædeſtinationis præſciat futurum

Sæc. XVII. A. C. 1605.

conditionatum *ab hominis voluntate de-pendens*, tum Baſtida FF. Prædicatores violatæ libertatis humanæ reos inſimulabat, perinde acſi non modo æternum prædeſtinationis decretum, ſed & temporaneam ejus executionem ab humana libertate, non dependentem aſſerui-ſent, Lemoſius hanc calumniam a ſe amoturus dixit: *Pater agimus de re gra in conſpectu Sanctitatis ſuæ, non licet ponere nobis, quod non diximus: Ego dic quod actus Divinæ voluntatis eligentis gloriam in ſua efficacia non dependeat o libero arbitrio hominis.* Tandem explanatis, quæ pro vindicanda Molinæ doctrina Baſtida attulerat, SS. Auguſtini & Thomæ teſtimoniis, Congregatio ſolu-eſt, quæ ſequenti die in conventu ſexageſimo ſexto hoc pronuntiabat judicium: *Reſolvit Congregatio, Prædeſtinationem fieri per unicum, idque abſolutum Dei Decretum, quo Deus ſtatuit, iis, quos elegit dare gloriam & media neceſſaria ad illam conſequendam, & hanc eſſe Sententiam S. Auguſtini; & ab hac omnino diſſeciſſe Molinam in ſua Concordia, conſtituendo Prædeſtinationem, non in abſoluto Dei decreto, ſed in electione ordinis.*

Abregé de l'hiſt. Eccleſ. tom. 10.

Cum ſexageſima ſeptima Congregatio die vigeſima prima ejusdem Menſis haberetur, interfuit primo Cardinalis Perronius, cui Henricus IV. Fran-cia

ciæ Rex inſtante Patre Cotono negotium dabat, ut Pontificem a definienda hac controverſia abſterreret: nihilominus continuato diſputandi fervore, ac propoſito dubio de uſu auxiliorum gratiæ ſummus Pontifex præprimis Patribus Societatis inhibuit, ne ad peregrinas quæſtiones diverterent, aut a propoſitæ difficultatis ſcopo declinarent. Monitis Papæ ſe morem geſturum pollicitus Baſtida, Molinæ ſententiam cum Tridentina definitione conſonam, imo eandem eſſe affirmabat, addens, quod Prædicatores eadem argumenta, quæ hæretici adverſus Tridentinum, ipſi contra ſcientiam mediam opponant: hanc in rem Baſtida pervulgatam ſenſus compoſiti & diviſi diſtinctionem attulit, quam tamen non in Thomiſtarum, ſed Lutheranorum ſenſum detorquebat: Demum variis hinc inde agitatis illuc diſputatio perducta eſt, ut tam Lemoſius quam Baſtida ſolam excitantem gratiam a Molina defendi faterentur, Lemoſius tamen adderet, quod ejusmodi gratia non obſit, quominus gratiæ uſus naturalibus arbitrii viribus adſcriberetur. Habita autem poſtrema Congregatione die ſequenti ejusdem Menſis Conſultores judicabant, *bonum uſum auxiliorum ſecundum S. Auguſtini doctrinam, eſſe a gratia: ſecundum vero Molinam, eſſe ex*

Sæc. XVII. A. C. 1605.

Sæc. XVII. A. C. 1605. *sola innata libertate, quod & ex pluribus testimoniis S. Augustini, & ex multis ex oppositio productis ex Concordiæ libro compertum fuit.*

§. CXLIII.

Ingens injuria summo Pontifici a Cardinale Farnesio illata.

Mem. secret. part. 4. pag. 158.

Absoluta postrema hac Congregatione Clemens Papa in gravem incidit infirmitatem, quæ haud parum augebatur per injuriam sibi, suoque Nepoti ab Eduardo Farnesio Cardinale illatam, cujus occasio hæc erat: Nauta quidam a lictoribus in delicti pœnam in carcerem raptatus, ex eorum manibus elabitur, atque ad Farnesianum Palatium auffugit: hunc insequentes lictores a Arturo Nobili Anglo repelluntur, cui eorum unus insolentius repositi, quod ob attentam ejusmodi resistentiam non pauci in eodem Palatio olim laqueo puniti fuerint: acerbior hæc objurgatio Nobilem adeo pupugit, ut hujus lictoris proterviam gravi vulnere plecteret. Re comperta Urbis Gubernator, jussu Cardinalis Aldobrandini, coacta Liberum militumque manu Palatium vi ingredi, reosque vinctos abducere tentat: mox vero omnes ferme Romani in Eduardi Cardinalis opem ad arma convolant

volant, clauduntur subito officinæ, omnesque Nobiles Farnesium defensuri concurrunt: ipse etiam Villena Marchio Regis Hispani Orator cum omnibus suis famulis Palatium ingreditur, armata manu vim repulsurus. Altera ex parte Farnesius Cardinalis præstituto tridui spatio comparere jubetur, ad quem ipse Gubernator, solus tamen, accedens eundem nomine Pontificis rogabat, quatenus reos justitiæ Ministris tradere haud cunctaretur. Farnesio autem id sibi haud amplius integrum esse reponente, immoderatiores nonnulli Gubernatorem e fenestra præcipitem dare præcipiebant. Tantæ violentiæ obstabant Platus & Sfondratus Cardinales, qui Gubernatori per secretam scalam evadendi opportunitatem procurabant: non deerant tamen ex Farnesii amicis nonnulli, qui Pontificem hujus tumultus ignarum capi, ac Caprarolam Parmensis Ducis urbem abduci suaderent: ad hæc obstupuit Farnesius moderatæ indolis Princeps, qui, ut omnem tam nefandi consilii fomitem extinqueret, unacum Arturo & Nauta Romam excessit, Cæsarinus vero Dux Farnesiorum Amicus cum pluribus aliis Nobilibus Romanis Cajetam auffugit. Interea Pontifex Parmensem Ducem missis ad eum Legatis hortabatur, ut ad sedan-

Sæc. XVII. A. C. 1605.

Sæc. XVII. A.C. 1605.

sedandos hosce tumultus suas quoque vires impendere vellet, qui tamen Pontifici reposuit, quod inconsulto Cardinale Fratre suo nil decernere auderet; nihilominus mox Caprarola, Capemonam contendit, ubi Farnesium cum quingentis Equitibus obviam habuit. Instruuntur interim Romæ judicii acta atque, absens licet, Arturus cum ceteris tribus Nobilibus, qui Lictoribus vim intulere, tanquam pacis publicæ perturbatores exilii pœna damnantur. Paulopost Dominico Tusco, Ferdinando Taberna Cardinalibus, Gubernatore Romano, ceterisque justitiæ Ministris in unum congregatis deliberatur, an hic tumultus ad crimen læsæ Majestatis spectet, proin contra reos mortis pœna decerni valeat? affirmantibus cunctis Tuscus Cardinalis reposuit, in primarios Authores præ ceteris inquirendum, hos inter autem esse Farnesium Cardinalem: Sparso hujus judicii rumore quamtocius Gaetanus, Mattheienſis, Francipanus, Sant-Geminianus Duces, pleresque alii tempestiva fuga Cajetam dilapsi sunt: ceteri vero Romæ hæserunt. Parmensis Ducis, cujus adventus in dies expectabatur, patrocinio tuti. Pontifex vero judicii acta Madritum transmisit, quo comperto Villena Orator secum severitate legum agi veritus, gravitet

viter apud Pontificem, ejusque Nepotem Aldobrandinum Cardinalem querebatur, debitæ etiam venerationis leges transgressus. Sæc. XVII. A. C. 1605.

§. CXLIV.

Hæc controversia per Parmæ Ducem composita.

Hæc dum Romæ gerebantur, eo pervenit Parmæ Dux, cui viginti novem Cardinales ac plusquam trecenti Nobiles Romani unacum Oratore Hispano obviam processere. Hic ad Pontificis alloquium admissus nullo ferme negotio Clementem Papam ad veniam reis indulgendam induxit: Attamen ejus Nepotem suæ authoritatis magis tenacem experiebatur; hic enim se ab Hispaniæ Oratore indigne habitum questus eundem pro delicti ratione castigari petiit: Loquentem interpellabat Villena Orator Hispanus asserens, quod nonnisi ad inhibendam seditionem ad Farnesii Palatium accurrisset: de cetero autem omnem reconciliationis viam respueret, donec ea, quæ adversus ipsum ad Hispaniæ Regem scripta fuissent, revocarentur, ac re plenius inspecta, quod culpa vacaret, nuntiaretur: Bethunius vero Franciæ Regis Orator Hispanum debitis pœnis coerceri, *Memoir. secret. a l'an 1605.*

Sæc. XVII. A. C. 1605.

ceri, importunius a Papa postulabat: nihilominus Parmæ Dux inter hos complices & Aldobrandinum Cardinalem totum hoc dissidium tanta dexteritate ac prudentia componebat, ut primis Arthuro Anglo & Nautæ, pro modum ceteris quoque omnibus delicti venia concederetur: Re igitur tam feliciter composita Parmæ Dux ad Capitolium progrediens populo Romano pro tam propensa voluntate erga Farnesianam Domum gratias rependit, demum vero Sanctitatis suæ pedes religioso osculo veneratus, ad Ducatum suum reversus est.

§. CXLV.

Clementis VIII. propositum de dijudicanda Gratiæ controversia.

Abregé de l'hist. Eccles. tom. 10.

Hac molestia defunctus Pontifex, controversiam solido septennio discussam adhuc ante mortem suam, quam morbo indies ingravescente, sat vicinam præsenserat, Sedis Apostolicæ judicio dirimere anhellabat: urgebat quoque illius definitionem Philippus III. Hispaniæ Rex: suadebant insuper hanc decisionem tot consultationes de utriusque partis sententia habitæ, tot Cardinalium, Episcoporum ac Theologorum judicia, tot examina ac Congregationes

Sæc. XVII. A. C. 1605.

gationes inſtitutæ, quibus ipſemet non modo tanquam Præſes, ſed & ut arbiter intererat. Præterea ſeria mente revolvebat Pontifex, omnes Molinæ aſſertiones tam a Fratribus Prædicatoribus denuntiatas, quam a ſeipſo ex Molinæ libro decerptas iteratis fuiſſe cenſuris perſtrictas: Inſuper jam anno milleſimo ſexcenteſimo primo ſæpius Cardinalibus declarabat, quod ad tollendam Eccleſiæ offenſionem demum hanc controverſiam definire velit, uti Cardinalis Montaltius teſtabatur: Re autem quinto etiam examine ſatis mature diſcuſſa ſummus Pontifex hoc anno paucis ante obitum diebus Anſelmo Marzato Cardinali Monopolitano, quem ſingulari amicitia dignabatur, declarabat, quod Conſtitutionem contra Moliniſticos errores edere conſtituerit, pridie ante feſtum Pentecoſtes in primis Veſperis promulgandam: Ipſe etiam Cardinalis Peronius definiendæ FF. Prædicatorum ſententiæ propoſitum ab ipſomet Pontifice perceperat, cui tamen ille obſiſtens repoſuiſſe fertur, *quod, ſi quod Pontifex meditatur, definiret, ipſe curaturus eſſet, ut huic Pontificio decreto univerſi Europæ Sectarii ſubſcriberent, ſancitamque doctrinam ſuis munirent chirographis.* Hoc tamen Peronii reſponſum Bellogardius, aliique ad Friſonii

Vid. ſupra Lib. CLXXXV. §. VII. Fuligat. in vita Bellarm. l. 6. c. 7.

Gall. Purpurat.

Sæc. XVII. A. C. 1605.

sonii fabulas a Balutio notatas rejiciunt; primus enim, qui hoc dictum Peronio adscripsit, erat Petrus Frisonius olim Societati aggregatus, illudque quidam ad Clementem VIII. alii ad Paulum V. fuisse a Peronio dictum dicunt, proin suspecta fingendi libertate asserunt. Utut autem res se habuerit, omnino insulsum esse videtur, asserere Clementem hoc Peronii dicto a proscribenda Molinæ doctrina fuisse territum; si enim forte Lutherani & Calvinistæ animo magis obsequioso Apostolicæ huic definitioni subscripsissent, quidinde nocumenti accessisset Romanæ Ecclesiæ? Quid vero Pontifici aut Ecclesiæ timendum, si Lutherani & Calvinistæ, atque Universi Europæ Sectarii *in sensu Ecclesiæ* manifestato ac definito Molinæ doctrinam damnassent, oppositumque dogma ad Ecclesiæ mentem suis chirographis muniissent? Num propterea Novatorum errores circa liberum arbitrium in Tridentina Synodo proscripti fuissent infirmabiliti? aut forte Tridentini Concilii Patres, quos inter ex Dominicanis erant non pauci, unacum Sectariorum erroribus pariter Thomistarum doctrinam damnabant, aut illam Ecclesia a Spiritu Sancto illustrata per tot retro sæcula vel impune tolerabat, vel illius falsitatem non agnoscebat, sed veluti

S. Au-

S. Augustini, aliorumque Gratiæ vindicum doctrinæ consonam inique venditabat? Nonne gravius damnum fuisset Ecclesiæ illatum, si juxta P. Galliardi consilium utramque sententiam propugnandi libertas concessa fuisset, quæ tamen inter se sicut error & veritas repugnare videntur? Ceterum Coronellus, qui Sacræ Congregationi a secretis erat, in suis actis diserte testatur, quod Clemens Papa die vigesima secunda Januarii hoc anno suam lucubrationem de efficacia gratiæ concinnatam tanquam doctrinæ S. Augustini consonam agnosci petierit, eoquod *decrevisset, brevi rem definire, & omnes controversias inter Patres Prædicatores & Societatis exortas omnino dirimere.* Clarius hanc in rem disseruit P. Georgius Duras Societatis Assistens, qui secunda post Clementis VIII. obitum die quinta Martii hoc anno in suis literis ad P. Gregorium Rosephium Superioris Germaniæ Provincialem Roma Augustam datis hæc perscripsit: *Flagellum, quod in suis literis scribebat R. V. imminere Societati nec unum illud, quod erat sane omnium maximum & præsentissimum sine ulla spe remedii, sed alia permulta: Ex iis quædam attingam Reverentiæ Vestræ seorsim, aliisque perpaucis nostris prudenter communicanda.* I. *Disputatio de Auxiliis post unam Con-*

Sæc. XVII. A. C. 1605.

Ex authogr. MS. Socie. de variis rebus pag. 380.

Sæc. XVII. A. C. 1605.

gregationem, quæ reſtabat, definienda cre-
debatur contra Molinam, ut communis fe-
rebat opinio, non tam rationum pondere,
quam authoritate Judicum, qui tunc erant,
ut conſtat, partiales erant delecti ad de-
mnandum potius, quam judicandum. I
De privilegiis noſtris de decimis, atq
adeo multa alia Societatis Privilegia
dubium vocabantur, & revocanda pute
bantur. Tum etiam Conſtitutio recen
propemodum, quæ etiam Societatem at
tingebat, qua omnes Congregationes &
Sodalitates Ordinariis ſubjiciebantur. De
nique totum Inſtitutum Societatis altera
dum timebatur valde probabiliter. Sed
exaudiet Deus preces &c. Pater noſter Ge
neralis melius ſe habere pergit, & ma
tiari cœpit. Heri mihi dixit, pœnite
tias pro neceſſitate indictas a V. R. di
ſare debere: ſatisque fore, ſi aliquæ pre
ces indicantur pro electione novi Pontifi
cis. Ex hoc igitur domeſtico teſtimo
nio, aliisque allatis haud dubitandum
videtur de mente ſummi Pontificis,
quamvis ardens ejus deſiderium, atq
mique propoſitum mors præmatura
diſſiparit.

§. CXLVI.

Clementis VIII. Papæ obitus.

Ciacon. in vita Clem. tom. 4. Palat. in

Enimvero hic Pontifex vigiliis, ac
xiisque curis abſumptus, nec non
doloribus podagræ confectus die tertia
Marti

Martii decimo tertio Pontificatus sui anno ætatis vero paulo minus septuagesimo animam Deo reddidit, non sine ingenti omnium luctu; vix enim ullus in Christiano orbe Princeps erat, quem Clemens sibi insigni aliquo beneficio non devinxerat. Erat in se austerus, profusus tamen in ceteros, liberalis in probos, atque in Doctos præcipue munificus. Propagandæ insuper Religionis Catholicæ studiosissimus Infideles & schismaticos Orientales ad Ecclesiæ unionem Regia prorsus liberalitate invitabat. missis etiam ad illos Apostolicis Viris, pertinaces vero Protestantes Sacro fœdere inter omnes Principes Catholicos (excepto Franciæ Rege & Etrusco Duce) sancito ad saniora reducere moliebatur: plurima etiam tum sacra tum profana ædificia aut sunditus erexit, aut collapsa restauravit, ac præter tria Seminaria, Collegium a suo nomine *Clementinum* dictum, ædes Vaticani Pontificias, ipsamque D. Petri Basilicam & Lateranensem Ecclesiam novo decore augustiorem reddidit, ac Carmelitis discalceatis, quos unice amabat, præter plurima alia beneficia Ecclesiam *de Scala*, dictam donavit. Religiosas quoque familias ad pristinum disciplinæ fervorem revocare intentus, plurima admodum salutaria condebat

Sæc. XVII. A. C. 1605.

vit. Pontif. Ciacon. in vita Clem. VIII.

Sæc. XVII. A. C. 1605. ſtatuta, omnesque optime regendi artes mirifice edoctus, iisdem inſigni temperamento pietatem erga Deum, Zelum pro ejus Eccleſia, ac publica ſalute conjunxit. Præpollebat etiam rara in rebus gerendis dexteritate, ac invicta in rebus arduis fortitudine, qua pacem inter Henricum Franciæ & Philippum Hiſpaniæ Reges non ſine totius Orbis admiratione conciliabat: nec minus beneficum ſe exhibuit erga pauperes, quorum decem ſingulis diebus lauta inſtructa menſa alebat. Inſuper inſignes Annalium Eccleſiaſticorum opus jam cæptum Pontificia munificentia urgebat. Poſtremis vero diebus animum mortali cura penitus abſtracto piis excitationibus totum ſe tradebat, Sacrisque Sacramentis ſingulari pietate ſuſceptis inter Pſalmos, precesque Divinam Clementiam ſibi adeſſe efflagitans ad mortem pie obeundam ſeſe comparabat, hancque vitam denique imperio non tam diuturno, quam glorioſo geſto clarus deſerebat. Huic Pontificatum a Paulo IV. prædictum, necnon a quodam Aſtrologo Cardinalatum, Romanum Pontificatum, atque duodecim annorum regimen fuiſſe prænuntiatum referunt Hiſtorici. Corpus ejus primo in Vaticana ſepultum poſtea ad Liberianam Baſilicam translatum Pau-

lus

lus V. magnificentiſſimo monumento honorabat. Sæc. XVII. A.C. 605.

Nec tamen piiſſimus hic Pontifex lividos Proteſtantium dentes effugere poterat; apud illos enim quilibet jam vitioſus eſt, ex eo, quod Papa fuerit. Horum autem calumnias jam Floremundus Remundus confutabat. Carpunt Clementem, quod Bibliorum Lectionem rudibus omnino interdixerit: præterea ob fœdus contra Proteſtantes meditatum demonſtraſſe dicitur *ingenium Zeloticum ſanguinariis aulæ Romanæ præceptis imbutum, aſtutum præterea ac politicum, inque artibus aulicis tam egregie verſatum, ut inter Pontifices inſigniores horum temporum ſit numerandus calculo Romano.* Hanc aſtutiam Clementi exprobrant Calviniſtæ, dolore tacti, quod eis duos ſui Protoparentis Propinquos eripuiſſet: hac tamen in re Clemens non alia uſus eſt aſtutia, quam D. Paulus erga Corinthios, de quibus dixit, *cum eſſem aſtutus, dolo vos cepi.* Præterea Jacobus Thomas inſulſe admodum refert, quod Clemens Platonicam Philoſophiam in Scholas Chriſtianas reducere tentarit, ei vero, ne id faceret, perſuaſerit Bellarminus, adjecta cauſſa, quod ea præ aliis Gentilium Philoſophorum ſectis ad Chriſtianæ Religionis placita proxime accederet, ideo-

Sæc. XVII. A. C. 1605.

que ad seducendos homines & simplicitatem fidei corrumpendam majus illa periculum immineret; *Risum detineatis* &c.

Ceterum veritatis amore haud dissimulandum, quod Clemens erga sanguine junctos præcipue Cardinalem Aldobrandinum nimium indulgens profusus fuerit: sed quis sine nævo in terris?

§. CXLVII.

Cardinales pro eligendo novo Pontifice conclave ingressi.

Palat. vit. Leon XI. Ciacon. ibid. Abrége de l'hist. Eccl. tom. 10. Perronn. l. 2. epist. Gall.

Justis de more Clementi VIII. persolutis Cardinales numero sexagin. & unus ad successorem sibi deligendum in Vaticano convenere, atque ad dig. Capitis electionem eleganti oratione animati unaomnes in Divi Pauli Sacello Sacram Synaxin recipiebant: postquam vero ad suffragiorum scrutationem processerant, compertum est, pertissima eligentium vota in Alexandrum Octavianum Medicæum, Cæsarem Baronium, & Bellarminum collimare; inde vero æmulationes ac privatarum factionum studia exardescere cæperant; Medicæo enim favebant Galli, refragabantur Hispani, in quemlibet alium consensuri: Roberto Bellarmino pari fama

famæ Cardinali, præpotens Montalti- Sæc. XVII.
na factio seſe opponebat: Baronium, A. C. 1605.
forte in Hiſpanorum odium, excludebant Cardinales natione ac ſtudio Galli: Poſtquam vero per eos dies idem ſuum Annalium Eccleſiaſticorum undecimum vulgaverat volumen, atque in eo adverſus Philippi Hiſpani Regis ſupremam in Siciliæ Regno auctoritatem, quam *Monarchiam* appellant, acrius pugnaverat, eandemque ſuſpectis niti teſtimoniis ſcripſerat, mox Hiſpani etiam hanc ob cauſſam omne impendebant ſtudium, ut Virum hunc celebratiſſimum a thiara Pontificia excluderent.

§. CXLVIII.

Alexander Medicæus Cardinalis in Papam electus, ac Leo XI. dictus.

Igitur Baronio omni ſpe dejecto, ac Bellarmino paucis admodum ſuffragiis ſuffulto, omne ſtudium in ſolum Alexandrum Medicæum convertitur, incaſſum reclamente Franciſco Avila Cardinale Hiſpaniarum Protectore; prævaluit enim Petrus Aldobrandinus, & Franciſcus Joyoſa Gallus, qui tot ſibi devinctos numerabant, quot ad quemvis alium a Solio arcendum ſufficerent: quocirca die prima Aprilis Cardinales Apoſtolorum cœtum refe-

Sæc. XVII. A. C. 1605.

rentes Alexandrum Medicæum septuagenarium plurimorum suffragiis expetitum eo electionis genere, quod *Adoration*em vocant, ad Apostolicæ Sedis apicem evexerunt, non sine ingentium Principum lætitia, qui sibi ob eminis sui famam nil nisi magnanim atque excelsa pollicebantur. Hic le lecto Leonis XI. nomine die sequenti in Divi Petri Basilicam delatus, iterum pro more a Cardinalibus in homa teſtimonium osculo honorabatur, die vero ipso Dominicæ Resurrectionis Thiara a Francisco Sfortia coronatus, sub festivis populi acclamationibus, cunctis bene precabatur: Jam olim hanc dignitatem fausto omine eidem Clemens VIII. vaticinabatur, quam minorum suffragio obtentam mox Venetiis neo-electo Papæ solemni legatione gratulati sunt, pari eum quoque honore venerabatur Marchio Villena Regis Catholici Orator, cui ad pedis osculum admisso Leo hæc dixerat: *Regi tuo scribas velim, quod majorem me hac in Cathedra non conspexerit amicum, nec conspicit.* Ceterum nova Pontificatus auspicia omnino præclara, & augusta; Tria quippe sibi in supremo hoc munere promovenda, proposuisse affirmabat, scilicet, honorem erga Deum, in Pontificatu Majestatem, in cunctos liberalitatem. Carâ-

Andr. Mauroc. lib. 16.

Cardinales quoque omnes singulari ac vere paterna complectebatur benevolentia, eos tamen enixe rogabat, ne unquam, quod suam conscientiam gravaret, ab eo peterent, de cetero se nihil, quod Deo placeret, ipsis petentibus denegaturum pollicebatur. Praeterea cunctos, a suis Prædecessoribus provisos in suis Officiis, atque Oratores in suis Legationibus confirmabat: Arigonium Cardinalem Datariæ, ut vocant, Capponium vero Pontificio ærario præfecit, subjectas quoque Provincias, quantum poterat, vectigalibus a Clemente VIII. ad alendos milites impolitis exonerabat, id petente Antonio Maria Gallo, quem eo ex nomine laudabat, quod pro prima gratia non privatum ab eo postulasset Beneficium. Porro plurimis aliis prorsus egregie gestis spem de se conceptam, quæ suis meritis adhuc inferior erat, opere compleverat. Sæc. XVII. A. C. 1605.

§. CXLIX.

Gesta hujus Pontificis ante illius electionem.

Hic idem Pontifex ex Medicæa Familia, ex qua intra unius sæculi spatium tres ad summum Pontificatum evecti floruere, anno Christi millesimo quin- *Ciacon. l. c. Abregé de l'hist. Eccles. tom. 10.*

Sæc. XVII. A.C. 1605

quingentesimo trigesimo quinto Florentiæ natus Alexander Octavianus nominabatur, qui ingenuis, piisque moribus imbutus, ac scientiarum laude clarus Ecclesiasticæ militiæ post Matris suæ obitum nomen dabat, nonnisi jugi divinæ legis meditatoni, ac virtutum exercitiis vacans; cum autem ingenii præstantis, acris judicii, atque excelsi animi donis liberaliter esset auctus, primo Pistorienſis Episcopus, postea ad Pium V. Etruſci Ducis Orator, ac demum Florentinus Archipræsul renuntiabatur: Pervulgata autem suæ prudentiæ, ac Religionis fama a Gregorio XIII. Cardinalium Collegio adscriptus, a Clemente VIII. cui hujus Viri integritas, atque in rebus bene gerendis dexteritas probe cognita erat, ad conciliandam universæ Europæ pacem Legatus decernebatur, quo munere præcipue in Galliis, ubi ligæ reliquias ad obsequium reduxerat, tanta nominis sui gloria, ac Regni utilitate fungebatur, ut Henricus Rex ipsemet Clementi gratias egerit, quod Virum probitate, prudentia, moderatione ac singulari erga coronam Gallicam propensione conspicuum ablegasset. Eo autem tempore, quo Romæ agebat, omnia ferme sua bona in exornandas Ecclesias & sublevandas pauperum necessitates

Sæc. XVII. A. C. 1605.

sitates profundebat, insigne prorsus Curiæ ac Purpuræ Romanæ decus atque ornamentum. Palatium suum, quod incolebat, in Literatorum Gymnasium & inopum hospitium esse mutatum videbatur: semper etiam nativo prorsus odio abominabatur pecuniarum aviditatem, vindictam, tyrannidem, aut nimis propensum in Propinquos studium: Ut autem amplissimam laudem, quam ejus merita deposcerent, uno complectar verbo, dixisse sufficiat, quod etiam omnes hæretici, quibus æquissimos quosvis Pontifices calumniandi libidinem sectæ suæ fanatismus instillat, in Leone nihil, quod reprehenderent, invenerint, præterquam quod eum solo hoc nomine in Pontificem a Cardinalibus fuisse electum asserant, quia senex erat, & nulli factionum specialiter addictus.

§. CL.

Prospera ejusdem Regiminis auspicia.

Præter communem Orbis Christiani applausum præcipue Romani incredibili tripudiabant lætitia; cum nil nisi magna in Ecclesiæ augmentum, & proficua in populorum commodum eum moliri cernerent; suos enim proventus nequaquam in sibi sanguine junctos diffunde-

Sæc. XVII. A. C. 1605.

fundebat, quinimo ex ſuis amicis quemdam, qui adulandi ſtudio omnes propinquos etiam remotiores in quadam ſcheda deſcriptos tradebat, non ſine animi commotione a ſe repulit. Inſtabant quoque non pauci, ut pronepotem ſuum, quem penes ſe educabat, ac in paucis carum habebat, Cardinalem crearet, fruſtra tamen erant importunæ eorum preces: cum autem Cardinales quidam ac Regnorum Legati varios ad Purpuram evehendos ægrotanti Pontifici proponerent, ac ille etiam, quem a Confeſſionibus habebat, ejusmodi ſuaſiones precesque ingereret, eundem a ſe expulit, inhibens ne amplius ad eum accederet, utpote quem magis indulgere affectui conjectorum, quam animæ ſuæ ſaluti conſulere cognoviſſet: eapropter ad Sacrum hoc pœnitentiæ munus impendendum ſelegit poſtea Petrum a Matre Dei a Rocca Hiſpanum Carmelitam Diſcalceatum Sacri Palatii Concionatorem jam a Clemente VIII. deſignatum, ſub cujus etiam miniſterio Pontifex animam Deo feliciter reddiderat: Decreverat equidem paulopoſt quosdam ad Cardinalium dignitatem extollere, non tamen illos, qui ſola ſanguinis claritate aut Principum favore commendati eſſent, ſed qui meritorum excellentia, atque Eccleſiæ obſe-

Baron. Annal. tom. 12. ad ann. 1187. n. 20.

Aubert. Mir. Bibl. Script. Sæc. XVII. Annal. Carmel. Diſc. tom. 2. l. 3. c. 43. P. Philipp. decor Carm. part. 3 Ciacon. l. c.

obsequio insignes ac digni reperirentur, talem vero reputabat Lælium Ubaldinum Nepotem suum, cui Leo Papa adhuc Cardinalis, cum conclave ingrederetur, ut habitum Carmelitarum Discalceatorum assumere posset, se permissurum spoponderat, quo etiam in Pontificem electo, dum adorationis solemnitas explebatur, ipse annuente Leone in conventu Sanctæ Mariæ de Scala habitu S. Theresiæ vestitus, a Patre Petro a Matre Dei, qui Confessarii munere in Conclavi fungebatur, post meridiem ad deosculandos Avunculi sui pedes deducebatur, quem Papa deosculatus nomen suum ei imposuit, eumque Alexandrum a Sancto Francisco appellavit, intimi sensus intensione inquiens: *Hæc est mea promotio: Hic meus est Cardinalis, quem creo.* Sæc. XVII. A. C. 1605.

§. CLI.

Hujus Pontificis obitus.

Attamen Leo XI. dum præclaram Pontificatus administrationem animo volvit, morte præventus, bene salubriterque cogitata exequi non valuit; die enim octava Resurrectionis Dominicæ, dum aperta lectica vectus inter festivos lætantis populi plausus, erectosque arcus triumphales pro more ad Lateranensem *Palat. & Ciacon. l. c. Vicentius Puccinus vit. S. Magdal. de Pazz Baccius l. 3. cap. 36.*

Sæc. XVII. A. C. 1605

nensem Ecclesiam processerat, flantis austri intemperie, ac denso agmine concurrentis populi impetu pressus in lethalem morbum incidit, moxque vitæ suæ finem appropinquare præsensit, haud immemor illius vaticinii, quo Mater Magdalena de Pazzis Carmelitana Virgo tum Sanctitatis fama insignis Romanam quidem Insulam, sed brevissimum Sacri imperii tempus eidem prædixerat: idem quoque jam antea Sanctus Philippus Nerius ei tum Etruriæ Ducis legationem obeunti palam vaticinabatur disertis his verbis: *Tu quidem & Cardinalis fies, & Pontifex, verum citissime morieris:* Hoc igitur præsagio munitus imperterrite mortis nuntium excipiebat; ac paulopost Petrus Petri a Matre Dei, quo Sanctiorem tum Romæ vix aliquem reperiri potuisse testatur Baronius, piis hortationibus Sacrisque Sacramentis munitus die Regiminis susceptipti septimo supra vigesimum Orbi Christiano lege mortalium ereptus est. Morbi mortisque genus eodem die vigesimo septimo Aprilis Peronius Cardinalis Henrico Galliarum Regi perscripsit: Historicorum nonnulli referunt Leonem veneno infectum occubuisse, quod tamen temere affirmari, testatur Andreas Maurocenus; nemo enim ferme magnus & excellens sine veneni

veneni ſuſpicione moritur, amatque vulgus de inſignium Virorum præcipue Pontificum exitu atrocia credere, & divulgare. Alii vero haud inanem fuiſſe hanc ſuſpicionem eo ex capite autumant, quod huic Pontifici in Eccleſia Lateranenſi Roſa quædam fuerit oblata, ex cujus contactu pariter eadem die Chiappinus Vitellius Sacrorum Rituum Magiſter, & Olympia Aldobrandina eadem nocte repente ceciderunt, Pasquino minus honeſte canente: *hac nocte periere Leo, Vitulus, Vacca.* Ceterum defuncti Pontificis corpus in Baſilicam Vaticanam translatum, atque a Roberto Ubaldino Pronepote ſuo nobili tumulo conditum requieſcit. Sæc. XVII. A. C. 1605.

§. CLII.

Cardinalium comitia pro ſubrogando novo Pontifice.

Vacabat Apoſtolica Sedes nonniſi octodecim dies, interea vero juſtis defuncto Pontifici tam Florentiæ quam Romæ in Vaticana Baſilica perſolutis, die octava Maji Cardinales Vaticanum Conclave comitia celebraturi ingreſſi ſunt numero iidem, uno dempto Cardinale Agucchio, qui eadem, qua Leo XI. die obiit. In primo Purpuratorum conſeſſu

Palat. in vita Paul. V. Ciacon. ibid. Jægerus in hiſt. Conclav. Paul. V.

Sæc. XVII. A. C. 1605.

sessu Alexander Burgius Episcopus de subrogando Pontifice ornatissimum per orabat sermonem, quo absoluto ac re Divina pro more peracta in varios articulos ex communi Purpuratorum tentia juramenti Religione confecit, quos inter vigesimo septimo lo citum est, ut quiscunque in Pontifice assumeretur, controversiam de Auxil gratiæ brevi dirimeret: postmodum pr ma Scrutinii sorte de Cardinalium mente experimentum capiebatur; tum vero potissima eorum suffragia eo co limabant, quo vel propriæ utilitatis vel privati affectus studium illos impelle bat: inter præcipuos vero, qui potiss suffragiorum numero ad Pontificatu nominabantur, erant Cardinales, Dom nicus Tuscus, Cæsar Baronius, Ro bertus Bellarminus, Antonius Sauli Marianus Camers, & Franciscus de Co mitibus: Præprimis in Dominicu Tuscum Mutinensem Episcopum exo spirabant Hispani & Galli, jamque ad Divi Pauli Sacellum, ut ad ejus pedu homagium præstituri procumberent, procedebant Purpuratorum non pauc cum repente Baronius exclamaret, quo „Tuscus Ecclesiæ inutilis, parumpe„idoneus Christianæ Reipublicæ futu„rus esset; quamvis enim pluribus cæ„reret prærogativis, ætate, scientia „morum

„morum comitate, ac præcipue a sum- Sæc. XVII.
„morum Principum servitute, partium- A. C. 1605.
„que studio immunis esset, in dicendo „tamen nimia libertas parum honestis „nonnunquam inspersa verbis obstaret;„ hoc unicum ei objectum crimen ceteros absterrebat, ac Tuscum a Thiara, quam manu tenere videbatur, deturbabat; quippe Baronio tanta libertate mentem suam promente, adeo ingens strepitus excitabatur, ut illico Montaltus, Sfondratus, aliique Cardinales a Tusco recederent, Baronius vero, eoquod æquitatis testimonium sua sibi conscientia redderet, posteros hujus facti memores fore gaudens, illud Psalmi centesimi primi usurpabat, *scribantur hæc in generatione altera:* Tantopere placuit Purpuratis intrepidus tanti Viri Zelus, ut reliquis in Paulino Sacello persistentibus, duo ac viginti in Sixtino ab aliis sejuncti convenirent, atque inter eos Cardinalis Montaltus Aldobrandino diceret: *collocemus Sanctum hunc Virum in S. Petri Cathedra.* His quoque accesserat Cardinalis Justinianus, aliis pro Tusco perorantibus: fervente autem competitorum æmulatione Baronius se tantæ dignitatis imparem profitens, omni verborum rationumque vi adhibita Cardinalibus, qui ipsum deposcebant, restitit, ut dignis-

Sæc. XVII. A. C. 1605.

simum eligerent, enixe precatus. Tum fluctuantibus in incerto animis Aldobrandinus a suis scisitabatur, *cui ergo tantum munus demum deferemus?* nil mo hæsitans respondit Montaltus, *nulli alteri nisi Burghesio*, cui pariter suo su fragio accessit Joyosa Cardinalis cum sua factione Gallica.

§. CLIII.

Camillus Burghesius in Papam electus.

Maurocen. lib. 16.

Erat tum Camillus cum Arrigonio in suo cubiculo, quorum uterque, quod ætate ad Papatus dignitatem se immaturos crederent, longe alia animo volutabant consilia: cum autem forte Burghesius e cubili egressus, lento pede cederet, ecce! repente eo conspecto Cardinalium nonnulli Burghesium in clamant, moxque una eademque vox in omnium ferme Cardinalium ore resonat, Burghesium divino potius nutu quam humano ad supremum Ecclesiæ apicem esse selectum. Accedebant pariter ceteri Cardinales, qui prius ambigui hærebant; quocirca in Pauli Sacellum quantocius eundem reducentes vivis suffragiis sigillatim Pontificem die decima sexta Maji hora noctis secunda declarant, cunctis de hac electione Dei potissimum impulsu facta eidem con-

gratu-

gratulantibus; solus mæstus cernebatur neo-electus Pontifex, aut ob rei novitatem, aut inopinatum nunquam speratæ amplitudinis eventum stupore veluti defixus: forte etiam veneni timor, mortisque metus mœrorem auxit, Astrologis novum Pontificem ante Septembris exitum vita privandum vaticinantibus, quorum tamen viginti tres a Burghesianis inclusi, vel assentandi studio, vel mutabili impiæ hujus artis commento Papam octodecim omnino annos regnaturum prodidere. Utut sit, Burghesius in Christi Vicarium promulgatus *Pauli* sibi nomen assumpsit cognominum sibi Pontificum *Quintus*, qui die vigesima nona ejusdem Mensis a Francisco Sfortia Cardinale coronatus Lateranensem pompam ad æstivos calores provide declinandos in sextam Novembris distulit, die autem prima Junii cunctis Cardinalibus in publico Patrum consessu gratias agens, postridie Ginnasium, Zapatam, Doriam & Madrutium jamjam a Clemente VIII. Cardinales electos rubro galero exornabat, quo honore pariter F. Alexandrum Prædecessoris sui Nepotem honorasset, nisi hic ea, qua inclaruit humilitate, induto Carmelitarum excalceatorum habitu Purpuram recusasset. His peractis, indictisque anni Sacri indultis, Cæsa-

Sæc. XVII. A. C. 1605.

Sæc. XVII. A. C. 1605.

ris, Regum ac Principum Legatos non minus Pontificia Majestate, quam paterna benevolentia excepit: Cardinalibus vero, qui varia primis inaugurationis suæ diebus petebant, cuncta denegabat, dictitans, quod æstuante animo quandoque injusta concedi, æqua denegari soleant, petitis pro meritis ratione non satis mature perpensis: die tamen decima octava plures Prælatos exigente temporum necessitate variis decorabat officiis: tandem vero die præstituta solemni pompa ad Lateranensem Basilicam equo vectus processit. Ceterum Scriptores in deprædicandis hujus Papæ laudibus certant, quorum nonnulli illum libertatis & authoritatis Apostolicæ vindicem, Virum probitate atque innocentia conspicuum, moribus irreprehensibilem, doctrina, prudentia rerum usu tantæ dignitati consono præditum commendant. Alii eum liberali corporis specie, firma valetudine, morum comitate, beneficentia, rerum magnarum capacitate, Religione, Justitia, clementia, haud affectata Majestatis gravitate, Zelo fidei & pietate in pauperes insignem depingunt: ex adverso Maurocenus Nobilis Venetus in sua Historia ipsum *neque publicorum negotiorum usu præstantem, neque cum Principibus summis in rebus agere assuetum, ac*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vilique consuetudini parum deditum, ac ingenio potius ad res privatas quam publicas gerendas idoneum nobis exhibet: Forte Maurocenus, dum hæc scribebat, alta mente repostam habebat hujus Pontificis severitatem contra Rempublicam Venetam. Sæc. XVII. A. C. 1605.

§. CLIV.

Cognitio caussæ Molinisticæ a Paulo V. resumpta.

Quamprimum Paulus V. Divi Petri Cathedram conscenderat, hinc Philippus III. Hispaniarum Rex, illinc Henricus IV. circa Molinæ caussam sua interponebant officia, hic quidem ut hujus controversiæ definitionem Societati infaustam præpediret, ille, ut brevi contentiones & scandala ex hoc dissidio orta tollerentur. Nec otiosi hærebant Molinæ fautores, qui, ut neoelectum Pontificem saltem ad tolerandam Molinæ doctrinam vel impositi utrinque silentii legem sensim disponerent, supplicem libellum ineunte Mense Augusto summo Pontifici porrexere, in quo quæstiones hucusque agitatas nonnisi *facti humani* quæstiones, quæ sub fidei definitionem nullatenus cadere possent, fuisse exponebant; *non enim*, inquiebant ipsi, *tam de modo rei, quam de*

Hist. Congreg l. 4. c. 1. Hist. controv. l. 6. c. 1. p. 55. Abregé de l'hist. Eccles. Siecl. XVII. Ex Tabul. General. Rom. Ord. Præd.

Sæc. XVII. A.C. 160-

SS. Augustini & Thomæ sententia videtur esse controversia, ergo explicandum restat, quid hi duo de quæstionibus propositis senserint. Quis autem dicat, pertinere ad fidem, quid hic aut ille quamvis insigni doctrina vel Sanctitate clarus vel existimatus vel docuerit? Res quidem ipsa, quam duo THEOLOGI tradiderunt, ad fidem fortasse objectum spectare utcunque potest, fuisse autem illos hujus vel illius sententiæ ambiguum erit, proin fide Catholica definiri non poterit; in privatorum enim dictis declarandis, quæ humano studio detegantur, dubitandum, an Papa possit sibi infallibilem Spiritus Sancti assistentiam certo polliceri: Eapropter antiqui Pontifices, cum de privato Authore agunt, hominis quidem doctrinam & sanctitatem laudant, nunquam tamen cujuspiam sententiam explicandam suscipiunt, & hoc vel illius quempiam sensisse definiunt, idque tanquam fidei dogma proponunt: Itaque FACTI HUMANI quæstio nunc dijudicatur, quæ tamen sub fidei definitionem cadere nullo modo potest (*): Quid de hac sentiendi ratione censendum, aliis perpendendum

(*) Haud dissimulandum, quod P. Livinus loco cit. hunc libellum non Paulo V. sed Clementi VIII. & quidem non a Jesuitis sed a quodam incerto authore oblatum fuisse afferat.

dum relinquimus, id unice obſerva- Sæc. XVII.
mus, quod quiscunque ita locutus fue- A. C. 1605.
rit, diſerte hoc in loco principia diſtinctionis inter quæſtiones facti & juris adſtruat, quam tamen poſtea, & quidem jure merito, contra Janſeniſtas omni virium contentione alii impugnabant. De cetero Moliniſtæ omne ſtudium in id convertebant, ut Pontificem a diſcutiendis Molinæ propoſitionibus averterent, atque ex adverſo totam diſputationis molem in examinandam phyſicam prædeterminationem retorquerent. Hanc in rem Bellarminus viginti propoſitiones, quæ tamen nec ex Molinæ libris hauſtæ, nec unquam in controverſiam vocatæ fuerant, ſummo Pontifici offerebat. Attamen Pater Lemos die quarta Junii ſuccincta reſponſione, demonſtratum ibat, quod Bellarminus partim quædam verbis affirmaſſe, reipſa autem & inſpecto verborum ſenſu, negaſſe, partim efficacis gratiæ in voluntatem operandi modum non explanaſſe, videatur, quamvis gratiam ex ſeipſa efficacem docendi plenam Thomiſtis reliquerit libertatem.

§. CLV.

Petri Lombardi Archiepiſcopi Armachani oratio pro maturanda cauſſæ definitione.

Sæc. XVII. A. C. 1605.

Cum summus Pontifex hujus negotii gravitatem probe perspiceret, cunctaque pro merito causæ mature ponderanda censeret, hinc doctorum judicia exquirere, atque utriusque partis rationes investigare cæperat. Hi inter præprimis Cardinalis Perronius vel Henrici IV. mandato, vel certis propria auctoritate suggessit: *rem non esse præcipitandam, sed audienda certarum Academiarum judicia, Synodum etiam Generalem pro rei gravitate convocandam:* ut autem injecta Parisiensis Academiæ authoritate causæ definitionem præpediret, mox addebat, *alioquin cavendum, ne Parisiensis Academia, universique Galliæ regnum Apostolicæ definitioni repugnaret.* Ex adverso Jacobus Bossutius Doctor Sorbonicus, quo Perronii verba spectarent, haud ignarus, intrepide Pontifici, si indecisa quæstione Congregationes solverentur, maximum toti Ecclesiæ imminens periculum denuntiabat, pollicitatione facta, quod Parisina Universitas Pontificio judicio obsecutura, illudque ipsemet Rex sopposito privato affectu excepturus esset. Suffragabatur Bossutio Petrus Lombardus Armachanus Archipræsul, atque Hiberniæ Primas, Vir suo ævo longe doctissimus, qui dirimendæ hujus causæ necessitatem eruditissima oratione demon-

demonstraturus hunc in modum exorsus est. *Inter curas omnes Romano Pontifici pro Apostolici muneris Principatu incumbentes, prima & maxima sit, qua debet invigilare, ut doctrina fidei christianæ per universam Christi Ecclesiam in ea conservetur integritate, quam Timotheo suo pro parte sollicitudinis ejus commendat D. Paulus, ita illum admonens: o Timothee, depositum custodi, devitans profanas vocum novitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ: id tui Prædecessores, Beatissime Pater, tum contra errores alios circa hanc doctrinam temporibus suis emergentes, tum præcipua quadam sedulitate, cooperantibus etiam aliis Catholicis Episcopis, contra illas præstiterunt opiniones, quibus beneficium gratiæ Dei, qua per Christi meritum ad bene vivendum adjuvamur, evacuari, aut quoquo modo extenuari animadvertant.*

Sæc. XVII. A. C. 1605.

Hist. Congreg. Append. n. 12. pag. 117.

Et merito: quippe illarum opinionum contagium ejusmodi esse noverant doctissimi Sanctissimique Pontifices, ut præter communem cum reliquis hæresibus perniciem, quam certo affert animis, soleat etiam ab eo peculiare imminere eis periculum, qui alioqui in Ecclesia Dei supra alios virtutum laude videntur eminere: quorum proinde vita uti pluribus prodesse apta, si fundata sit in ea humilitate, cujus proprietas, sicut ait D. Prosper, in confessione est gra-

Sæc. XVII. A.C. 1605.

tiæ Dei, quæ tota repellitur, nisi tota ex-
scipiatur: ita si in elationem rapiantur, qui
se cum Deo componentes, suarum laudum
atque meritorum partem aliquam tantum
propriam sibi vendicent, quanto altius in-
tutis arcem se conscendisse existimant, tanto
gravius & corruunt ipsi, & plures secum
prosternunt in ruinam.

Cum autem ab annis hactenus mille circiter & ducentis sæpius sint exortæ opinionum concertationes circa Orthodoxam de gratia doctrinam; qui primi eam apertius & acrius impugnarunt, fuerunt Pelagius, Cælestius, & his se associans Julianus.

Quare qui tunc Romani Pontifices erant Innocentius primus, Zozimus & Bonifacius, adjuvantibus eos compluribus aliis Episcopis, & diversis Episcoporum Conciliis, doctrinam Ecclesiæ de hoc argumento tam strenue & sollicite defenderunt, ut ipsorum inimicorum gratiæ Dei damnatis erroribus, ipsos etiam, postquam his pertinacius inhærere deprehensi sunt, a communione fidelium, priores duos ejecerunt: tertius insuper sic coercuit, ut contra eos nihil fuerit, non solum Apostolicis, sed etiam Regiis piissimorum Imperatorum Edictis, ipsius hæreseos Authores, & sectatores istius.

Unde, ut propius ad nostra descendam tempora, quæ quanto propinquiora fini mundi, tanto errorum abundantiora fore prædicuntur in Scriptura Sacra, ex quo

vir doctissimus Petrus Lombardus Episcopus Parisiensis, Magister Sententiarum dictus, Theologiam ex Sententiis Patrum, & præcipue Divi Augustini redegit in Methodicam summam: qui interea illum interpretati fuerunt diversorum Ordinum Religiosi, quamvis & ipsi passim profiterentur, & propositum habere viderentur D. Augustinum sequi, cum tamen securiores ab externo hoste, liberius quæstiones multas intrinsecus disputarent, accidit revera, ut aliqui ex iis circa argumentum, de quo agitur comminiscerentur opiniones quasdam, adversas satis doctrinæ de eo ab Augustino contra Pelagianos, & Semipelagianos traditæ & explicatæ. Quæ opiniones licet ab Ecclesia nunquam approbatæ, imo & ab aliis Scholasticis de iisdem rebus melius sentientibus aut rejectæ aut non receptæ, attamen qui posterioribus his temporibus a Sedis Apostolicæ obedientia apostatarunt, tot sectarum assertores, & sequaces, sumpserunt inde occasionem usque adeo calumniandi, ut & opiniones istas supra id quod vere suberat, nimium exaggerarint, & sic a se exaggeratas Catholicis omnibus imposuerint, tanquam Romana Ecclesia, severiore deserta doctrina de gratia & libero arbitrio, prolapsa esset ad Pelagianismum, & qui se Catholicos profitentur (Papistas illos vocant) degenerassent in Pelagianos. Sæc. XVII. A. C. 1605.

A qui-

Sæc. XVII. A. C. 1605.

A quibus propterea dum videri volunt iidem Sectarii justam habuisse occasionem, quantum ad hanc doctrinæ partem, sinuandi se & dissentiendi, aliam ipsi sumsecuti; non illam certe doctrinam Orthodoxam, quæ olim contra Pelagianos a Pontificibus & Conciliis definita est, ac defensa a D. Augustino, ac secutis aliis Catholicis Doctoribus: quin potius quod contra Petrum Lombardum, & Theologos Scholasticos videbantur ex professo suscepisse bellum, id etiam converterunt contra hujusmodi definitiones, ac Patrum Sententias. Et quod ad ipsum spectat Augustinum, quamvis illum, tanquam solum, ut dicunt, ex veteribus secum consentientem, aliqua ex parte habere videantur, tamen revera doctrinam ejus plerumque non intelligere se ostendunt, immo & corrumpere deprehenduntur, tum quando quoad sensum, nonnunquam quantum ad verba, fingunt vero gratiam Dei sic prædicandam & credendam, ut (quod justo Dei judicio eis accidit) velut in insaniam rapti Manichæorum non minorem, teneant, atque tradant, liberum arbitrium in hominibus vel extinctum prorsus, vel naturali sua proprietate spoliatum: ignorantes se hoc dogmate aufferre quoque gratiam & effectus, quos veræ Dei gratiæ Scriptura sacra passim tribuit.

Quapropter Concilium Generale Tridentinum (ut Provincialia omittam, Se-

nonensia

nonense & Moguntinum) dum contra istos agit, sic liberi arbitrii naturalem asserit proprietatem, ut agnoscat atque renovet, quod de virium ejus per peccatum attenuatione & inclinatione antiquitus definitum est: sic astruit ejusdem cooperationem & sequelam, ut quod de gratiæ præoperantis, id est prævenientis ipsum adjuvando & excitando, necessitate & efficacitate juxta Sacras Scripturas & antiquas Ecclesiæ definitiones prædicandum & credendum, denuo definiat ac declaret: ob id nimirum, quia non satis illi visum, istorum Sectariorum errores condemnare, nisi etiam ab eorum calumniis Ecclesiam præsentem vindicaret.

Cæterum ex Doctoribus Catholicis, qui Sectarios istos oppugnantes, de iisdem argumentis prolixiores instituerunt disputationes, aliqui in iis liberi arbitrii vires adeo extulerunt, ut aliis visi sint Christianæ gratiæ necessitatem & efficacitatem nimium extenuare, atque ita dum errores vellent eliminare Lutheranorum & Calvinistarum, alias introducere opiniones, quibus sterneretur via ad toties expugnatum Pelagianismum, seu Semipelagianismum, sub finem sæculorum postliminio suscitandum, indeque sunt exortæ dissensiones, quæ unacum iisdem opinionibus, diutius quam a plerisque videtur, animadversum, intra Ecclesiæ gremium fotæ sunt.

Neque

Sæc. XVII. A. C. 1605.

Neque negari potest, quin sub initia, saltem a quibusdam, qui in istas impegerunt opiniones, sive defendendo, sive confutando, vel ignoratum aliquousque, vel non sufficienter observatum fuerit, quibus rebus, quas tractabant, antiquitus in Ecclesia edoctum, defensum atque definitum id quod excusationem forte habuit. Et quidem utriusque dissentientium partis, tanto majore quanto majore Zelo una ex illis intenta fuit tota ad præsentium errorum incendium extinquendum; altera magis provida, ne alii in futurum suscitarentur seu succenderentur, recolendo altius ex antegressis hactenus Ecclesiæ Dei decursibus, quod, quandoquidem se res ita habeat, ut quamdiu hæc in terris militat, oportuit, sicut prædixit D. Paulus, & hæreses ipsæ cum hæreseos unius interitu oriri sere soleat ejus contraria.

Progressu autem annorum aliquot, eædem opiniones apertius, & periculosius proruperunt in disceptationem multum controversam, quam vidi ipse in Belgio agi satis acriter, & novimus omnes latius & ardentius gliscere in Hispaniis. Quæ tamen, ut alias, quantum observare potui, a turbis illis, quas in tot aliis Provinciis Christianis quæstiones de hoc argumento sæpius concitarunt, magno Dei beneficio immunes semper conservatæ; & ad eas modo præservandas interest quam plu-

Sæc. XVII. A. C. 1605.

plurimum totius Christiani orbis, ut qui Dei in terris vices gerunt, sollicita provideant cura.

Qualem proinde adhibens Prædecessor nuper Vestræ Sanctitatis Clemens felicis recordationis Papa VIII. controversiam hanc: ut cum majori autoritate decideretur, ex Hispanis evocavit ad Sedem Apostolicam, & pro ea decidenda per annos aliquot, tametsi ætate plurima fractus, aggravatus multis morbis, & negotiis aliis pene obrutus, instanter laboravit, sed dum in laboribus ejus dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam, optimæ voluntatis Pontifex (quod judicio Dei accidit) finivit antea vitam suam, quam de eadem controversia definire quidquam posset.

Quæ tamen ne sic hæreat indecisa, prospiciens Collegium Illustrissimorum, ac Reverendissimorum Cardinalium (quod non possit Ecclesiæ Dei non esse multum noxium) vacante per ejus obitum Sede Apostolica, prudenter ordinavit, ut futurus Pontifex pro ea satageret quamprimum dirimenda, id quod exequi Successor proximus Leo Papa XI. declaravit quidem inter primas curas, sicut esse debuit, commendatum: sed is tanquam unda maris in terras projecta, recessit antea ex hac vita, quam in Pontificatus sui labores posset ingredi.

His

Sæc. XVII. A. C. 1605.

His autem quod videmus modo te fun-
dere, Pater Beatissime, Pontifex Maxi-
me, de quo & gaudemus sane supra mo-
possumus vel exprimere verbis, vel cogi-
tione ipsa satis comprehendere, spem tibi
maximam, id ab æterno Deo inter alia pri-
rima, quæ ad Ecclesiæ suæ præsidium p
te operaturus est, etiam ad hoc destinatu
ut qui hactenus Clementi Pontifici in exa-
minanda ista controversia Præsidenti, cum
aliis Illustrissimis & Reverendissimis Card-
nalibus Sacræ Romanæ Ecclesiæ Inquisito-
ribus Generalibus, sollicite assedisti, cum
ipse factus Pontifex feliciter desimas, ad
quod tam suaviter invitatus es in ipsa tui
ad Pontificatum assumptione, qua tunc ma-
nifesto opere demonstratum est, quam habet
Deus potestatem voluntates hominum (rem
hic præcipue controvertitur) quo vult, quan-
vult, quomodo vult, quamdiu vult, incli-
nandi, inflectendi, transferendi, & destina-
ad id ipsum subsidiis omnibus præparatis
(id ita providente Deo) quibus, quod Cle-
mens Papa laboriose seminavit, Successor
ejus fructuose colligas.

Quapropter præsumere ego nolo sententiam, quam per os tuum de controversia hac pronuntiabit Sanctus Dei Spiritus, præveniendo Censuram ferre in præsentiarum, an opiniones illæ, de quibus controvertitur, ex radice Pelagianismi, seu Semipelagianismi fibra reipsa prodeant, quibus cum-

cunque colorentur verbis; vel proditæ sive per calumniam traducantur, sive præsumantur ex imperitia aliqua, & hoc vel sensuum, quibus concipiuntur, vel verborum, quibus aut eæ exprimuntur, aut sententiæ Orthodoxæ de iisdem rebus, ut prætenditur, exprimendæ; sive denique pro cautela tantum ex ejusmodi fibra, seu radice prodere timeantur.

Verum quia superioribus diebus, vivente adhuc Leone Papa, dignabaris mihi indicare, gratum fore, si rationes aliquot in ordinem redigerem, quibus potissimum ostendatur, quam magni sit momenti, ut controversia de his mota quam primum dirimatur, prout Illustrissimi ac Reverendissimi Cardinales ordinarunt; ego quidem ejusmodi rationes confestim digessi, tametsi eas ob invaletudinem, qua correptus fui subito, non potuerim tunc proferre: sic etiam providente Deo, ut quod Cardinalis imperasti, Pontifici tibi offeram. Cui proinde ut eadem sint majori usui, interea mihi visum præmittere illa, quæ jam recensui, de præcedentium hactenus Pontificum vigilantia, & sollicita cura in remediis adhibendis, quoties de argumento hoc suspectas quoquo modo quæstiones suscitari intellexerant,

Subjungam autem modo rationes petitas ex rebus, de quibus adeo controvertitur; ex quæstionibus, quæ cum controversia hac

Sæc. XVII. A. C. 1605

nectuntur; ex personis, inter quas pra-
pue jam versatur; ex damno, quod ex ea-
dem in universam diffunditur Ecclesiam;
ex lucro demum, quod sectariis inde pro-
venit. Ex quibus, ut existimo, evadit ma-
nifestum, momenti esse maximi, ut eam
controversia sine diuturniore mora dirim-
tur, idque tam plena & expressa veritatis
declaratione, quam requirunt quæstiones
quæ in ea ultro citroque disceptantur. Sug-
geram deinde considerationes quasdam, a
modo, quo videri possit definitio ista formu-
da, & pro declaranda rerum veritate, &
pro partium, quæ de hac disceptant, quie-
tum fieri potest, honore conservando.

Et in primis spectando res, de quibus
controversia ista mota est, pertinent illæ ad
catholicam fidem, etiam ex professione, quam
partes ipsæ de iis dissidentes in libris pu-
& Scriptis passim faciunt: adeo ut utra-
que sentiat, doceat, scribat, dogma quod
ipsa sequitur, ab omnibus certissime credi-
dum: una objiciat alteri, non posse senten-
tiam illius sustineri salva fide, quæ contra
Pelagianos, & Semipelagianos est definita;
altera vicissim opponat, non posse istius do-
neri sententiam salva fide, quæ defendenda
est contra Lutheranos, & Calvinistas. Quod
si aliqui, ut periculum vitent hujus pra-
judicii (ne si forte deprehendantur in erro-
re, contra fidem errare convincantur) no-
lint modo dicere, quæstiones hic motas

pra-

Sæc. XVII. A. C. 1605.

præter fidem; scire illi debent, quod an ejusmodi vere sint, pertineat declarare ad tribunal fidei, in quo de controversia hac tractatur, qui autem proprio interim judicio eligunt ita dicere, advertant in primis, ne suspicionem inde incurrant apud illos, qui noverunt id esse suffugium, ad quod olim recurrebant Cœlestius & Julianus Pelagianus, dum in quæstione quadam a Catholicis premi se viderent; & quod universæ suæ doctrinæ prætexebant Semipelagiani, deinde cavere debent, ne id dicendo, non tam diminuant quam aggravent potius errandi gradum, ad sententiam in fide erroneam addendo errorem, quo dicatur esse præter fidem. Nempe si, quod olim observatum fuit, caput quæstionum contra Pelagianos, & Semipelagianos, de origine in hominibus bonarum voluntatum (ut de aliis quæstionibus nihil dicatur hic) idipsum sit, ut apparet esse, de quo præcipua quæstio in hac controversia agit; tametsi cum discrimine, quod non distinguat quæstionem præter fidem, a quæstione, quæ de fide est; quia quod tunc Sacrarum Scripturarum fere verbis, & positivo Sanctorum Patrum modo tractabatur, id nunc agitatur Philosophicis terminis, & Scholastica methodo.

Secundo quæstiones, quæ connexæ sunt cum hac controversia, adeo sunt diffusæ per totum corpus Sacræ Theologiæ, ut

Sæc. XVII. A. C. 1605.

quantum & quamdiu alterius partis ejus-dem controversiæ (quæcunque illa sit, quæ sanior est) veritas in suo gradu docendi prohibetur, aut libertas utriusque partis in Scholis permittitur, tantum & tamdiu Theologi Professores, nominatim in Hispania, quo ejusmodi prohibitio & permissio protenditur emanasse, impediuntur a debitis suis auditoribus satisfactione integra, in tot aliis materiis Theologicis, per quas diffunduntur istæ quæstiones, quales sunt de scientia, de voluntate & etiam de potentia Dei, de providentia, prædestinatione, gratia, perseverantia, de fide, spe, charitate, & aliis veris virtutibus, de libero arbitrio, merito & demerito in peccato, & præcipue de originali, de lege, prohibitione, præcepto, præmio, pœna, de pœnitentia, & toto justificationis negotio. Unde quæ est necessitas, ut controversia hæc quamprimum decidatur, eadem etiam non patitur, ut decisio ejus tamdiu differatur, quam illi volunt, qui hanc referendam putant ad Concilium propter eam congregandum: quomodo neque differendam esse Ecclesiastica probat consuetudo, id quoque inferius ostendetur in judicio D. Augustini in causa, quæ de argumento hoc, ejus tempore tractabatur.

Tertio considerando personas eorum, inter quas præcipue controversia hæc versatur, sunt illi, ut notum est, viri Reli-

giosi,

gioſi, e duobus in Eccleſia doctiſſimis, ſanctiſſimis & celeberrimis Ordinibus, qui proinde cum ex inſtituto ſuo ſal terræ & lux mundi debent eſſe, certum eſt, quod ad officia iſta illuminandi & condiendi exhibenda, ante omnia neceſſe ſit, ut inter ipſos vigeant, in his præſertim, quæ ad doctrinam fidei ſpectant, concordia, unanimitas, pax, & charitas. Verum virtutes has tam neceſſarias, timendum in primis, ne languere plurimum faciant contrariæ affectiones, quæ pro ipſa conditione controverſiæ adeo gravis, inter utrosque ſuccreſcere poſſunt, ut ſunt diſſenſiones, ſimultates, lites, & hujusmodi alia odiorum ſemina, deinde ne & has tam pravas affectiones, magis magisque indies corroborent ſubintrantes in ſuſcepta ſemel cauſa opinio conſtantiæ & defenſio famæ & honoris: quibus ſi fomitem ſubminiſtrent præſumptio & arrogantia de proprio Ordine & ejus Doctoribus, invidia & livor de aliorum bonis ſtudiis & progreſſibus, incurabilius multo malum reddunt, ſuper omnia autem timendum & tremendum inter hæc judicium Dei; ne ſcilicet, ſi qui forte ab initio in controverſiam hanc vel paulo ignorantius, vel indiſcretius tantum ſunt ingreſſi, adhuc permittuntur progredi, ex iſtiusmodi momentis rationum, quales modo indicavi, Deus, qui per id offenditur, merito patiatur eos ſic prolabi, ut offenſam veritatem vel cognoſcere non

Sæc. XVII. A. C. 1605.

valeant, vel non velint, unde licet ad[illegible] qui in causa hac tam multum dissentiunt utrinque profiteantur, se Sedis Apostolicæ futuram de ea decisionem reverenter & humiliter amplexuros, id quod facilius mihi remedium omnis mali modo reddidit: tam dilatione nimia evenire potest, ut quod tam diu sub tegumentis jam descriptis est constitutum, id uspiam tandem (liceat hic uti verbis Isaiæ) erumpat in regulum.

Quarto, interea in universam Christi Ecclesiam ex eadem controversia damnum sic diffunditur, ut & multi sint utrinque, qui istarum partium studia se sequi, præcipiti nimis Zelo profitentur, & inter eos (quippe cum sint multiplicati etiam usque ad idiotas & fœminas) plerique earundem partium dissensiones magis æmulantes, quam certe intelligentes opiniones, unde passim ii qui tenerioris conscientiæ sunt, nascuntur scandala; iis qui laxioris, contemptus doctrinæ Religionis; inter Doctores, qui magis pii ac modesti sunt, mœror atque gemitus, etiamsi illis silere integrum sit. Sin autem pro officio, in quo constituti sunt, sententiam suam censuramque suam proferre debent, accrescit insuper offensa partium, a quibus forte pro conscientia sua dissentiunt; quasi non liceret ipsis inter homines & opiniones sic distinguere, ut illos suos ament & honorent, & tamen ipsis neque velint neque possint se servos exhibere, his vero

Sæc. XVII. A. C. 1605.

vero, qui se quoque doctos profitentes, audaciores vere sunt, quam solidiores, licentia nimia de quæstionibus ita controversis docendi & scribendi: cujus rei exemplum unum sit, cujusdam Professoris Patavini opus, de controversia hac componenda, Patavii excusum anno millesimo sexcentesimo tertio, quod licet huc allatum, & ex sententia Officii sacræ inquisitionis ad ignem condemnatum, non tamen id tam cito factum, quin, ut audio complura ejus exemplaria Francofurtum pervenerint, quæ ab hæreticis avidissime coempta sunt. Alterum, Doctoris cujusdam in Germania, qui in opere quodam, quod de mortis Christi efficacia scripsit, & eodem anno Coloniæ excudi fecit, cum multa immisceat ad controversiam istam spectantia, in quibus sequitur Faustum illum, de quo supra, Episcopum Rhegiensem, veritus, ne in hoc offendere videatur in Censuram Gelasii Pontificis de opusculis Fausti, hanc de eo fingit fabulam (in qua non advertit se errare insuper in temporibus notandis) quod videlicet cum Pelagiana labe infectus esset, a B. Fulgentio correptus & emendatus errore deserto ad Catholicæ Ecclesiæ gremium se recepit; in cujus rei argumentum, egregium volumen scripsit de gratia & libero arbitrio, teste (inquit) Gennadio in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum, in quo erronea dogmata revocavit & emendavit, nec quod sic

Sæc. XVII. A. C. 1605.

incæptum est Cacoethes scribendi libros in eadem controversia cessabit facile, nisi a Sede Apostolica per tempestivam decisionem remedium adferatur.

Quinto, ac postremo, Sectarii ita sunt extra Ecclesiam, e contrario ex quamdiu pendet indecisa, lucrum magnum videtur provenire, sed quod etiam certe ipsorum majus malum: quale est in primis communis inter eos gaudii, quo exultant, quia quod catholici hactenus objicere iis solent, tanquam argumentum non fundatæ Religionis, eorum inter se in præcipuis doctrinæ capitibus dissensionem, id ipsi vicissim ex occasione hujus controversiæ putant se posse in nos regerere, quod similiter in multis atque magnis dissentiamus inter quæstionibus, præterea aliqui ex his exult improperare, quod tamdiu hæreatur in jusdem tractatione, quasi in hoc seculorum fine, ad eam definiendam in Ecclesia Romana perierit lex a Sacerdote, consilium a Sapiente, & sermo a Propheta, adeo spicari se confingunt, quod quia diuturniore hac & diligentiore tractatione, melius innotuit Sedi Apostolicæ doctrina verior de hoc argumento, idcirco ne ab alia quam hactenus est professa, recedere videatur, ad dissensionem illam venire tergiversetur, nonnulli præsumunt gloriari. quod quoniam res non potest in litigio hoc permanere semper, secuturum tandem, ut Sedes Apostolica ipsorum

Sæc. XVII. A. C. 1605.

de ea doctrinam, tanquam veriorem amplectatur. Ex quo sane capite scriptum est ad me ex Belgio, quod primarius Professor Theologus in Hollandiæ hæretica Universitate, quæ Leyda seu Lugdunum Batavorum dicitur, auditores ad constantiam in doctrina sua non ita pridem hortabatur. Unde apparet quam magnum etiam impedimentum ad bonum conversionis suæ & salutis eadem controversia Sectariis afferat, cum omnibus generatim, ob has omnes rationes, tum speciatim nostris Insularibus, & præcipue Anglis, ob aliam insuper propriam sibi rationem. Nam cum post pacem initam inter Reges Hispaniarum, & Britanniarum, restituantur cum his commercia, & communicatio familiaris interveniat in Hispaniæ regnis, immo & plures ex iis, quam hactenus adventent in Italiam, ex quibus nonnulli saltem, vel ab errore converti, vel in Catholica fide confirmari possent, quando audiunt atque vident, quod inter Religiosos diversorum Ordinum apud nos non minus disceptetur, & dissentiatur, ut videtur ipsis, quam inter suos Protestantes atque Puritanos, facile nimium persuadebunt sibi, Religionem nostram non niti solidioribus quam suam fundamentis.

Quod jam ad considerationes spectat de modo, quo controversiæ hujus definitio facienda est; in primis quorumdam audiuntur voces, qui mediatores se inter partes

Sæc. XVII. A.C. 1605.

constituendo, non alio modo debere eam dirimi putant, quam ut ulteriorem tractationem finiendo, utrique parti vel silentium de ea perpetuum imponatur, vel remittatur, ut in suo de eadem sensu quælibet pars abundet, sicut hactenus electum propria, sic & in posterum conniventia Superiorum, sed isti non videntur satis pondera-rasse, ne silentium illud imponendo, veritas fidei (ad quam uti dictum est in prima adducta ratione, pertinent res, de quibus hic controvertitur) in aliquibus sui partibus supprimatur: ne catholicis Doctoribus in tot suæ professionis quæstionibus, quot in secunda ratione tactæ sunt, restringatur ora: ne hæreticis dilatentur, & cordium gaudium ac suspiciones, & ora ad imperium & gloriationem, de quibus in ratione quinta: denique nec iidem videntur leviter penetrasse, ne per istam liberiorem permissionem utrique parti in suo sensu abundandi, in tot quæstionibus, per totum corpus sacræ Theologiæ diffusis, & falsitas in negotio fidei in aliquibus reipsa confirmetur, & veritas doctrinæ Scholæ Christianæ in pluribus videatur transformari in incertitudinem opinionum Academiæ stoicæ.

Verum qui hanc tuentur partem non dictæ mediationis, ut id videantur doctius agere, solent allegare ex Epistola Cœlestini Papæ verba illa, quibus post adductas quasdam fidei regulas, ultimo clauditur: ad

confi-

Sæc. XVII. A. C. 1605.

confitendam gratiam Dei satis sufficere arbitramur, quidquid secundum prædictas regulas Apostolicæ Sedis nos scripta docuerunt, addantque hæc præterea: profundiores vero difficilioresque partes incurrentium quæstionum, quas latius pertractarunt, qui hæreticis restiterunt, sicut non audemus contemnere, ita non necesse habemus astruere, atque addunt ipsi, ad hoc genus quæstionum eas pertinere, de quibus modo controvertitur, ubi considerare deberent, primum quod sic mediando recedunt a professione partium, quarum causam agunt: cum earum utraque (ut dictum est in prima ratione) profiteatur sententiam, quam tuetur ipsa, tenendam esse de fide, secundo, quod etiam illi, ob quos scripta est epistola Cœlestini, ad suam ab aliis rectius sentientibus dissensionem excusandam prætendebant, ut ibidem additur, Christianam fidem per eam non violari, sed id an ita esset, referri oportebat ad Apostolicam Sedem. Tertio quod de ipsa doctrina in regulis istis definita, quæstiones aliquæ in hac controversia disceptentur, qualis ea in primis est, quæ in eadem ratione indicatur, unde primus bonus usus, seu motio bonæ voluntatis? & an aliquid divinæ gratiæ subtrahatur?

Sed & aliqui ex iisdem mediatoribus, sepositā prorsus doctrinæ consideratione, istius sui judicii rationem petunt, ex personis

Sæc. XVII. A. C. 1605.

sonis eorum, inter quas versatur controversia. Nam cum sint utrique magnæ non tantum eruditionis & pietatis, sed etiam existimationis & sequelæ, timendum, inquiunt, ac proinde cavendum (etiam postponendo doctrinæ causam) ne si alterutrius partis opiniones condemnentur, gravem id Ecclesiæ Dei allaturum sit ruinam. Et hanc rationem tanto magis urgent, quod existiment, prout eorum quisque alicui parti est addictus, alteram non tam doctrinæ & veritatis Zelo, quam invidia & æmulatione contra eam ferri, at qui ratiocinantur isto modo, non videntur considerare, quos præter temeritatem judicii de aliis, in quam forte incurrunt, illis etiam, quorum suscipiunt patrocinium, injuriam potius illis irrogent, quam defensionem præstent: quos deberent sibi aliisque persuadere, & de eorum pietate & eruditione confidere, quod Sedis Apostolicæ futuram decisionem, sint se facturos utrinque profitentur, ut dictum est in tertia ratione, reverenter & humiliter amplectentur: & de eorundem existimatione bene sperare, quod per eam sopiendi, & sedabunt, si aliqui motus per aliquos qui præcipitantius eos sequuntur (ut dictum est in quarta ratione) excitandi forent. Insuper recolendum hujusmodi mediatorius, quod olim, uti est superius indicatum, magnæ fuerunt Sanctitatis & eruditionis, immo & supereminentis in Ecclesia gradus & auctori-

Sæc. XVII. A. C. 1605.

auctoritatis, ac proinde sequelæ copiosæ, qui de argumento hoc dissidebant: & quod tunc etiam auditæ sunt querelæ graves, qualis illa fuit Juliani, qua velut comminando, Doctores, inquit, nostri temporis, & nefariæ, quæ adhuc fervet, seditionis autores, ad hominum, quorum sanctis studiis utuntur, contumelias & exitium decreverunt per ruinam totius Ecclesiæ pervenire: non intelligentes, quantum his contulerint honoris, quorum ostenderent gloriam nisi cum Catholica Religione non potuisse convelli. Et tamen istis omnibus non obstantibus, Apostolica Sedes, pro consueta sua sollicitudine, circa argumentum hoc superius declarata, quotiescunque de eo mota est controversia, remedium semper adhibuit, docendo ac definiendo, quid tenendum, quid vitandum: tandem & hoc deberent considerare, non deesse modo Ecclesiæ Dei Reges atque Principes, qui, si quos contingeret reperiri refractarios, in Sedis Apostolicæ definitione recipienda, ad id eos, Honorii & Theodosii instar, legibus suis compellerent.

Secundo loco sunt, qui cum videant necessarium, ut ad definitionem aliquam veniatur, putant eam sufficere, quæ fiat suspendendo seu prohibendo libros, in quibus evulgata est doctrina non probanda, de præsenti controversia, sed & hi deberent considerare, quod, ut se res habuisset, si li-

Sæc. XVII. A.C. 1605. *si libri illi, de quorum doctrina contro... sia hæc est primum mota, fuissent ab in... tio suspensi aut prohibiti, vel si alia... spes haberi posset, quoad suspendendi ... prohibendos alios libros de eodem ar... mento postea evulgatos, satis esset; a... men post tam diuturnam ejusdem ar... menti examinationem, in qua permissa est partibus utrinque de eo disputare, ... bandane sit, an improbanda; si non ... quatur tandem peculiarior declaratio, qu... nam ejus propositiones improbandæ, qu... nam sint probandæ: id præterquam ... videtur daturum occasionem Sectarii ... berius judicandi, & aliis perplexius ... candi, cur non fiat, ac etiam quoniam ... fiat ejusmodi declaratio; si qui adhuc ... nere velint, aut tueri propositiones alias ... ex iis, quæ merentur improbari, pro... xere poterunt, non propter illas, sed ... alias factam librorum suspensionem seu pro... hibitionem. Et si alii alias aliquas pro... positiones in iisdem libris alioqui ver... & Catholicas, sed quas ipsi forte non in... telligunt, voluerint repudiare, prætextum ... ad id similiter petent ex eadem suspensio... ne seu prohibitione. Quales & futuros ... aliquos facilius sibi persuadebunt, qui ... his, quæ olim acciderunt in hac causa, ... propius consideraverint: quod quando Cœ... lestinus Papa insignem illam commendatio... nem, de qua supra, in D. Augustinum, ob ... egre...*

Sæc. XVII. A. C. 1605.

ejus hoc de argumento doctrinam, post ipsius obitum protulit, qui tunc in Galliis reliquias Pelagianismi sequebantur, occasione inde sumpta, quod non essent expressi libri a Pontifice, in quibus doctrina ejus continetur, commendationem sic interpretati fuerant, ut ad priores Augustini libros de hoc argumento scriptos, eam referrent; sed posteriores, in quibus ipsi expressius refutati erant, eidem subtraherent. Unde necesse fuit Hormisdæ Papæ declarare doctrinam hanc in postremis his Augustini libris maxime contineri, quod cum tunc ita accidit circa encomium librorum, qui jam antea erant omnes editi, certe si nunc post ejusmodi examinationem, qualis jam facta est, doctrinæ controversæ non alia sequatur declaratio, quam suspendendo, seu prohibendo libros, in quibus tamen certum est non totam doctrinam esse improbandam, proclivius multo erit, pro variis hominum judiciis, ut suspensio ista & prohibitio a diversis ad diversas propositiones referatur: atque ita vix, immo ne vix quidem controversia hac sedata, aliæ forte suscitentur: accedit denique & exemplum illius temporis Pontificum, quod & modo merito imitandum est. Nam ex quo in Galliis a Semipelagianis suscitata est de hoc argumento doctrina erronea, prius per Cœlestinum & Leonem Pontifices, circa doctrinam istam definita sunt particularia quædam capitula

& Ca-

Sæc. XVII. A.C. 1605.

& Canones, poſtea per Gelaſium Papam libri Caſſiani & Fauſti doctrinam eam continentes, inter Apocrypha opuſcula rejecti.

Tertio igitur loco cognoſcunt alii, in hac controverſia finienda, neceſſariam definitionem, in qua particulariter declaretur propoſitiones, quæ in ea approbandæ ſint, vel improbandæ: ſed definitionem illam referendam volunt ad Concilium, quod putant neceſſarium, propter eam congregari. Sed & iſti ſcire debent, quamvis prima & præcipua cauſa Concilia congregandi ſit propter controverſias, quas de doctrina fidei contingit exoriri; tamen ut Sedes Apoſtolica de his definire quidquam differat, quousque ad Concilium deferantur, ſit poſtulatio nimis inſolens, quod res ipſa ſæpe id nec patitur, ut in præſenti cauſa, nec plerumque etiam poſcit. Et certe conſuetudo Eccleſiaſtica idipſum minime probat. Qua de re quia præjudicata ſententia eſt D. Auguſtini, in cauſa, quæ de argumento hoc ejus tempore tractabatur, libet ipſius verba hic ſubjungere, ait igitur: aut vero Congregatione Synodi opus erat, ut aperta pernicies damnaretur; quia nulla hæreſis aliquando, niſi Synodi Congregatione damnata ſit, cum potius rariſſimæ inveniantur, propter quas damnandas neceſſitas talis exſtiterit, multoque ſint atque incomparabiliter plures

plures, quæ ubi exſtiterunt, illic im- Sæc. XVII.
probari, damnarique meruerunt, atque A. C. 1605.
inde per ceteras terras devitandæ innoteſcere potuerunt. Verum iſtorum Superbia, quæ tantum ſe extollit adverſus Deum, ut non in illo velit, ſed potius in libero arbitrio gloriari, hanc etiam gloriam captare intelligitur, ut propter illos Orientis & Occidentis Synodus congregetur. Orbem quippe Catholicum, quoniam Domino eis reſiſtente, pervertere nequeunt, ſaltem commovere conantur, cum potius vigilantia & diligentia Paſtorali, poſt factum illis competens ſufficiensque judicium, ubicunque iſti lupi apparuerint, conterendi ſint, ſive ut ſanentur atque mutentur, ſive ut ab aliorum ſalute atque integritate vitentur. *Quibus addendum inſuper, cum præcipuæ quædam quæſtiones, de quibus in hac controverſia diſceptatur, pendeant ex interpretatione quorundam Capitulorum ſeu Canonum, quæ a Sede Apoſtolica olim definita renovantur, etiam in Decretis Concilii Tridentini, quod eadem Sancta Sedes difficultates & controverſias, ſi quæ ex eis decretis ortæ fuerint, ſibi declarandas & decidendas reſervavit.*

Cum igitur Controverſia hæc ad Sedem Apoſtolicam dudum evocata, & coram ea tamdiu tractata ſit, ab eadem etiam exſpe-

Sæc. XVII. A. C. 1605. *ctanda ejus definitio, & exoptanda, tam felici expeditione, tam plena & expressa veritatis declaratione, quam necesse est, ut & eadem controversia cum omnibus suis incommodis sedetur tempestive, & aliis suscitandis perfecte via præcludatur, ad quæ Ecclesiæ suæ præstanda beneficia, est quidem laudanda Dei providentia, qua ex his nonnum præfecit Pontificem summum, qui in tractanda ista controversia hactenus præfuerunt. Verum ne pro ea tractanda atque terminanda, existimetur is debere sexcentum nimium aggravare, juvabit spero, ut in memoriam revocetur, quomodo olim Pontifices summi in similibus causis etiam quæ de hoc ipso argumento tractabantur, sibi adhibuerunt idoneos collaboratores. Nam, quod notum est ex ipso D. Augustino, & notavit D. Prosper paucis his verbis,* Bonifacius Papa, cum esset Doctissimus, adversus libros tamen Pelagianorum Beati Augustini Episcopi responsa poscebat. *Et ipsius D. Prosperi industria atque opera contra Semipelagianos usi sunt, & adjuti non parum Cœlestinus atque Leo doctissimi, Sanctissimique Pontifices.*

Qui autem laborem nunc & operam præstituri sunt, in primis propositam sibi quam sequantur habere debent doctrinam, quæ de hoc argumento olim definita est a Pontificibus & Conciliis, defensa a D. Augustino

Sæc. XVII. A. C. 1605.

guſtino & ſecutis eum Doctoribus, nominatim S. Proſpero & B. Fulgentio, & inter Scholaſticos a D. Thoma præcipue explicata. Et de doctrina quidem S. Auguſtini, quin ea hic ſequenda ſit, non poteſt movere quæſtionem, niſi qui vult Sedis Apoſtolicæ de ea ſequenda judicium, & ſtatuta antiqua in dubium revocare, quibus inſiſtens merito Clemens Papa VIII. in prima Congregatione, quam pro controverſia hac in præſentia ſua tractanda, indixit, audientibus nobis omnibus, has voces Pontifice ſummo dignas graviſſime pronuntiavit: Cum a ſuis Prædeceſſoribus doctrinam D. Auguſtini, tanquam hæreditariam quamdam Apoſtolica Sedes dotem acceperit, firmiſſimo ſibi propoſitum eſt decreto, eandem ad Succeſſores quoque ſuos transmittere illibatam. *Et certe experientia hactenus notum eſt, quod & olim qui eam doctrinam auſi ſunt reprehendere vel convellere, in hoc ab Eccleſia Dei fuerunt ſemper repudiati, & noſtris his temporibus, qui eadem poſtpoſita, voluerunt aliam ſequi, tanquam magis opportunam ad Sectarios confutandos, in ejusmodi opiniones ſunt prolapſi (hoc ipſum juſto Dei judicio promeriti) quæ una cum erroribus Sectariorum ab Eccleſia ſunt reprobatæ, quod vero ad Proſperum & Fulgentium attinet, cum doctrinam Auguſtini ad amuſſim ſint ſecuti, eo ſunt in cauſa hac*

Sæc. XVII. A. C. 1605.

oportuniora ipsorum opuscula, quod Augustinianæ doctrinæ eam partem sint præcipue prosecuti, in qua refelluntur peculiariter Semipelagianorum errores, ad quos propius accedere reputantur opiniones, de iisbus in controversia hac tractatur. Inter Scholasticos autem præcipuo hic habendus loco D. Thomas, quippe qui B. Augustini Spiritum purius hausit, sic & doctrinam perfectius imbibit, & copiosius explicavit.

Secundo necesse est iidem tales sint, qui cum proposito doctrinam hanc sequendi, etiam verum ejus sensum & intelligentiam sint assecuti: quod idcirco magnopere considerandum, quia & annis jam elapsis processerunt, & modo reperiuntur Doctores aliqui & Scriptores, qui cum profitentur se doctrinam sequi D. Augustini, attamen sic eam intelligunt & exponunt, ut certum sit, quod non ex Augustino intelligentiam istam atque sensum hauserint, sed cum aliis alias imbuti opinionibus, ad D. Augustini lectionem accesserint, ex ea doctrinam illius eo modo sunt interpretati, quo commodius apparebat posse trahi ad easdem opiniones confirmandas, atque ita quia legendo D. Augustinum non observant insignem illam & necessariam conditionem, quam in lectore bono requirit D. Hilarius, ita scribens: Optimus lector est, qui dictorum intelligentiam exspectet ex dictis

Sæc. XVII. A C. 1605.

ctis potius, quam imponat, & retulerit magis, quam attulerit; neque cogat id videri dictis contineri, quod ante lectionem præsumpserit intelligendum: *propterea mirari minime debent, si postquam se dederunt ad scribendum, quamvis libros suos testimoniis D. Augustini impleant (id quod optimum est ad persuadendum simplicibus, quidquid volunt) nihilominus qui sunt intelligentiores, deprehendunt, ostendunt, & non immerito offenduntur ejusmodi libros sensu & sæpe spiritu Augustini esse destitutos.*

Tertio, qui jam dictam operam præstituri sunt, perspectos habere debent Pelagianorum & Semipelagianorum errores, quos (præter ea, quæ de iis habentur in Conciliis Africanis, & Arausicano & in Epistolis Pontificum) S. Augustinus & D. Prosper in variis locis certiore fide & notitia referunt. Et pro præsenti quidem controversia penitius expedit ponderare doctrinam Semipelagianorum, quæ recensetur a Prospero & Hilario in Epistolis suis ad D. Augustinum, & ab eodem Prospero in carmine de ingratis comparatur cum doctrina Pelagianorum; a Cassiano in Collatione de protectione Dei, & a Fausto Rhegiensi in duobus suis libris (de quibus supra) traditur & explicatur; & etiam in Capitulis Cœlestini Papæ, & in Canonibus Concilii Arausicani condemnatur,

Sæc. XVII. A. C. 1605.

oppoſita veritate in iisdem confirmata, atque cum doctrina hac ita ponderata conferenda ſunt opiniones, de quibus in præſenti controverſia diſceptatur, tam quoad ſenſum, tam etiam quoad verba. Quæ, quoniam utrobique apparent ſic diverſa, ut ibi conſueta Scripturis Sacris, & antiquis Patribus adhibeantur verba: hic ſubſtituantur termini in Scholis ad docendi commoditatem uſurpati, ad certius cognoſcendum, & declarandum, quomodo quæ ſcholaſticis terminis ſunt expreſſa, explicari poſſint atque debeant verbis, ut vocantur, poſitivis.

Quibus ſubſidiis præparatis, poteſt, invocata ante omnia Spiritus Sancti gratia, quæ hic fiet definitio, ad hunc modum fieri & ordinari: nempe ut ad imitationem fere Capitulorum Cæleſtini Papæ, & Canonum Leonis Magni in Concilio Arauſicano, propoſitiones quæ declarabuntur condemnatæ, ſigillatim diſponantur, appoſita, ſi videbitur, qualitate Cenſuræ, quam merentur, & ad ſingulas adjunctis breviſſime aliquot teſtimoniis, tum ex Scripturis Sacris, tum ex antiquis in hac cauſa definitionibus & doctrina, quibus ejusdem condemnationis & reddatur ratio, & oppoſita veritas probetur & confirmetur. Et ut in damnandis ejusmodi propoſitionibus ſuſpicio omnis & calumnia accedendi, ſive ad Lutheranismum, aut Calvinismum, ſive ad Pelagianismum aut Semipelagianismum, ſive ad quemcunque alium aut in ſenſu aut in verbis

bis de argumento hoc errorem, prorsus evitetur; expediet forte, ubi id occasio exiget, damnationem addere quarumdam propositionum, errores ejusmodi quomodocunque sapientium, quæ fucum aliquem facere possint suspicionibus istis atque calumniis. Nec videtur adhuc necessarium, ut in his omnibus ulla fiat mentio, immo expedit forte pro honore partium conservando, ut nulla fiat, vel Doctorum, quorum sunt damnandæ propositiones, vel librorum, ex quibus depromentur. Nam si posthac, per quamcunque ex iisdem partibus occasio detur ita faciendi, facile fuerit sine ulteriori strepitu ejusmodi libros in prohibitorum Catalogum referre.

Hæc, Beatissime Pater, quæ insligante te accepi, & pro perpetuo meo in te amore & observantia hactenus pertractavi, pro ea, quam nunc majorem debeo, reverentia & honore Sanctitatis tuæ, sub ejusdem correctione & censura humiliter offero: quem ad supremum hunc in terris gradum, tam inexspectata electione, tam insolita hactenus vocatione, pro omnium tamen votis, a summo Cæli Deo assumptum, quo altius considero, & certius inde spero, id a divina ejus providentia destinatum ad beneficia maxima & plurima per ministerium tuum Ecclesiæ suæ præstanda; & inter alia ad controversiam hanc, quæ tam magni est momenti, feliciter definiendam. Eo fidentius opto & devotus oro, in primis generatim pro Ecclesia Dei,

Sæc. XVII. A. C. 1605.

ut hæc tua assumptio sit Romæ in triumphum antiquis illustriorem, Italiæ in Gloriam, Hispanis gaudii incrementum, Gallis in securitatem, Britannis in spem certam, in robur Germanis, & finitimis nationibus, Christianis omnibus in consolationem, Catholicis in constantiam, Hæreticis in resipiscentiam, Schismaticis in reconciliationem, Paganis in notitiam veri Dei, Judæis in agnitionem Jesu Christi, Militiæ Christianæ in præsidium, & Christiani nominis hostibus in exterminium. Deinde pro hac speciatim causa: ut Princeps Pastorum Deus ac Dominus noster Jesus Christus, qui per tuos Prædecessores, Innocentium, Zozimum, Bonifacium, abegit lupos manifestos, per Cœlestinum, Sextum, Leonem, Gelasium, Hormisdam, Joannem, coercuit occultos, id per Pastorem bonum, Rectorem sanctum, Paulum Pontificem, sic pascat regatque oves, oviculas, & agnos suos, ut qui hic tentat seu timetur Spiritus, sive superbus Pelagianus aut Semipelagianus, non eos elidat, sive stolidus Lutheranus aut Calvinianus, iisdem non illudat.

Sanctitatis tuæ.

PETRUS LOMBARDUS
Archiepiscopus Armachanus.

§. CLVI.

Sæc. XVII. A. C. 1605.

§. CLVI.

Congregationes coram Paulo V. habitæ.

Erudita hac oratione permotus Pontifex controverſiam ex Cenſorum judicio definire ſtatuit, calcar quoque jam pronæ voluntati addidit F. Anſelmus Mazartus Cardinalis Monopolitanus Vir probatiſſimæ Virtutis ac intrepidæ libertatis, qui die tertia Auguſti Pontificem accedens æternum ei judicium interminatus eſt, niſi controverſiam, prout juramenti Religione ante ſuam electionem caviſſet, haud cunctanter Apoſtolica definitione dirimeret. Igitur Paulus V. nulla mora Lemoſium accerſiri jubet, dato eidem negotio, ut quæſtiones a Clemente VIII. diſputatas intra ſex dies in certas redigeret propoſitiones, quas rite diſcuſſas vel damnare vel definire opus eſſet. Paruit juſſis lubenti animo Lemoſius, ac præſtituta die damnandas triginta tres, definiendas vero propoſitiones numero viginti duas obtulit: Mox autem Jeſuitæ de hoc Pontificis propoſito certiores facti, & omne ſtudium impenderunt, ne ſummus Pontifex eosdem Cenſores, qui ſub Clemente VIII. Molinæ propoſitiones tanta ſeveritate perſtrinxe-

Hiſt. Congr. l. 4. c. 6. Livinus Majer Hiſt. Controv. l. 6. c. 1. p. 551.

Sæc. XVII. A. C. 1605.

ſtrinxerant, ad iteratum hoc examen assumeret; eam ob rem Pater Ferdinandus Baſtida nomine totius Societatis libellum ſupplicem Paulo V. obtulit, quo rationes, ob quas judicia Cenſorum hactenus lata aut ferenda eiden Pontifici merito in cauſſa Molinæ ſpecta eſſe deberent, propoſuit. Erat igitur hujus libelli tenor ſequens; *conſtet Sanctitati veſtræ de æquitate, qua Societas petit, ut cauſſa de Auxiliis non ab Cenſoribus, quibus hactenus commiſſa eſt, de inceps committatur, ſupplico Sanctitati veſtræ, ut dignetur jubere ſibi informationem exhiberi de ſequentibus capitibus.* I. *An verum ſit, primam eorum cenſuram de hoc libro latam eſſe, nullo pro Molina audito.* II. *An verum ſit, quod hi Cenſores in hoc libro ſeptuaginta & amplius capita invenerint cenſuranda.* III. *An ſpatio trium Menſium & quod amplius ea omnia fuerint concluſa & determinata.* IV. *An integram cenſuram ſolus unus dederit, qui nunquam aut præfuit Theologiæ Scholaſticæ Cathedræ, & an in Hiſpania inhabilis ſit ad negotia Inquiſitionis pertractanda, imo ſecundum jus communem neque teſtis quidem in cauſſa civili eſſe poſſit* (*). V. *An verum ſit, Molinæ attributa pro-*

(*) Hic ſuggillatur Franciſcus Pegna Sacræ Rotæ Romanæ Decanus, qui Societatis invidiam

propositiones erroneas, quas nunquam protulit. VI. *An qualificentur propositiones passim a Theologis receptæ.* VII. *An ut propositio qualificetur ut Pelagiana, quam ut veram, tres Universitates defendunt, & oppositam censent ut Calvinianam plures aliæ.* VIII. *An qualificentur propositiones, de quibus Dominicani in Molinæ accusatione nullam Sanctitati vestræ mentionem fecerunt.* IX. *An postquam Clemens VIII. incæpit audire Jesuitas, de alio actum non fuerit, quam an hæc censura bene facta sit, necne?* X. *An in modo hanc caussam tractandi cum Jesuitis tanta egerint infidelitate, ut coegerint Sanctitatem vestram tam sensibiliter demonstrare, quam id ægre ferret, ut fama fuerit, id mortis caussam fuisse Episcopo Cariatensi Præsidi.* XI. *An verum sit, nos sæpius recusasse hos censores, & coram Sanctitate sua protestatos fuisse, non haberi eos a nobis Judices sufficientes instructos a scientia & ab indifferentia in negotio tam gravi, sed existimari magis sollicitos, ut prima sua judicia tueantur, magisque partium studio addictos quam ipsos Dominicanos.* XII. *An Clemens Papa nobis sæpius asseveraverit, nunquam illos fore Judi-*

vidiam in se concitaverat, eoquod, cum esset Rotæ Romanæ Auditor, sese D. Ignatii Canonisationi opposuisset. Vid. supra Lib. CLXXXVI. §. CXXIV. pag. 524.

Sæc. XVII. A C. 1605.

Judices in hac cauſſa, aut ipſum ex illorum ſententia deciſurum. Horum capitum, quæ tamen defuncti Pontificis honorem petebant, veritatem *ſe* demonſtraturum obtulit *Baſtida:* Verum Paulus V. nullam hujus libelli rationem habuiſſe videtur, cum cunctos, qui ſub Clemente VIII. ſua judicia tulerunt, confirmarit, eosque ad ſextum hoc examen denuo aſſumpſerit, adjunctis duntaxat quatuor Cardinalibus, Petro Aldobrandino, Bellarmino, Laurentio Blanchetto, & Antonio Zapata: unde aut horum cenſorum integritas eſt vindicata, aut pariter Paulus V. de partium ſtudio accuſandus.

§. CLVII.

Prima & ſecunda Congregatio coram ſummo Pontifice habita.

Pegna in Diario Lemoſ. tom. 1. tract. 2. de error. Pel. cap. 3. P. Livin. l. 6. cap. 2. & ſeq.

Cum Pontifex explorato per quatuor ferme menſes Doctorum conſilio hucusque actitata unius Molinæ librum ſpectaſſe intelligeret, de ipſius quoque gratiæ efficacis natura & phyſicis prædeterminationibus feriam concertationem indicere ſtatuit, eamque non jam in Cardinalis cujusdam Palatio, ſed in Vaticana aula coram ſe haberi voluit, id Bernerio & Avila Cardinalibus impenſe flagitantibus: Diſplicuit autem

autem hoc Pontificis propositum Dominicanis, ægre ferentibus, quod ubi Molinæ causſa duntaxat hujus controversiæ origo & scopus fuerit, jam doctrina de gratia ex se efficaci nunquam hactenus controversa ad examen vocaretur, non sine magno temporis dispendio, quocirca Pater Lemosius quindecim articulos, quos a Clemente VIII. pro proxima Congregatione oblatos dicebat, summo Pontifici porrexit, eoquod in illis reliqua omnis, quæ inter utramque partem adhuc esset, controversia, necnon genuina Sancti Augustini doctrina contineretur. His Bellarminus quatuordecim alios articulos opposuit, itidem Divi Augustini testimoniis firmatos: horum quosdam Lemosius ultro fassus est, alios vero tanquam S. Augustino & Concilio Tridentino adversos, aut æquivoce expositos rejecit: enimvero ipse summus Pontifex pro primæ concertationis argumento decreverat, ut pars utraque aperiret, quid de quindecim iis articulis, quos nuper Clemens VIII. proximi certaminis argumento designaverat, sentiret: Ergo Bastida de iis differens ostendit, quod omnes hæ Dominicanorum propositiones (una tantum excepta) contineant quidem doctrinam Sancti Augustini, non tamen tota ejusdem Sancti Doctoris Doctrina

Sæc. XVII. A. C. 1605.

P. Livin. l. c. p. 558. c. 8.

Sæc. XVII. A. C. 1605.

Doctrina præcipue circa controversa caput in eis comprehendatur. Quorum vero Bastida quintum articulum, in quo Deus dominium in hominis voluntatem *sicut* in res naturales habere dicebatur, velut Calvinianum traduxerat, hinc Lemosius ostendit, hujus circa ferrum baculum &c. comparationis vim in eo esse, ut sicut in causas necessarias necessario & efficaciter, sic in liberas libere, & efficaciter influat. Tandem Bastida addidit, hisce articulis hæresin Pelagianam quidem confutari, sed non perinde Calvinianam: quam tamen brevi mox absterserit Lemosius, demonstrans, quod Thomistæ nunquam diffitendi potestatem, uti Calvinus, excludant: Ex adverso autem, quoniam, teste ipso Bastida, omnes doctiores Europæ Jesuitæ circa articulum quintum censuissent, quod *divina Majestas dominium suum in hominum voluntates non exerceat sicut in ceteras creaturas*, inde sequatur, quod Molinisticæ doctrinæ summa in eo consistat, ut supremum dominium in corda hominum Deo denegetur, & cum Semipelagianis illud libero vindicetur arbitrio. Ita nempe contumelia, quæ prius largiore mensura Lemosio fuit illata, rursus in auctorem fuit regesta: absoluta igitur hac disputatione in tertio consessu die vigesima

sima prima Septembris resolvit Congregatio, quod in quindecim articulis a Clemente VIII. propositis genuina S. Augustini doctrina contineatur, & quinta propositio a Jesuitis impugnata disertis verbis a D. Augustino asserta fuerit. Solus denuo obstrepebat Bovius Collegii Carmelitarum Regens, olim Societatis institutum professus. Sæc. XVII. A. C. 1605.

§. CLVIII.

Congregatio IV. V. VI. & VII. VIII. & IX. de gratia ex seipsa efficaci.

Pronuntiato hoc Congregationis judicio Paulus V. de gratia ex se efficaci, quam Thomistæ *physice prædeterminantem* vocant, die vigesima sexta Septembris agendum indixit, id petentibus Jesuitis, qui de illa nunquam fuisse disputatum querebantur, quamvis in novem Congregationibus hoc argumentum fuisset pertractatum: Gaudebant Jesuitæ, quod hac ratione Thomistæ tandem ex Autoribus rei fierent, & ipsi infestam Molinisticæ doctrinæ discussionem a se amovere possent: Cum vero Pontifex de gratia ex se efficaci, & de physicæ prædeterminationis nomine agi, serio intimasset, Jesuitæ, petitis induciis se minus paratos esse asserebant:

Acta Secret. ad diem 26. Sept. 1605. Hist. Congr. l. 4. c. 9. & seqq. Hist. Contr. l. 6. c. 6. Diar. Pegnæ & Collect. P. Lemos.

Sæc. XVII. A. C. 1605.

rebant: Dilatione igitur concessa primum die duodecima Octobris quarta celebrata est Congregatio, in qua disputatum: *An Deus sua efficaci gratia moveat hominis voluntatem ad actus singulos bonos, non solum interius suadendo, invitando, excitando, aut aliter moraliter attrahendo; sed etiam vere & actualiter proprie, salva tamen humana libertate? & an talis efficax gratia, conveniens ab aliquibus Scholasticis, physice praedeterminare dicatur?*

Hanc in rem prior Bastida verba fecit, plura præfatus, tandem ad disputationis scopum progressus, primo voces *auxilii efficacis, physicæ praedeterminationis, & motionis moralis* explanabat, postea exposito quæstionis statu adversus gratiam ex se efficacem has proponebat rationes: Lemosio ad objecta respondente, Bastida æquivocationem in eo latere ostendit, quod ipse gratiæ efficaciam ita a solo Deo dependere asserat, ut tamen efficaciter suum effectum non sortiatur, nisi dependenter a libero arbitrio: in hoc autem controversiæ cardinem nondum verti reponebat Lemosius subjungens, *non loquimur de consensu; certum est enim consensum esse ab utroque, a gratia & libero arbitrio: quærimus autem, ante consensum, & antequam liberum arbitrium influat in consensum,*

ſenſum, an gratia ſit efficax, ut a Deo ipſo, an a libero arbitrio. Reponente rurſus Baſtida, quod gratia quidem virtutem efficiendi a ſolo Deo habeat, ut vero ſortiatur ſuum effectum, non ſit a ſolo Deo, ſed etiam a libero arbitrio, Pontifex diſputationi finem impoſuit, & judices die decima quinta Octobris pronuntiarunt, quod *Deus gratia ſua efficaci non ſolum moveat voluntatem ad actus liberos bonos, interius ſuadendo, invitando, excitando, vel aliter moraliter attrahendo; ſed etiam vere & active, proprie, hoc eſt, vera, reali, & in hoc ſenſu phyſica motione, agat in voluntatem, ſalva ejus libertate, illam ita efficaciter præmovendo, ut ipſa ſub tali efficaci Dei præmotione certo & infallibiliter, libere tamen, ſeipſam determinet ad conſenſum: & in hoc ſenſu convenienter dicatur a Scholaſticis recentioribus, talem gratiam phyſice prædeterminare.* Sæc. XVII. A. C. 1605.

Huic cenſuræ ſolus denuo Bovius obluctabatur: Demum ſexta Congregatio ad vigeſimam ſextam ejusdem Menſis diem dilata eſt, in qua ſequens propoſitum eſt dubium: *An auxilium efficax præveniens conſiſtat in entitate quadam a ſolo Deo facta, & prius natura in voluntate poſita, a qua ita neceſſario ſequatur voluntatis conſenſus, ut impoſſibile ſit, iſtam entitatem in voluntate poni, & vo-*

Sæc. XVII. A. C. 1605. *luntatis consensum non sequi: implicare contradictionem, voluntatem hanc cum dato sensu voluntatis, & cum ejus carentia conjungi?*

Hanc in rem prolixe disputabatur: stida, quo tacente Lemosius paucis vobis proposuit, quod Deus sua efficax gratia præveniente ante scientiam mediam, hominis voluntatem prædeterminet, vere etiam active & proprie efficiendo, ut voluntas ad actus liberos bonos se infallibiliter determinet salva libertate, qua potest se non determinare, si velit: cum autem Lemosius sermonem inspergeret de sensu composito & diviso, ac Jesuitæ sensum compositum more Calvinistarum interpretarentur, acrius a Lemosio excipiebantur, postea productis nonnullis Sacræ Paginæ testimoniis Pontifex statuit, ut abrupta Sessione tam Dominicani quam Jesuitæ desuper mentem suam in proximis Sessionibus edicerent, auditurus postea, quid Consultores sentirent. Rursus ex auctoritate Conciliorum die nona Novembris in septima Congregatione de eadem gratia ex se efficaci agebatur. In octava Sessione die vigesima secunda Novembris gratia ex se efficax ad mentem Divi Augustini examinata est, die autem vigesima nona Novembris decretum, *perstiendum esse in* sententia

sententia, non obstantibus ex adverso productis ex Scripturis, quæ ad rem præsentem non spectant; & ex Concilio Tridentino, quod non adversatur veritati assertæ; aut testimoniis S. Augustini de correptione & gratia capite 12. quo potius firmatur conclusio explicata, quod Deus &c.

Sæc. XVII. A. C. 1605.

Hac igitur ratione rursus confirmabatur Censorum judicium olim in quinta Sessione pronuntiatum, obsistentibus Hieronymo Palanterio Episcopo Bitontino & Bovio Carmelita.

§. CLIX.

Quæstio de gratia ex se efficaci aliorum Patrum auctoritate in decima, & undecima Sessione agitata.

Die decima quarta Decembris postrema hujus anni habebatur disputatio, in qua gratia ex se efficax ad trutinam aliorum SS. Patrum revocatur. Hanc in rem Bastida pluribus eorumdem testimoniis comprobare satagebat, quod Sancti Patres omnem prædeterminationem uti humanæ libertati inimicam excludant, agere autem vel non agere, uti, vel non uti gratia, nostro arbitrio relinquant, necnon cum æquali gratia Petrum, non item Paulum converti ac denique necessitatem ex caussa

Sæc. XVII A. C. 1605. antecedenti ortam libertati obesse, & divinæ voluntatis modum in morali efficacia consistere asserant. Verum Lemosius omnibus his testimoniis nil aliud evinci ostendit, quam quod homo libere operetur, easque prævias determinationes, quæ fatalem necessitatem inferunt, Sancti Patres damnant intendant: demum ubi Bastida FF. Praedicatoribus objecerat, quod inspirationem internam in voluntate veram esse gratiam negarent, Lemosius id explicans inquit, quod ejusmodi gratia sit vera gratia, sed non talis, qualem S. Augustinus & Concilia contra Pelagium requirunt esse necessariam ad opera supernaturalia. His dictis soluta est disputatio, quam tamem primum sequenti anno die tertia Januarii sequebatur Censorum judicium hoc modo pronuntiatum: *Actum est de quinque conclusionibus, & de doctoribus productis a patribus Societatis, ad impugnandam sententiam de physica præmotione, & praedeterminatione, quæ fit per antecedentem gratiam, adjuvantem efficaciter, & corroborandam sententiam suam de gratia efficaci, quæ consistit in illustrationibus, & invitationibus. Et ex diligenti locorum inspectione resolvit Congregatio, persistendum in Conclusione facta, non obstantibus quibuscunque in contrarium productis.*

§. CLX.

Sæc. XVII.
A. C. 1605.

§. CLX.

Joannis Deckerii liber de annis Christi a Baronio Cardinale acri censura perstrictus.

Hoc item anno Græcii in Styria Joannes Deckerius natione Belga Jesuita prolixam admodum edidit disputationem sub titulo: *Velificatio seu disputatio de Anno ortus ac mortis Domini, deque Universa Christi in carne Oeconomia.* In ea hic Author præter alia plurima absurda Christum anno ætatis suæ trigesimo secundo baptizatum, ac trigesimo sexto Cruci affixum esse propugnabat: cum vero hæc lucubratio gravium ac doctiorum Societatis Theologorum approbationem præseferret, Auctorque novam hanc doctrinam suis discipulis palam tradidisset, necnon Laurentio Suslyæ juveni Studioso publice defendendam commisisset, non levis inde rumor oriebatur, quo etiam Romam delato Cæsar Baronius Cardinalis hanc novitatem acriori censura perstringere, eamque suis Annalibus inserere voluit, his verbis conceptam: *Hæc disputatio universalis Ecclesiæ de annis Christi & tempore passionis ipsius Chronographiæ adversatur: ea ipsa nostra confutatione non indiget, quod piorum aures nec audire sal-*

Baron. Apparat. ad annales n. 129. t. 1. Alegambe Bibl. Societ. Alphons. Vargas Relat. p. 6.

Sæc. XVII. A. C. 1605.

tem patienter admittant temere præsumptam novitatem, qua primum contra Lucam Evangelistam, asserentem Jesum Christum Dominum nostrum baptizatum, cum esset annorum triginta, affirmetur idem baptizatus anno ejus ætatis trigesimo secundo inchoato, Cruci vero affixus, cum annum jam ageret suæ ætatis trigesimum sextum. Par erat, dignumque, probatum, eruditumque Sacerdotem horum auctorem non circumferri omni vento doctrinæ, sed insistere in his omnibus Sanctorum Patrum vestigiis, & quam reperisset concursu omnium jam hactenus tritam viam, eandem redderet (ut cunque liceret) succisis sentibus cultiorem. Quod si, ut sua firmaret, quæque antea sentia uti mendosa redarguens, pro arbitrio emendavit: & textum inter legendum aberrans vitiatum sæpe correxit, ut quod conaretur astrueret: quanto licentius pro tuenda totius Christiani orbis sententia, & confirmanda jam vulgata, ab omnibusque recepta de Christi annis assertione id facere licuisset? quæ enim consuetudine universalis Ecclesiæ roborata sunt, haud convellenda esse, docet S. Augustinus ad Januarium.

§. CLXI.

Hugonottarum motus in Gallis.

Hist. du Progres du Calvinis. l. 8.

Sub idem tempus Hugonottæ in Francia pro augenda sua secta novos fo-

scita-

Sæc. XVII. A. C. 1605.

scitabant motus; postquam enim ex Henrici IV. Regis indulgentia Vapicense Conciliabulum, ante biennium Præside Daniele Sejamjero celebraverant, Regia concessione abutentes eodem tempore ad hunc annum *comitia*, ut vocabant, *generalia* Rupellæ celebranda indicebant: Hanc in rem igitur Henricum Regem supplices adeunt, subdole exponentes, quod ejusmodi comitia Rupellæ celebrare intenderent, eo duntaxat fine, ut ibidem novos eligerent Deputatos, qui aliis ante annos selectis subrogarentur, & tam profana quam Sacra Religionis suæ negotia in Regis aula procurarent: Enimvero Rex percepto hujus conventus loco clandestina eorum consilia subodorabatur, nihilominus, ne intempestiva repulsa horum animos exacerbaret, petitam eis facultatem impertitus est, præscriptis tamen hisce legibus. I. Ut hæc comitia non Rupellæ, sed ad Castrum Heraldi haberentur, eaque nomine illius conventus, quem nuper in Vapicensi Concilio hoc anno celebrandum indixissent, intelligerentur. II. Quidam primæ Nobilitatis Vir ex eorum secta nomine Regis interesset, quo duntaxat præsente omnia in hisce comitiis proponenda pertractarentur. III. Quælibet Provincia nonnisi duos ad hunc Conventum ablegaret.

Calmet hist. Eccl. l. 151. *Daniel hist. de France Tom* 10. *Vid. supra Lib.* 186. §. 61.

Sæc. XVII. A.C. 1605.

legaret. IV. Ibidem non alia de re quam de electione Deputatorum ageretur. Obsistebant equidem his conditionibus Hugonottæ, irrito tamen prorsus conatu; quippe Rex, ut suam facultatem hisce conditionibus restringeret, vehementissimis urgebatur rationibus; recens enim recordatio Henrici animo obversabatur de perniciosis consiliis Vapinci procusis, ubi non modo Sabaudiæ Ducis patrocinium pro Waldensibus, qui Pedemontanas valles incolebant, datis nomine Synodi suæ literis implorabant, sed etiam sub inani sectam suam cum Lutherana uniendi obtentu cum Palatino Electore, Bullionio Duce, aliisque arcanam negotiationem agitabant.

§. CLXII.

Rosnius Marescallus nomine Regis his comitiis præsens.

Intererat Regis nomine hisce comitiis Rosnius Franciæ Marescallus, qui Mense Julio ad Castrum-Heraldi delatus idoneis ad hoc negotium mandatis a Rege instruebatur, inter quæ hæc erant præcipua. I. Si forte Hugonottæ Regem in Protectorem seligere meditarentur, ipse acri reprehensione eis proponeret, quod Henricus ejusmodi propos-

propositum non sine maxima indignatione excepturus esset. II. De cetero tot beneficiis & privilegiis, quæ ipsis per Nannetense edictum jam indulta fuissent, contenti forent. III. Sex nominarent Deputatos, ex quibus Rex duos pro suo arbitrio selecturus esset. IV. Ipse Marescallus omnino impediret, ne in hoc conventu Bullionii Ducis vel alterius exteri Principis literæ proferrentur. V. Nullus denique privati Nobilis Deputatus in hisce comitiis Sessionis jure potiretur. Enimvero Rosnii authoritas, prudentia, Hugonottarum amor, probatusque ipsius infectam propensus animus ipsis sat cognitus hæc comitia ad successum utrinque optatum perduxit. Sæc. XVII. A. C. 1605.

§. CLXIII.

Conspiratio in Regem feliciter detecta.

Nondum hisce comitiis dabatur finis, cum jamjam Henricus de conjuratorum consiliis certior fieret; Bullionius enim Dux acerrimus Hugonottarum Protector studiose ipsos in conceptis contra Regem suspicionibus alebat, populosque in variis Aquitaniæ Provinciis præsertim in Petracoricis, Lemovici- *Calmet Hist. Univers. l. 151. Daniel l. c. t. 10. Serran. hist. Reg. Gall.*

Sæc. XVII. A. C. 1605.

bus, & Querciis ad seditionem concitare moliebatur: Sub idem quoque tempus Margaritha Regina ad Aulam reversa Regi manifestabat, quod facinoris initis cum Hispano Rege consiliis eidem Massiliam, Tulonium, Narbonnam, Bayonam, aliasque urbes tradere niterentur. His addidit, quod jam mille & amplius Nobiles fors Hispano auro corrupti in nefarii consilii societatem coivissent. Rex igitur, ut hanc rebellionem in suo ortu opprimeret, numeroso milite recens conducto stipatus, ipsemet Lemovices contendere statuit. Hoc Regis propositum conjuratos tanto terrore repleverat, ut ad ipsius famam non modo Nobilium plurimi sese Regis clementiæ committerent, sed ipse etiam Bellionius Dux, postquam omnia sua consilia a Blancarto ejus amico detecta fuisse compererat, pœnitentiam simularet, atque ex Sedanensi arce, quo Heidelberga redux confugerat, Regi literas submissione plenas perscriberet. Attamen Henricus dolosas Ducis pollicitationes flocci pendens suos Tribunos ad varias rebellium urbes emittebat, dato negotio, ut iis occupatis reos legum severitate plecterent. Hac agendi ratione Rex intra breve tempus has Provincias ad obsequium reduxit, solumque suum clementia simul a justitia firmavit.

mavit. Solus adhuc supererat Bullionius Dux, qui tamen a suis derelictus, ac Jacobi Angliæ Regis & Helvetiorum præsidium implorabat, incassum licet, eoquod hi Regis Henrici potentiam vererentur, ille autem conjurationis manifestæ Patronum agere constanter recusaret. Ergo per suos Amicos Regis clementiam exorare compulsus sibi de venia idonee caveri petit. Annuit Rex, ea tamen lege, ut sibi arcem Sedanensem prius traderet. Ad hanc Regis petitionem Dux attonitus hæret, oblatisque aliis conditionibus Henrici gratiam simulque pristinum arcis dominium redimere nititur, Rege autem surdas aures præbente Bullionius potius fortunam, ac quodvis periculum subiret, quam arcis custodiam cedere decrevit. Henricus ergo quod clementia haud poterat, armata vi extorquere ac quinquaginta belli tormentis urbem quatere statuit. Jamjam Doncheriam urbem secundo lapide Sedano dissitam cum exercitu suo processerat, cum Sedanenses Calviniste Regi obviam occurrunt, atque amplissimis verbis sua erga ipsum obsequia fidemque jactitant, nec inane erat fictæ licet hujus submissionis studium; quippe Henricus plenam vitæ, bonorumque incolumitatem eis perbenigne pactus ipsam etiam Bullionii

Sæc. XVII. A. C. 1605.

Sæc. XVII. A. C. 1605.

lionii pertinaciam tam feliciter fregit, ut hic Torcium profectus Sedanensem urbem & arcem Regi traderet, ea duntaxat lege, ut pristinæ restitutus dignitati in ejus gratiam reciperetur: annuit Rex, qui pactis utrinque firmatis unacum Regina urbem ingressus insolitis prorsus lætitiæ signis excipiebatur. Sane optima inimicum vincendi ratio est, ipsum beneficiis ac clementia vincere.

§. CLXIV.

Nova conspiratio Mærargæi Nobilis.

Serran. ad Henric. IV. Calmet & Daniel l. c. Hist. de Prov. lib. 1. Epist. 279. Ossat. Card. Thuan. lib. 134.

Vix seditiosi in Aquitania motus conquievere, cum Ludovicus Mærargæus inter Provinciæ Nobiles facile Princeps, cum pro Massiliensis portus custodia Rex ei duas instructas triremes commisisset, urbem hanc Philippo IIIo tradere machinaretur: Nefarium hoc consilium non modo cum Hispaniæ Ministris contulit, sed improvida prorsus levitate cuidam remigi, juveni ad quævis audenda proclivi detexit, hic vero libertatem suam proditionis pretio redimere intentus arcanum hoc Guisio Duci committebat, Henrico Regi manifestandum. Paulopost Mærargæus a Provinciæ Ordinibus ad Aulam deputatur, quo adventante Rex hujus Viri perfi-

perfidiam edoctus quantocius Varrenæ Nobili negotium dabat, ut Mærargæi familiaritatem sibi concilians ipsum sedulo observaret: nec inutilis erat hæc solertia; quippe Varenna die quinta Decembris Mærargæum cum Brunæo, qui Zunigæ Hispano Oratori a secretis erat, in quodam hospitio clam conferentem deprehendit, atque ad cubilis ostium admota aure ambos de proxima consilii sui executione conferentes percepit: cum igitur ambo rerum ignari ex cubiculo exirent, Varenna jubente, Fontius, qui pariter cum satellitum agmine advenerat, mox Mæraræ gum æque ac Brunæum comprehendit, huncque in forensem carcerem, illum vero in Bastillam abducit: Habita quæstione Mærargæus de proditione convictus ad capitis pœnam damnatur, quam tamen sententiam Rex in perpetuum carcerem commutare statuit, habita ratione Montpenserii Ducis, & Joyosæ Cardinalis, qui reo affinitate juncti erant: attamen hi actis Regi gratiis rogabant, ut eorum causa justitiæ cursus non interrumperetur, eoquod ipsi tantopere Agnati sui perfidiam detestarentur, ut ad eam eliminandam ipsimet carnificum vices agere vellent, si nulli alii invenirentur: Itaque Mærargæus in publico foro die decima nona Decem-

Sæc. XVII. A. C. 1605.

Grotius Hist. l. 14.

Sæc. XVII. A. C. 1605.

Decembris capite plectitur, quod Ma- filiam delatum ad Urbis portam affixum eſt. Brunæus vero, eoquod Hiſpaniæ Orator Miniſtrum ſuum jure gentium a Rege repoſceret, poſt acres utrinque contentiones libertati reddebatur.

§. CLXV.

Rex ingens vitæ periculum eluctatus.

Thuan. hiſt. l. 134. Calmet & Daniel l. c.

Eadem die, qua Mæraræus extremo afficiebatur ſupplicio, Henricus Rex ingens vitæ periculum ſubibat; cum enim Veſpere a Venatu in urbem redux per noctem iter haberet, quidam homo ignobilis nomine Joannes Iſolanus patria Sylvanectenſis per Satellitum regiorum agmen penetrans in Regem inſilit, vique attractum in dorſum equi ſupinum inflectit, qui tamen concurrentibus illico Regiis pediſſequis ab ulteriori violentia cohibitus, pugnisque contuſus ſtatim in carcerem detruditur, ubi cultro quidem armatus deprehendebatur, a Janino tamen Præfecto quæſtioni ſubjectus tam abſona ac minime inter ſe cohærentia dabat reponſa, ut judicum judicio tanquam homo furioſus ac delirans non alia, quam carceris, in quo etiam paulo poſt obiit, pœna mulctaretur.

Sæc. XVII.
A. C. 1605.

§. CLXVI.

Gallicani Cleri comitia.

Jam antea Menſe Majo Sacer Ordo Pariſiis apud Fratres Eremitas Sancti Auguſtini ſolemnem pro more Conventum celebrabat, in quo præter alia graviſſima Cleri negotia de reſtauranda Eccleſiæ diſciplina, ac recipiendo Tridentino Concilio agebatur: Intervenerant die quinta Decembris ipſe Rex & Cardinalis Joyoſa cum aliis pluribus ſpectatiſſimis Præſulibus, coram quibus Hieronymus Villarius Viennenſis Archiepiſcopus nomine totius Cleri luculentam habuit orationem, in qua inter alia hæc expoſuit: „Permoleſte mihi ac „univerſo Ordini accidit, ut cui pacem, „quietem ac ſecuritatem cuncti debent, „ejus animum curis publicis fatigatum „querimoniis noſtris quamquam juſtis „interpellare cogar: haud immerito e„nim conqueri oportet de ſenio, mar„core, & conculcata Eccleſiæ Gallica„næ dignitate, quæ in vere ſuo olim „præcipuus coronæ regiæ flos fuerat, „& ſupra cedros libani glorioſum ca„put efferebat, nunc ad ludibrium ex„poſita eſt, per vexationes, diſciplinæ „lapſum, nundinationes pudendas, in „Sacerdotiis fiducias, penſionum laica„rum

Thuan. l. c. Abregé de l'hiſt. Eccleſ. tom. 10.

Sæc. XVII. A. C. 1605.

„rum onera, pactiones illicitas & jur
„damnatas, frequentes ab abusu appe
„lationes, & denique per bellorum ni
„timorum vim ac violentiam, ade
„in ortu, quo florere debuerat, qui
„jam ad occasum perveniſſe videa
„& deplorando fine præcipitium mine
„tur. In cauſſa eſſe novimus dilatam Con
„cilii Tridentini toties efflagitatam pro
„mulgationem, cui deceſſorum Regum
„Oratores cum fidem obligaverint, luæ
„quoque Majeſtatis & fidem tacite ob
„ligatam intelligimus. Siccine regna
„terreſtria, quæ tanquam elementa ſunt,
„ab aſpectu & dulci inſpiratione Eccle
„ſiæ, quæ mundus noſter Cœleſtis eſt,
„contumaci prævaricatione ſe ſubdu
„cant? ficcine quæ tempori cedunt,
„rerum æternarum fructum impediant?
„an erit, ut humanæ rationes certent,
„& de cœleſtibus victoriam reportent?
„ut cælum terræ, Deus hominibus
„ancilletur; denique res Sacroſanctæ
„profanis ſerviant? ergo non ampliùs
„in tabernaculo, ac cœlo Patribus de
„nato adorabimus? Joſephus noſter fe
„cobum, a quo prognatus eſt, non
„agnoſcet? ergo formoſa illa Rachel,
„Gallicanam Eccleſiam referens, quæ
„falſos Deos ad abolendum pravum
„cultum Labano ſubripuerat, ante
„eos genuflectet, & corpore proſtrato
„in-

„indebitos honores deferet? ergo non Sæc. XVII.
„aſcendemus amplius in equis ad pul- A. C. 1605.
„ſum tubarum argentearum Eccleſiæ?
„Joſue noſter bellidux non amplius Je-
„richuntis muros quaſſabit? Samuel
„non amplius inter nos judicabit, adeo-
„ne temerarii erimus, ut ab eo appel-
„lemus; nec ſententiæ a noſtro Judice
„prolatæ acquieſcamus? totum orbem
„Chriſtianum in Concilium Tridenti-
„num conſenſiſſe compertum eſt, ſolos
„Francos illud rejicere, & privilegiis
„tanquam armis adverſus illum, qui
„ea nobis dedit, pugnare non ſine do-
„lore cernimus, cum tamen hoc Con-
„cilium ſit Oecumenicum, a Regibus,
„& populis expetitum, a Summis Pon-
„tificibus convocatum, a Spiritu ſancto
„gubernatum, tanta celebritate tanta-
„que induſtria, circumſpectione, con-
„currentibus Galliæ quoque Regibus
„geſtum: Sive jam ſpectetur finis, ſive
„Orthodoxæ fidei conſervatio, & cor-
„ruptæ morum diſciplinæ reparatio,
„eſt utiliſſimum, opportuniſſimum: ſi-
„ve etiam decreta reformationis atten-
„dantur, ſanctiſſimum, fructuque uber-
„rimum eſſe comperitur, ſub quacun-
„que ratione conſideretur, Regi vehe-
„menter ſuademus, ut Cleri ſui preces
„exaudiat, triſtis eſt conditio Galliæ,
„ab Eccleſiæ primogenito gubernatæ,

Sæc. XVII. A. C. 1605.

„velut ſchismaticam, & Sanctis ordi-
„nationibus reluctantem haberi; qui
„ad fidem pertinent Concilii canones,
„per ſe jam ſunt acceptati & ſuffici-
„ter promulgati, quæ vero ad diſcipli-
„nam & reformationem ſpectant decre-
„ta, a Provincialibus Franciæ Conciliis
„ſunt recepta, nihilque ſupereſt, nili
„ut regio quoque diplomate publicen-
„tur, & in uſum deducantur, ſi autem
„aliqua ſint, quæ cum legibus regni
„pugnare videantur, ea tam pauca oc-
„currunt, ut inter Prælatos, & regium
„conſilium vel Parlamentum una colla-
„tione ita poſſint componi, ut Majeſtati
„regiæ ex integro ſatisfiat.

§. CLXVII.

Regis reſponſum ad Cleri Gallicani petita.

Serran. hiſt. Reg. Franc. pag. 847. Thuan. l. c. Binner apparat. Sæc. XVII.

Percepta hac oratione Henricus Rex poſtulati æquitatem quidem agnovit, humanis tamen rationibus expugnatus hæc reſpondit: „Enimvero ad-
„modum vera ſunt, & talia ipſus agno-
„ſco, quæ nunc propoſita fuere: vexa-
„tiones, turbasque Eccleſiæ haud diſ-
„fiteor, ut autem afflicta Eccleſia in
„integrum reſtituatur, ejusque tran-
„quillitas inſtauretur, quantum in me
„eſt, operam me daturum polliceor: ſi
„quo-

Sæc. XVII. A. C. 1605.

„quoque ad ejus quietem Concilii Tridentini promulgatio sufficeret, eam „non sum impediturus; idem enim mihi „votum vobiscum est, verum a rationibus mundi sæpe oppugnantur intentiones cæli: nihilominus semper vitam & sanguinem pro commodo Ecclesiæ & Dei cultu profundere paratus sum: Quod vero ad Simonias, illicitas pactiones & fiduciarias Beneficiorum collationes attinet, a vobismetipsis huic malo medendi initium facite, ceterosque vestro exemplo ad officium revocate: ipsi enim testes estis, quod eos Episcopos inauguran„dos curaverim, non gratia aut potentiorum commendatione suffultos, prout „a meis Prædecessoribus factum est, qui „offensionis materiam præbeant, sed „qui doctrina, vitæ innocentia, morumque integritate, quæ viva est prædicatio, ceteros ad servandam disciplinam hortantur, cujus rei cum ipsemet Sacer Ordo vester mihi testimonium reddat, tanto imposterum magis studebo, ut Viri idonei Ecclesiæ „præficiantur: de cetero tamen mei „studii & sinceri erga vos affectus quoad „pacem Ecclesiasticam & protectionem eorum, qui Altari serviunt, certos vos „esse velim; quæ enim in me adeo copiose cumulastis præconia, non pro

Sæc. XVII. A. C. 1605.

„vana gloriatione accipio, sed tanquam „ad perseverandum incitamenta inter„pretor, ut quam benefaciendo laudem „hactenus promeritus sum, novis pa„ro benefactis superare non desinam. *De cetero diuturnitate conventus vestri, magno Deputatorum numero, & præsentibus, quas inter vos fieri percipio, ardor; recordamini potius, quadragesimam instare, & quid vestri sit muneris, vestramque præsentiam Ecclesiis vestris esse necessariam; vestra enim cunctatione miseros Parochos ad famem & desperationem redigitis; cum illis vero & cum optimis, qui sunt in vestro cœtu me jungam, ut modus diuturnitati temporis, quo hic hæretis, statuatur. Quod supereſt, istud vobis de me persuadetis, Dei cultum & vestram incolumitatem mihi semper curæ fore.* Postrema hæc verba a Continuatore Joannis Serrani seu de Serres conficta fuisse scribit P. Binner, qua autem ratione fingi quidem potest, sciri autem nequit.

§. CLXVIII.

Marpurgi tumultus ob Sectæ mutationem.

Thuan. l. 133. Cluverius ad hunc ann. Struv. corpus hist. Germ.

Dispar ut causa, ita exitus magis inglorius erat Marpurgensium Lutheranorum tumultus ob sectæ suæ mutationem exorti; Mauritius enim Princeps, post-

postquam Marpurgum urbem ex Ludovici V. Patrui sui testamento possederat, & Calviniſtis accesserat, hanc sectam ibidem invehere nitebatur, dato suis Ministellis mandato, ut Helveticæ Confessionis articulos populo proponerent. Hi potius docendi prædicandique munus intermittere, quam Principi suo obtemperare se paratos declarabant: nihilominus Princeps æquali lance Lutheri & Calvini Spiritum trutinans, Valentino Schonero severe præcepit, ut Calvinismum Tresæ & Casseliis a se suisque fratribus ad incudem revocatum, ac privato commodo magis inservientem in publica Concione populo insinuaret, sacrasque imagines e Templis ejici juberet. Hoc audito mox Joannes Winckelmanus, Balthasar Mentzerus, aliique Lutherani Prædicantes non veritatis amore, sed sectæ oppositæ odio in Religionis suæ fanatismo pertinaces furere cæperant, dein ab his velut a suo fonte venenum illico in populum effundi cernebatur; eorum enim exemplo velut classico sutores, laniones, sartores aliique opifices cum asciis, ligonibus, variisque instrumentis catervatim ad Templum advolant, & Schonerum Pastorem verberibus male mulctatum ac pene semianimem e suggestu deturbant. Hujus petulantiæ rumore sparso

Sæc. XVII. A. C. 1605.

Period. 10. *Londorp. tom.* 3. *Lib. XI. p.* 587.

Sæc. XVII. A. C. 1605. Mauritius, qui tum Gemundæ agebat, nulla mora accurrit, ac Schonerum plagis miſere fædatum ſua ipſus manu templum ſuggeſtumque reducit, hinc vero ad populum, morituris ferme a hiulcis verbis dicenti ſuppetias tuleret, ipſe Princeps acribus verbis tumultuantes increpans, hæc que proferens: „Nunc ſat liquido apparet, quod non„dum Imaginum cultus ex cordibus „veſtris evulſus ſit, cum earum cauſſa „vivas Dei imagines pretioſo dilectiſſi„mi Filii ſui ſanguine Redemptas vio„lare non dubitaſtis, proinde volo ac „jubeo, ut confeſtim imagines e Tem„plo ejiciantur, & ſuggeſtus, in quo „veſtri Theologi ſedebant, & ex quo „factus eſt in Schonerum impetus, de„ſtruatur.„ Inſuper Mauritius, cum Miniſtrorum fidem atque obſequium ſibi merito ſuſpectum haberet, aliquot militum cohortes in urbem induxit, & per civium ædes diſtribuit: Æſtuabat aliquamdiu in eorum animis iracundiæ, vindictæ ac ſeditionis intemperies, quæ tamen nonniſi in privatam, nec publicam criminationem & querimoniam erumpere audebat: Sedato ſenſim furore cives per delegatos ſuos ad genua Principis provoluti, culpamque confeſſi veniam ſupplices petierunt, tandem edocti, quod in ſectariis ſcholis trita

trita sit regula, quod talis esse debeat Religio, qualis est Regio & Regionis Princeps. Promeritam tamen pœnam ad Schoneri preces Mauritius remisit, paucis duntaxat, qui tumultus Authores præcipui exstitere, exilio mulctatis: ipse vero, quia in Synaxi juxta sui Calvinismi beneplacitum panem frangi jusserat, cœnam aliquoties adhibito panis fracti ritu sumpsit, ac postmodum discessit. Sæc. XVII. A. C. 1605.

§. CLXIX.

Brunsvicensis Tumultus.

Detecta, ut meminimus, Henningi Brabanti proditione, longe vehementior turbo pene Brunsvigam oppressit; inde enim Henricus Julius Brunvicensis Dux majorum jura prætexens hanc urbem astu intercipere statuit: ut cautius autem cives falleret, militem aliquamdiu vicinum tenebat, eo obtentu, quod Hispani Ligenam urbem citra Rhenum obsidentes ulterius progredi timerentur: Accessit insuper ad tegendum intercipiendæ urbis consilium opportunus admodum rumor, quo sparsum, quod Julius Filiam suam Christiano Anhaltino Principi desponsaturus, contractaque hac affinitate hic Princeps, qui ad Calviniſtarum Sectam *Thuan. & Cluverius l. c.*

Sæc. XVII. A. C. 1605. inclinabat, ad Auguſtanam confeſſionem rediturus eſſet, quod populus unice in Saxonia exoptabat, proin omnes ultra omnem ſuſpicionem militum ac rusticorum delectum eo ex fine fieri credebant, ut novi ſponſi tanto honoratior eſſet acceſſus. Hucusque cuncta colludebant ſecreto Julii conſilio, ad cujus executionem diem vigeſimam Septembris præſtituit, qua etiam die tres currus delectis militibus onuſtos unacum quindecim aliis armatis ruſticorum veſtes indutis præmiſit, proſpero adhuc ſucceſſu; hi enim trucidatis excubiis, valloque occupato mox belli tormenta ibidem reperta in urbem convertunt, atque ad terrorem diſplodunt, ſuos ſocios præſtolaturi; his vero moram trahentibus interim ad inopinum tumultum pueri, fæminæ, ſenesque Lutherani ad Divi Blaſii Templum, in ſubitis caſibus naturali Religionis inſtinctu, confugiunt, ſe loci reverentia Sanctique Patrocinio tutos fore ratis. Tribuni vero & Regionum Duces congregato civium ac præcipue Braxatorum agmine poſt unius diei certamen fugato hoſte patriam liberarunt. Ex Julii copiis præter ducentos captos occidere mille ducenti, ex civibus vero vix quinquaginta trucidati, totidemque ſaucii.

§. CLXX.

Sæc. XVII. A. C. 1605.

§. CLXX.

Brunsvicæ obsidio incassum tentata.

Inde Julius Dux pudore ac indignatione accensus Brunsvicam vi aperta obsidere statuit, ac die vigesima prima Octobris ducto circum vallo urbem cingit, civibus nequicquam resistentibus, sed per suos Delegatos vim suæ libertati illatam querentibus: Quarto post die Dux Onacrum flumen ea ex parte, qua aquas ex civitate defluentes ejicit, oppositio aggere obstruit, unde restagnantes undæ Templa, fora, ædesque pene obruebant, simulque pilæ ignivomæ nova nocendi arte continuo ejaculatæ tam inextinguibili incendio domos depascebant, ut aqua ignique urbs ad excidium destructa videretur: In tantis angustiis deprehensi cives decreta Legatione Cæsaris opem implorant, nec irrito consilio; Rudolphus enim severo edicto Julium omnesque hujus obsidionis conscios inde discedere jussit, addita etiam proscriptionis pœna: cum vero Protestantes, soluta Imperii disciplina, Cæsareis mandatis duntaxat parere assueti essent, dum id e re sua esse censent, hinc Julius pariter contempto Imperatoris edicto quingentos Equites ex Holsatia, quæ itidem Im-

Mercur. Gallo Belg. tom. 5. l. 4.

Sæc. XVII. A. C. 1605.

perio subest, suis aggregabat, se invitum ad arma nonnisi civium suorum protervia fuisse provocatum declarans: Insuper flocci habebat urbium Amicarum Legatos, qui enixe Julium orabant, ut si quid juris controversum obsessis haberet, non armis, sed jure experiretur: Ad hæc Dux quidem civibus pacis conditiones, adeo iniquas tamen proposuit, ut obsessi eas rejicere cogerentur, sequenti tamen anno pactis induciis, cum Cæsaris Legati cum Saxonicis suam interponerent auctoritatem, ac insuper ventus hostilem disrumperet aggerem, proin flumen undas refunderet, Julius capto ex necessitate consilio obsidionem solvit, litem ad arbitros, Cæsare jubente, remittere coactus.

§. CLXXI.

Conciliabulum Rotterodamense.

Abregé Chronol. de l'hist. Eccles. tom. 3. Limbroch. rela.. Hist. p. 48. & seq. Declar. press. Remonst. p. 34.

Hoc item anno die trigesima Augusti Calviniſtæ Rotterodami Conciliabulum celebrarunt, in quo omnibus Miniſtellis præceptum, ut rursus Catechismo & fidei Confessioni inter Reformatos receptæ subscriberent: Hinc decreto ex Arminienſibus obsistebant potissimi: eapropter Synodus oblato Fœderatis Ordinibus libello supplici pete-

petebat, ut Nationale Concilium celebrare liceret: annuere hi, atque ad annum Christi millesimum sexcentesimum octavum reipsa ejusmodi Synodus est indicta, tardius vero celebrata, eoquod Jacobus Arminius hujus sectæ Author toto studio extorquere niteretur, ut Confessio Belgica & Catechismus Palatinus recognoscerentur, atque novo examini subjicerentur; ipse enim & quamplurimi alii ex Calviniſtis palam edicebant, quod ejusmodi humanæ fidei sanctiones præter Scripturam Sacram nemini in Ecclesia obtrudi possent, præsertim cum in præfata Confessione & Catechismo varii reperirentur errores. Attamen contra-Remonstrantes, cum suam sectam fidei erroribus scatere, fateri erubescerent, Arminii desiderio sese acerrime opponebant, caussati, quod hæ sanctiones primum anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo octavo in Synodo Dordracensi a regionum istarum Ecclesiis receptæ fuissent, proin si nunc recognoscerentur, hoc ipso doctrina suæ Ecclesiæ redderetur suspecta, ac confusiones & rixæ exin orirentur, necnon progressu temporis noxiæ & pernicioſæ doctrinæ introduci possent, prurientibus & novaturientibus ingeniis occasione data ad proferenda semper dogmata nova. Ita sane Prote- Sæc. XVII. A. C. 1605.

Sæc. XVII. A. C. 1605. Protestantium secta tandem mere Politica evasit Religio, aut multiplex dissidentium factio.

§. CLXXII.

Decreta ac Constitutiones Synodales Diœcesis Curiensis.

Concilia Germ. Sæc. XVII. Uberiori fructu ac animorum consensione hoc anno die septima Junii Joannes V. Flugiorum ab Aspernot Curiæ Episcopus ante Synodum Diœcesanam, quam se brevi indicturum polliceabatur, varia decreta & Constitutiones Synodales seu potius pastorales Cleri sui instructiones pro emergentibus casibus condidit, quarum præcipuas in præsentiarum recensemus. Declarat autem, quod febri vel alia levi infirmitate laborantes non excusentur a peso Canonico, insuper prohibuit Clericis, ne Chirurgos, Medicos, Laniones aut venatores agerent, aut celebrantibus sub Altarium mappis herbas, carnes vel alia supponi permitterent. Præceptum quoque Parochis, ut ultra diem a sua Parochia non absint, quin interim idoneum subrogent. Jubentur etiam Decani, ut absque omni humano respectu omnes suos Clericos juxta Tridentinum Concilium & Catechismum Romanum præcipue circa Sacramen-

mentum Pœnitentiæ jejunii verni tempore examinent, & ſi quos minus idoneos repererint, eis confeſſiones excipiendi facultatem auferant. Salubriter quoque tollitur abuſus, quo bona ad Eccleſiæ fabricam deſtinata ad varios uſus & commeſſationes præſertim tempore rogationum & publicarum ſupplicationum conſumebantur, pariterque ſtatutum, ut fabricæ rationes a Syndicis *Eccleſiaſticis* coram Epiſcopi Vicario ſeu Decano aut loci Parocho etiam cum interventu Magiſtratus ſæcularis, ſi id neceſſitas poſtulaverit, annue ineantur. Denique enumerantur jejunii dies ac feſta ex præcepto feriandа, circa quæ ſub anathematis pœna Laicis poteſtas arrogata inhibetur concedendi licentiam opera ſervilia in diebus feſtis exercendi, quæ tamen facultas Parochis aſſeritur. Sæc. XVII. A. C. 1605.

§. CLXXIII.

Synodus Diœceſana Culmenſis.

Non minus celebrem Synodum ad vigeſimam primam Junii Laurentius Gembickius Culmæ Polonicæ ſeu ſuperioris Boruſſiæ Metropoli die decima quarta Maji indixerat, convocatis ad eam Clericis tam ex Culmenſi, quam Pomeſanienſi Diœceſi, quæ poſterior jam *Concil. Germ. D. Schanat tom. 8.*

Sæc. XVII. A. C. 1605.

jam dudum Culmensi unita fuerat. Pr
stituta igitur die Episcopus solemni ri
rem Sacram peragebat, habito pos
modum ad Clerum sermone, in quo
Viros eruditione ac probitate insigni
dilaudabat, acriter vero invehebatur
ceteros officii sui ignaros, otio torpen
tes, luxu diffluentes, suaque lucra
non animarum salutem procurantes.
His præmissis varia condebantur decre
ta, atque inter cetera sancitum, ut Sa
cerdotes, si quando in disputationem
cum hæreticis descendendum sit, id
caute & sobrie in locis idoneis, & non
in commessationibus faciant, atque a
jurgiis & contentionibus omnino abs
neant. Parochis quoque ceterisque in
hibitum, ne ad commessationes in
Patrociniis vel Ecclesiarum Dedicatio
nibus conveniant. Quoniam vero in
terdum quidam Religiosi ad oppida &
civitates, ad mercatus aliquasque so
lemnitates accurrere, stipem colligere,
victumque aliis Religiosis præripere
comperti essent, hinc præceptum, ut
Parochi ab eis testimonium Superio
rum exquirant, & si cum offensione po
puli se gesserint, eos vel carceribus coer
ceant, vel ex oppidis ejici curent.
Præterea Neo-Mystis indicta suspensio
nis pœna prohibitum, ne hunc in mo
dum stipem colligant, aut convivia in
stituant.

stituant: denique actum de continuanda fabrica Seminarii pro Clericis & Nosocomii pro Sacerdotibus senio confectis aut ad Ecclesiæ ministeria incapacibus. Sæc. XVII. A. C. 1605.

§. CLXXIV.

Synodus Archidiæcesana Pragensis.

Denique ad Ecclesiæ Bohemæ disciplinam utilissima juxta ac celeberrima habebatur Synodus Nationalis, qualis a tempore Ernesti I. Archiepiscopi Pragensis, qui ante Ziskanas turbas seu ante ducentos & complures annos hanc rexerat Ecclesiam, celebrata non fuit, Archiepiscopis aut bello aut præmatura morte præpeditis. Hanc vero hoc anno Sbigneus Archiepiscopus ad diem vigesimam octavam Septembris edixit, ac triduum protraxit. Scopus primarius, quo Sacri Concilii mens & conatus collimabat, erat Cleri reformatio, atque integritas Romanæ fidei procuranda: Jam anno priori Clemens Octavus Papa die decima quarta Octobris Sbigneum datis literis hortabatur, ut postpositis ceteris curis Synodum proxime indiceret, eoquod *hæresum pestis tam longe lateque progressa esset, atque Ecclesiasticorum corrupti & depravati mores adeo ibi excrevissent, ut nulla* *Schanat. ibid.*

Sæc. XVII. A. C. 1605. *nulla fere Ecclesiasticæ disciplinæ vestigia supereſſe viderentur.* Igitur Archipræsul habita oratione ſuam moram negotiis quamplurimis fere quotidie emergentibus excuſans, ſe ad maturandam hanc Synodum a Paulo V. Papa admonitum ac Rudolphi II. Cæſaris patrocinio adjutum enuntiabat: Poſtmodum plurima triginta quinque titulis comprehenſa condidit decreta, ex quibus præcipua delibamus. Inhibitum itaque, ne Chriſtiani ad convivia, nuptias, vel dies feſtos & Synagogas Judæorum accedant, aut cum eis ludant, choreas ducant ſeu in eorum famulatu ſint, nec pecuniam apud Judæos deponant. Monet etiam Synodus Concionatores, ne in arguendis vitiis quempiam expreſſis aut tacitis verbis commonſtrantes infectentur, ne odio potius, quam animarum ſalute ad id adduci videantur. Præterea præter alia feſta omnibus Eccleſiis communia Synodus etiam connumerat duos dies ad Paſcha & Pentecoſten proxime ſubſequentes omiſſis SS. Innocentium, Joſephi, Nicolai, Martini, & Catharinæ feſtivitatibus: in verni autem jejunii diebus non modo a carnibus, ſed & lacticiniis & in cœna a cibis coctis abſtinendum declarat, uſum quoque aquæ benedictæ ſummopere commendat, Parentibus injungens, ut

ut mane & vesperi proles suas ea aspergant. Fenestras quoque omnes, per quas Missa a deforis stantibus audiri posset, obstrui præcipit, Parochisque injungit, ut si prolem ex illegitimo thoro natam Baptizaverint, non Patris sed Matris tantum nomen libro Baptismali inserant, sique Sacram Synaxin ad infirmum deferunt, eidem Crucem adorandam porrigant, priusquam Sacram Communionem præbeant. Insuper inter casus Episcopo reservatos annumerat Synodus, si aliqui post sponsalia ante legitimum matrimonium sese carnaliter cognoverint, aut cum Moniali solo etiam tactu peccaverint, vel in quadragesima publice & cum scandalo carnes comederint. Clericis etiam suis inhibet, ne cum hæreticis & præsertim cum hæreticorum Prædicantibus frequentem consuetudinem habeant, neve cum eis cibum capiant; *hujusmodi enim familiaritas Laicis præsertim rudioribus scandalo esse posset, caveant quoque*, addit Synodus, *a mutuo commercio cum iis, qui Wittembergæ, Lipsiæ, seu aliis ejusmodi locis sunt non legitime ordinati; ii enim, cum hæretici sint, hæresum venena evomere, Calvinismum introducere non desinunt.* Plura alia, eaque saluberrima decreta fuere condita, quæ tamen passim alibi statuta leguntur. Sæc. XVII. A. C. 1605.

Sæc. XVII.
A. C. 1605.

§. CLXXV.

Joannis Zamoscii Poloniæ Cancellarii, aliorumque Illustrium Virorum fata.

Thuan. lib. 134. *Adam Bursius in vita Zamosc. Salikov. comm. rer. Polon. Sleid. contin. l.* 11. *Aub. Mir. Bibl. Script. Sæc. XVII.*

Præter superioris anni Cometam tribus, quæ hoc anno visebantur, Eclypsibus plurium illustriorum Virorum mortem fuisse præmonstratam nonnullorum erat opinio; præterquam enim, quod universus Orbis duorum summorum Pontificum funeribus teter ac luctuosus esset, insuper etiam Polonia fortissimo juxta ac prudentissimo Heroe orbata fuit, Joanne Sario Zamoscio Supremo Regni Cancellario: Hic, postquam Lutetiæ Parisiorum, necnon in celebrioribus Italiæ Academiis omni scientiarum genere ingenium suum excoluerat, anno vigesimo secundo ætatis suæ duos libros de *Senatu Romano Patavii* teste Scaligero vulgabat, quos tamen nonnulli Carolo Sigonio adscribunt. Inde in patriam reversus, ac Pro-Cancellarii dignitate auctus, in Franciam Orator decernebatur, ut Henricum Andegavensem Caroli IX. Gallorum Regis fratrem nomine Polonorum Optimatum Regem neo-electum salutaret. Postea Regni Polonici consiliorum arbiter intimus Andreæ Bathorio Polo-

Polonos concilians, hunc Daciæ Prin- Sæc. XVII.
cipem, eoquod Grisilden Bathoriani A. C. 1605.
sanguinis fæminam haberet in matrimonio, contra Cæsarem & Austriacos potenti studio, ac summa constantia tutabatur, bis profligato Maximiliano Archiduce, atque ad extremum capto: Demum a Stephano Bathorio supremus exercitus sui Dux renuntiatus non una clade Bastam & Michalem Woywodam profligabat, eademque fortitudine Sigismundum Catholicum Sueciæ Principem contra Carolum Sudermaniæ Ducem Lutheri secta infectum propugnans, in Livonicis quoque bellis contra Moscos sese Virum non minus in expediendis Regni negotiis, quam in militari scientia versatissimum exhibebat. Hac inter curas nunquam tamen literarum studia intermittens, anno Christi millesimo quingentesimo nonagesimo quarto Zamoscii celebrem erigebat Academiam, ea tamen lege, ut ex Jesuitis nullus unquam ibidem Professoris munere fungi posset. Tandem vero, ut liberius studiis indulgere valeret, aula relicta inter libros consenuit, viribus tamen sensim decrescentibus in sua Bibliotheca, cum profunda meditatione defixus crederetur, in Sella sedens die quarta Junii ex subita apoplexia decessisse deprehendebatur, anno

Sæc. XVII. A. C. 1605.

ætatis ſuæ ſexageſimo tertio, quo juxta Aſtrologorum commenta, in mortali vita fieri ſolent mutationes plerumque ad deteriorem ſtatum mortemque vergentes, quamvis Zamoſcius aſtris dominans omnes ſibi dies climatericos esse exiſtimaſſet; ſemper enim æternitatis annos in mente habens ſibi ſepulcrum vivens parari juſſerat, cum hac funebri inſcriptione: *Joannes Zamoſcius quicquid mortalitatis habuit, huc recondere juſſit.* Referunt Scriptorum nonnulli, quod in Zamoſci urbe a ſe recens conſtructa cujuscunque ſectæ uſum indulſerit; id vero ad tanti Viri invidiam fuiſſe ſparſum ex teſtamento a ſe condito elucet, quo inter alia pia monita, quæ Thomæ Filio ſuo dederat, hæc ſubjunxit: *Te cariſſime fili, non modo hortor, verum etiam obteſtor, ut Deum & pietatem ante omnia colas, eamque non modo potiſſimum ſed ſolum quaſi bonum, aut bonorum omnium unicum fundamentum judices: in primis Religionem Catholicam conſtantiſſime tuearis, hæreſes novaque dogmata quæcunque, quocunque etiam nomine obtrudantur, fugias: ac, ſi forte Regni ampliſſimi civem te læteris, iis majoribus, qui meritis ſuis aliquam tibi nominis famam reliquerint, tanto magis, præſtantiore parente Eccleſia Catholica, lætandum tibi ſtatuas; quæ non modo tot Regum ac Principum, ſed*

quos

quod longe præclarius, omnium Sanctorum communis Mater est; in cujus gremio mori felicius est, quam ab initio nasci; cum non nasci satius sit, quam in hac non mori. Sæc. XVII. A. C 1605.

Haud absimili fortitudinis laude, minus tamen prospera sorte extremum diem clauserat Hermanus Christophorus Roswurmius, qui de Cæsare & Austriaca Domo optime meritus, a Joanne Belliosa Comite, ut creditum est, apud Cæsarem accusabatur, quod Turcarum auro corruptus Budensis obsidionis faustos conatus occulta perfidiæ machinatione corrupisset, eapropter Hermanus indignationem inde conceptam in Franciscum Comitis fratrem evomens exeunte Mense Julio eundem decem vulneribus confossum glande plumbea Pragæ trajecit, ubi etiam lata in eum sententia die vigesima nona Novembris capite plexus obiit.

Pariter die quarta Augusti Molini in Boiis mortalitatem exuit Carolus Lotharingius Ellebovii Dux præmatura canitie senectutem præseferens: Hic præclara fortitudinis suæ specimina edens præcipuis dignitatibus ab Henrico III. Galliarum Rege augebatur, tandem vero cum Guisio Duce conspirasse creditus, anno supra millesimum quingentesimo octogesimo octavo custodiæ dabatur, inde autem triennio post

Sæc. XVII. A.C. 1605. liberatus plurima obsequia Henrico IV. integerrima fide præstitit.

§. CLXXVI.

Res Hungariæ.

Mercur. Gallo Belg. tom. 5. Thuan. lib. 133. Pannon. Bell. p. 1. p. 321.

Interim in Hungaria bellum haud prospero prorsus Marte continuatum est, optimis Belliducum consiliis partim Turcarum potentia, partim Heiducconum rebellium immanitate delusis; hi enim ineunte Mense Februario Somolcokinum occuparunt, relictis ubique crudelitatis suæ vestigiis. Sequenti Mense totam late Regionem ferro flammaque devastantes Ruswurmiana invadunt castra, mox tamen a Hohenlochio Comite repulsi: nec tamen inde terrui, sed Tartarorum & Turcarum agmine suffulti novumzolium aggrediuntur, quod oppidum civibus deditionem negantibus continenti incendio delent, eosque, qui flammarum furorem effugerant, gladiis jugulant, demum continuata sæviendi libidine Varsoniam arcem astu intercipiunt, brevi tamen a Jaurinensibus inde ejecti: Eorum vero Princeps Botskaius, ut grandiora moliri videretur, die nona Maji cum quindecim suorum millibus Neosolium movet, Barbaris trajecto Danubio in ejus opem absdubio accursuris, nisi Georgius Balba inopi-

inopino impetu eorum castra invadens ingentem cladem intulisset; sub idem tempus Budensis Bassa, qui currus pecuniis onustos Botsakaio advexerat, a Comorrensibus præsidiariis vita & auro spoliatus est: E contrario seditiosi Vicigradiam, Novigradiam, & Gokeram oppositum Strigonio oppidum diripiunt, Vacciamque turpi Christianorum fuga desertam occupant, æque ac Sacmariam arcem, quam præsidiarii inedia pressi dediderunt. Sæc. XVII. A. C. 1605.

§. CLXXVII.

Strigonium per Hungarorum perfidiam a Turcis occupatum.

Hisce secundantis fortunæ auspiciis Turcæ animosiores facti Strigonii obsidionem, quam anno priori incassum tentaverant, Mense Septembri redintegrare constituunt; jamjam huic molimini præludebant tumultuantes Pannonii, qui Mense Junio eadem ex urbe erumpebant, ac molendina Turcis denuo eripere simulantes unacum ipsis Budam auffugere. Tandem supremus Vesirius cum præcipuis Purpuratis Strigonium versus validissimum deducit exercitum, positisque castris, erectisque aggeribus urbem cingit, nihilominus subsidium a Cæsareis in tempore *Nova Pannon Paul. Han ad hunc ann. Memor. hist. de Ottam. di Giov. Sagredo.*

Sæc. XVII. A. C. 1605.

submissum, elusis Turcarum conatibus feliciter in urbem excipitur. Die vigesima tertia ejusdem Mensis Turcæ e monte, cui a Sancto Thoma nomen, nostros dejiciunt, cæsis omnino octingentis, quos inter etiam Oettingæ Comes recensebatur, cui Tampierus Comes subrogatus est. Altera die cuniculis res acta, directisque triginta circiter tormentis, Flumentana arx verberatur: remota tamen adhuc fuisset victoriæ spes, nisi sub idem tempus Turcæ de misero urbis statu per transfugam fuissent moniti: inde enim concepta expugnationis proximæ fiducia animos redintegrant, noctisque opportunitate usi vallum occupant, prælii riis adhuc profundo somno sopitis: porea in cetera valla impetu facto propius urbem infestant, alternante tamen fortuna, nunc inde repulsi, mox aucta viribus audacia victores effecti. Postquam vero Hungari, qui e Vicigradiensi præsidio Strigonium pervenerant, turpi pariter defectione ad Turcas secesserant, dumque ceteri oppidum ab Hali-Bassa omni ex parte cingi viderant, desperare de rebus suis cæpere, moxque milites, & mulieres unacum suis prolibus Tampierum adierunt, additis etiam minis deditionem fieri postulantes. Negat id initio Comes, eosque ut juramenti sui memo-

memores constanter secum urbem defenderent, hortatur, cum vero rem ad communem seditionem spectare, ac milites jamjam arma projicere cerneret, tandem urbem dedere compulsus est; unde die tertia Octobris mille ferme numero egressi sunt, qui tradita arce, quam Christiani ultra decem annos possederant, ab ipso Hali-Bassa Comorram deducebantur, septuaginta ferme tormentis in urbe relictis præter ducentos Germanos milites, qui commotæ seditionis rei aut Christianorum supplicia veriti, aut Turcarum præmia sperantes unacum suis Tribunis Barbarorum stipendia merere cæperant: Propudioso igitur hoc fato celebris hæc urbs per septuaginta octo annos Turcarum jugo subdita permanserat, usque dum anno Christi millesimo sexcentesimo octogesimo tertio die vigesima septima Octobris eam Leopoldus Cæsar victricibus armis recuperaverat. Sæc. XVII. A. C. 1605.

§. CLXXVIII.

Inter Cæsarem & Botskaium, Turcasque pax agitata.

Paulopost Hali Bassa Budæ non sine veneni suspicione periit, cui Sendar Bassa suffectus propensum in sanciendam pacem animum præseferebat: *Thuan. l. c.*

Sæc. XVII. A.C. 1605. idem quoque ſtudium ſimulabat Bocskaius, qui Homonaium Pannoniorum tumultuantium Ducem Peſtam allegabat, plena poteſtate facta de pacis negotio agendi. Hic igitur cum Icarum Purpuratis Carpam venit, quo Sigismundus Forgatſius eam ob cauſam a Cæſare decretus erat: Priusquam vero hoc de negotio ageretur, Regis Perſarum Legati ad Cæſarem venere, ſupplices, ut bellum contra Turcas omnibus viribus urgeret, *nulloque* pacto ad pacem cum illis ineundam propenderet. Placuit ſummopere hoc conſilium Cæſari, qui etiam exeunte Menſe Novembri Legatis aula dimiſſis literas hujus ferme tenoris ad Perſarum Regem deferendas tradebat: „Nihil„quidem ſuperioribus annis omiſſum, „quo Turca a finibus Pannoniæ propel„leretur: aſt ſeditione quorumdam fe„lices armorum conatus retardati fue„re: nihilominus ſperandum, brevi res „ita componi poſſe, ut totum Imperii „robur absque impedimento in Turcas „vertatur: ſollicitatur æque Hiſpaniæ „Rex, ut claſſe infeſta per mediterra„neum Mare vires hoſtium diſtrahat; „Pontifex quoque milite & pecunia cauſ„ſam communem juvabit:„ Alteris poſtea literis Cæſar Perſarum Regi gratias rependit, eoquod is Chriſtianos in ſuo

Sæc. XVII. A. C. 1605.

suo Regno tanta benignitate complexus esset, permissa ipsis Religionis suæ libertate: Porro tertius Persarum Legatus, qui ad Franciæ Regem missus fuerat, in Poloniam reversus, insigni prorsus mendacio, Regem suum ad fidem Catholicam transiisse spargebat, inde majorem se legationi suæ gratiam conciliaturum ratus: Ea res mox in vulgus disseminata, ac tam artificiose conficta fuit, ut totam hujus commenti seriem Author Mercurii Gallo-Belgici suis commentariis inserere non dubitarit, in mendacii subsidium vocato quodam Anglo Jesuita veluti hujus falsæ conversionis Promotore: forte errandi ansam præbuit conversio Regis Serræ Leænæ, qui in India orientali hoc anno unacum quatuor liberis suis veræ fidei accessit: utut res se habeat, id certum est, quod Legati commentum apud Saniores Regis Persæ fidem adeo suspectam reddiderit, ut de sincera pace actum videretur, præcipue postquam agitato pacis consilio Botskaius ad Canisæ fines in mille Italos irruens, trucidatis eorum trecentis pecuniam a summo Pontifice submissam abstulerat, eodemque tempore Tartari in prædas effusi Botskainis imixti Cæsareos in castris securos opprimere attentaverant, inde tamen non sine magna clade repulsi.

Mercur. Gallo Belg. l. 3. tom. 5. p. 361.

Sæc. XVII. A.C. 1605. pulsi. Nihilominus Fogatsius & Stephanus Illishascius primarius Hungariæ Regulus Viennam ad Matthiam Archiducem, quem Hungari sibi in regem deposcebant, profecti de pacis conditionibus agere cæperant, tota interim Transylvania & Moldaviæ ac Walachiæ Proceribus in Botskaii verba jurantibus.

§. CLXXIX.

Moravia, Stiria, Austria & vicinæ Regiones a seditiosis militibus devastatæ.

Thuan. l. c. Sleidan. contin. l. 11. Mercur. Gallo Bel. t. 5. p. 336. Jam die vigesima quinta Martii tumultuantes Pannonii datis ad Bohemæ, Silesiæ & Moraviæ Proceres literis sua a Cæsare ad Turcas defectionem, non sæviendi libidinem sectæ suæ depressæ obtentu tegere, atque excusare nitebantur, contestatione facta, quod coacti ad arma pro juribus Regni & tuenda conscientiarum libertate devenerint, nullatenus autem contra Christianos Principes (sed verius pro Lutheri & Calvini Sectatoribus) sed adversus Pontificis tyrannidem, ejusdemque mancipii Regis Rudolphi, qui ejus jussu ipsos exterminandos suscepisset, bellum gerere compulsi fuissent: His literis satis luculenter declarabant, quod unice sectæ

sectæ suæ fanatismo abrepti, fidem legitimo suo Principi juratam violarint, nullum alium in Regem suum agnoscere parati, nisi qui Papam Tyrannum, & Antichristum nominare auderet. Abjecto igitur omni humanitatis sensu rebelles conjunctis Turcarum copiis ad lacum Balatonium, & alibi quamplurimos pagos flamma ferroque misere devastarunt, funestissimis ubique crudelitatis hactenus non auditæ relictis vestigiis: nec hæc erat prima cædes, quam eis sectæ suæ furor instillabat; quippe in Stiriam irruentes illam viciniam longe lateque continuato sæviendi ardore emetiebantur, cunctosque etiam Proceres, quos Ecclesiæ Romanæ ac Cæsari adhuc addictos noverant, in Botskai fidem, vel sectæ suæ societatem armata vi compellebant: inde in Austriam progressi in incolas pari sævitia debacchati sunt, ac nonnunquam uno eodemque tempore quindecim vel sexdecim pagos incenderunt, plurimasque urbes deprædati non cædibus, non ætati, non formæ, sexuiqae pepercerunt, sed uno miscentes interitu obvios quosque aut misere trucidarunt, aut acerbis affectos verberibus in servitutem abstraxere. Sic afflictis turbatisque rebus ab ipsis malis aliquod malorum levamen quærere, vel pacem caro licet

Sæc. XVII. A. C. 1605.

Sæc. XVII. A. C. 1605.

licet pretio emere, vel bellum novis fœderibus initis redintegrare opportebat, id suadente ipsa publici communisque periculi necessitate, quæ ipsis etiam brutas animantes societate quadam adstringere solet.

§. CLXXX.

Turcæ a Persis profligati.

Sagredo Mem. hist. ad hunc ann. Calmet hist. univers. lib. 153.

Hæc dum in Hungaria gerebantur, Persæ in Ottomanici Imperii fines victricia sua circumferebant arma; hi enim Cicalam Turcarum Belliducem, quem Achmetes novus Imperator denuntiato bello cum valido exercitu in Persidem decreverat, tanto impetu feriebantur, ut Turcæ ruptis ordinibus pedem præcipiti fuga referre cogerentur, hosti relictis omnibus belli tormentis, cunctisque sarcinis. Hac clade territus Cicala Sultanum impense rogabat, ut Alepum vel Damascum progressus sua ipsius præsentia militum animos erigeret: cum autem Achmetes ad hasce preces surdas præberet aures, paulopost die vigesima quinta Novembris Cicala rursus prope Taurisium in Persarum copias numero longe inferiores incidit, brevique res ad prælii necessitatem devenit: atrox utrinque ac in integrum diem protracta pugna, æquato

quato diu utriusque partis damno ac decore, tandem vero versa est pugnæ fortuna, dum sole jamjam ad occasum declivi tempestive duodecim Persarum Equitum millia in opem venerant. Tunc enim Persæ subditis calcaribus tam ferociter in hostem proruunt, ut Turcæ, cum ordines suos redintegrare haud possent, tumultuaria fuga sese ex acie abripere, atque Diarbechiam usque, quæ civitas est decem dierum itinere Taurisio dissita, retrocedere cogerentur, amissis omnibus tormentis, totoque belli apparatu. Cecidere Turcarum triginta millia, atque inter eos Damascenus Bassa, & novem Supremi Provinciarum Præfecti cum triginta fiduciarii Equitatus Ducibus. Hac clade Ottomani tantopere fuerant attriti, ut totam longe lateque Regionem Persarum arbitrio cedere fuissent coacti, si victores, humanæ felicitatis vitio, quæ semper ex prosperis luxuriat, fugitivos insequi non destitissent, in opimam, quæ relicta est, prædam licentiosius effusi. Sæc. XVII. A. C. 1605.

§. CLXXXI.

Fœderati prope Antverpiam a Catholicis profligati.

Post-

Sæc. XVII. A. C. 1605.

Postquam Philippus III. Hispaniarum Rex priori anno pacem cum Anglis firmaverat, Fœderatos e Belgio ejiciendi spem haud exiguam concepit, præcipue cum Jacobus I. Rex quarto ejusdem fœderis articulo cavisset, quo Hispaniæ Regis hostibus aut rebellibus nullo pacto opem laturus esset, & aliunde etiam pecuniarum subsidia Hollandis deinceps submittere recusasset. Ex adverso nuntiatum erat Philippo Regi, quod Fœderati Ostendæ jacturam compensaturi Antverpiam inopina irruptione subigere moliantur, eoquod in hac urbe aliquot Hugonottas, aliosque suarum partium studiosos haud sibi deesse nossent. Non latuit ea machinatio Marchionem Spinolam, qui die nona Aprilis Bruxellas adventans, mature periculo occurrere statuit, ac propterea copias suas, ad Scaldim fluvium distribuit, ut quacunque demum ex parte hostis exscensionem facere tentaret, viribus omnibus occurrere posset. Haud minus in omnem sui muneris partem intentus ac vigilans erat Mauritius, qui cum valido agmine Berga ad Zomam die decima sexta Maji digressus Antverpiam versus castra movit, atque Ernestum Nassovium Comitem impositis supra naves quingentas, octo peditum millibus per Scaldim eo provehi jussit, vix

Gallut. de bello Belgic. l. 17.
Rapin Hist. d'Angl. i. 18.
Memoir. secret. part. 5.
Grotius hist. l. 14.

vix tamen hic ad Crucis, ut vocant propugnaculum pervenerat, cum illico disploſis inde tormentis ulterius progredi prohiberetur. Eodem vero tempore cum exercitu, Mauritius terreſtri itinere Eccheram Pagum, paſſibus mille ſejunctum Antverpia advenit, ſuorumque octingentos exſcendere juſſit, qui tamen nil tale opinantes ab Ignatio Borgia Hiſpanorum Tribuno, qui in inſidiis latebat, tam ſtrenue excipiebantur, ut hoſtium multi cæſi, alii aquis demerſi, plerique capti fuerint: nec proſpero magis Marte pugnabat Mauritius, dum militem in terram e navibus eduxit; quippe præter ſeptem naves aut quaſſatas aut aquis ſubmerſas plusquam ſuorum quingentos tormentis trucidatos numerabat: ne tamen nil egiſſe videretur, ſolam arcem Voudam, utpote milite, bellique tormentis deſtitutam nullo negotio in deditionem coegit, minus tamen benigna fortuna uſus in oppugnanda Saſſia Arce. Sæc. XVII. A. C. 1605.

§. CLXXXII.

Pugna navalis inter Hiſpanos & Hollandos.

Hucusque Hiſpanis oppido grave acciderat, quod ſuas copias longe ac difficili itinere ex Italia in Belgium *Mercur. Gallobelg. l. 5. p. 325.*

Sæc. XVII. A. C. 1605.

Contin. Ferreras hist. Hispan. Tom. 11. Thuan. lib. 135. Grotius l. c.

deducere cogerentur, exiguo rei militaris successu, gravibusque impensis. Huic oneri Spinola levamen repente credebat, dum ex ipsa Hispania Fredriæ portubus copias Oceano inferre decreverat. Mille igitur ducenti milites sub Petro Sarmiento Tribuno octo navibus Ulyssipone imponuntur, earum cura Petro Cubiaro Archithalasso demandata: Jamiam Hispanæ classis rumor ad Fœderatos pervenerat, quinulla mora Guilielmum Hautænium Selandici Maris Præfectum cum triginta duabus circiter præsidiariis navibus emittunt, hoc inter cetera mandato, ut Hispanis in freto Morinorum occurreret, captosque sine venia mari mergeret: Hic ergo die duodecima Junii prope Doberniam in duas Hispanorum naves incidens, ac velis remisque incumbens eousque Hispanos insequebatur, donec una navis multis perforata ictibus in Angliæ litus ejiceretur, altera in scopulos allisa eandem subiret sortem, vectoribus, uti jussum erat, aut in mare præcipitatis, aut occisis: Altera duæ alia duo Hispanorum navigia fuere capta, una incensa, eodem militum, nautarumque fato, qua tamen crudelitate Protestantes Batavi, plusquam par erat, suo in Catholicos odio indulgebant: Haud multo post alia sex Hispanorum

norum navigia cum duabus minoris molis navibus in Batavorum conſpectum venere, ex quibus tres naves tormentorum vi depreſſæ, ceteræ vero ægre portum Doverenſem attigere, quas Batavi tam pertinaci furore inſequebantur, ut ipſimet Angli ex arce diſplosis tormentis vim ab iis, qui jam in alieni Regni finibus ac tutela erant, prohibere compellerentur: Periere in hoc diſcrimine ex Hiſpanis plusquam ſexcenti, captis Didaco Pimentello, & Franciſco Medemblico Tribunis: ceteri vero, qui tabe ac vulneribus nondum conſumpti perierant, Menſe Decembri Anglicis navibus Dunkerkam & Gravelingam deducebantur. Sæc. XVII. A. C. 1605.

§. CLXXXIII.

Spinolæ expeditio ad Rhenum adverſus Mauritium.

Infauſto hoc ſucceſſu minime territus Spinola Marchio exercitum ſuum ad Rhenum deducere ſtatuit, præmiſſoque Bucquoio Comite ad fluminis ripam caſtra metatus eſt: Adſtitit luſtrandis copiis Pontificis Legatus, ſolemniter precatus victricia ipſis arma. Comperto autem hoc armorum apparatu mox ipſe quoque Mauritius eo cum ſuis accurrit, unde crebræ utrinque *Gallut. de bello Belgic. lib.* 17. *Merc. Gallo-Belg. l. c. Thuan. lib.* 133. *Grotius l. c.*

Sæc. XVII. A. C. 1605.

que velitationes alternante fortuna commissæ: die autem vigesima secunda julii Spinola transmisso Risno amne Rurordam cum suis copiis petiit, præeunte Theodoro Trivultio, qui Batavos recensionem parantes invadens, partim cæcidit, partim cepit, plerosque fugavit: Dein Spinola habito belli Senatu Lingam, cum præcipuum illarum partium munimentum esset, invadendi consilium ceteris Belliducibus aperit, conctaque ad iter parari jubet: insuper promulgato per exercitum edicto pœnam capitis intentabat in eos, qui vel furto aut rapina incolas affligerent, aut a suis stationibus digrederentur: magno tum experimento compertum, quod audaces licet vitia brevi corrigi valeant, duræ constantia, ac Ducis authoritas accedat; quippe jam diu corruptam seditionibus, & militari licentia disciplinam uno die restituit Marchio, qui ad incutiendum terrorem rerum capitalium Præfectum cum suis Satellitibus & carnificem cum laqueo castra obequitare jussit: Inde accidit, ut Marchionis exercitus per variorum Principum ditiones progressus, ob servatam rigide disciplinam militarem maximis benevolentiæ signis ubique exciperetur. incolis veteres injurias olim a Mendoza acceptas ob præsentem securitatem facile obli-

vioni

vioni tradentibus. Die igitur nona Augusti Marchio Dorstenum, inde in agrum Tuentanum, ne viso quidem hoste contendit, ibique mox Oldensilum oppidum impressione facta occupat, altera obsidionis die civibus vitæ bonorumque incolumitatem pacisscentibus. Inde promotis ad Lingam castris arcem oppidumque invadit, actisque cuniculis intra paucos dies præsidiarios periculi metu territos ad deditionem cogit. E Catholicis nonnisi qua cæsi qua saucii recensebantur ducenti, præter equites aliquot Hispanos, quos jam antea Thomas Fillerus ex insidiis circumventos fuderat. Tantulo impendio tam utilis oppidi expugnatio stetit. Sub idem tempus Comes Theserembergius hostilem equitum turmam Oldensaliæ prosternebat, cæsis captisque quamplurimis, quos inter duo erant Calvinianæ sectæ Præcones. Sæc. XVII. A. C. 1605.

§. CLXXXIV.

Continuatæ Spinolæ Marchionis victoriæ.

His prospero Marte in Frisia tentatis, Albertus Archidux, ne in aliis Belgii Provinciis ab armorum progressu cessaretur, Ludovico Monestrio negotium dabat, ut Bergam ad Zomam in- *Gallut. l. c. Thuan. lib. 133. Grotius l. c.*

Sæc. XVII. A. C. 1605.

opina vi adoriretur: Hic igitur noctis marisque refluentis beneficio munimenta duo occupat, majus alterum, quo portus, minus, quo porta tegebatur prima, cui *Flumineæ* nomen, quam motu crepitaculo disjecit, hærente alteram conatu, eoquod machina jam jam madefacta ignem non conciperet: eapropter Ludovicus instante maris æstu, ac civibus undique confluentibus reditum festinare cogebatur, cæsis suorum triginta, pluribusque saucius. Nec tamen eum terruit siniſter exitus, quo minus interjecto Mensis spatio Moneſtrius Alberti jussu idem tentaret, ast pari succeſſu, majorique damno retrocedere cogitur: Nihilo feliciorem eventum nanciscebatur Sylvæ-Ducis Gubernator Grobbendonchius, qui Gueviam noctu pontibus scalisque aggressus contendens, suo consilio incolis patefacto, cum suis re infecta discedere compulsus est. Interim Spinola pluribus in locis munimenta exstruxit, ut ad majora molimina sibi viam sterneret: præprimis vero ejus jussu Bucquoius Comes Rurordam contendit, ubi inter eum & Ernestum Nassovium Marte Catholicis propitio velitatum. Postmodum ipsemet Spinola, cum jamjam Rhenum ponte junxisset, Vachtendoncham obsidere statuit, Equitatu interim

rim cum octingentis peditibus ad Mulheimium Pagum subsistere jussis, quo Henricus Mauritii Frater die nona Octobris adventans, Catholicorum custodias inopina irruptione profligabat, ast mox rumore ad ceteros perlato cum Trivultius confestim accurreret, Henrico tanto restitit impetu, ut hic ter flumen trajicere nisus, ter a Trivultianis virtute insigni repulsus, Spiram redire cogeretur. Interim Mauritius ipsemet cum valido agmine Mulheimium pervenit, qui dum in subjectam planitiem, quam Trivultius tenuerat, descendere conatur, rursus acriter certatum: quippe Fabritius Santomangus & Nicolaus Auria a Velasco præmissi tam acriter in hostem irruerunt, ut fœderatorum copias aditu prohiberent, simulque Catholico Equitatui securitatem, non tamen sine sanguinis pretio redimerent; quippe præter cæsos quamplurimos Auria libertatem, Sontomangus vero vitam amisit: tandem vero atrox illud certamen, quod quatuor jamjam horas exarserat, Spinolæ astu diremptum est: Hic enim Tympanistas aliquot in equis præire jussit, quorum fragore audito Mauritius totum Catholicorum exercitum prope subsecuturum suspicatus, paulatim revocare gradum, & receptui canere jussit; quo comper-

Sæc. XVII. A. C. 1605.

Sæc. XVII. A. C. 1605.

to Catholici fugitivos strenue insecuti quadringentos quinquaginta partim trucidarunt, partim saucios reliquere, captis quamplurimis: Ex Catholicis vero centum quinquaginta circiter cæsi sunt, quos inter Trivultius periculi contemptu longius, incautiusque abreptus tormenti ictu glorioſe occubuit. Demum Spinola continuato victoriæ cursu Vachtendonchæ obsidionem urgere constituit, illius cura Bucquoio Comiti demandata, qui etiam die vigesima septima Novembris arcem, oppidumque pactis conditionibus recuperavit: postea Cracovum munitum Nuenariensis Comitatus oppidum quasi in itinere oppugnans deditione cepit: pari quoque fato Mildeburgum castellum in Archiducis potestatem rediit: Ex adverso Mauritius Geldriam urbem intercipere conatus, non sine magna suorum clade Rurordam se recipere coactus est. Ita ingentes Mauritii minæ non in vanum modo, sed in damnum cecidere, anno haud alio Fœderatis Protestantibus magis infausto, Catholicis magis propitio.

§. CLXXXV.

Clementis VIII. & Pauli V. Constitutiones.

Cum

Sæc. XVII. A. C. 1605.

Cum Clemens VIII. ſummus Pontifex, ut ſupra meminimus, morte nimis tempeſtiva ereptus fuerit, hinc nonniſi unicam hoc anno Conſtitutionem reliquit, qua die decima Februarii urbis Vicario quascunque cauſſas Noſocomium Sancti Spiritus vel ejus perſonas aut bona concernentes cognoſcendi auctoritatem vindicabat: Pariter Leone XI. poſt vigeſimum ſeptimum Pontificatus ſui diem obeunte, illius Succeſſor plura, quæ Leo ſalubriter animo volverat, feliciter conſummabat, editis deſuper pluribus decretis, ac primo quidem indictis pro more Anni Sacri gratiis, literarum Apoſtolicarum, ut vocant, Abbreviatoribus privilegia tanto labori congrua, necnon alia iis, qui in utroque Conclavi morabantur, indulta benigne conceſſit, ita tamen, ut eos, qui Leonis XI. comitiis intererant, nec in decem millium ſcutorum dono nec beneficiorum collationibus forte ob minus brevisque incommodum comprehendi voluerit. In eadem Bulla recenſentur horum omnium nomina, numerusque, qui fere ad ducentos aſcendit, quos inter promiſcua ſerie partim Laici, partim Clerici & Religioſi, nominantur, unacum Patre Petro a Matre Dei Ordinis Carmelitarum Diſcalceatorum Papæ Confeſſario, & Concionatore

Bullar. magn. Clem. VIII. & Paul. V.

Sæc. XVII. A. C. 1605. natore Apoſtolico, cujus Ordinis Fratribus Pontifex inſuper edito decreto die vigeſima Auguſti conceſſit, ut a nullo Epiſcopo, Parocho aut alio quovis ad ſolvendam, ut vocant, quartam funeralem compelli valeant. Die vigeſima tertia ejusdem Menſis ad preces Philippi III. Hiſpaniarum Regis Conimbricæ Seminarium militare erexit, in quo ex SS. Jacobi & Benedicti Ordinibus militaribus aliquot Religioſi ſub clauſura & obedientia SS. Theologiæ & Canonum ſtudiis operam darent, factoque concurſu beneficiis præfatorum Ordinum providerentnr, ita tamen, ut ad dicti Seminarii fabricam & Collegialium ſuſtentationem aliqua portio ex Ordinis Commendis ad Regis arbitrium detrahatur. Inſuper cum Fratres S. Franciſci de Paula quererentur, quod ob triennii anguſtias ab eorum Generali viſitationes debite haberi nequirent, ac aliunde ex triennali acceſſu ad generalia comitia Conventus magnis ſumptibus onerarentur, hinc Pontifex die prima Octobris ejusmodi Capitulum ad ſexennium extendit. Sexta poſt die Paulus V. ad preces Abbatis Generalis Canonicorum Regularium Sancti Auguſtini ſtatuit, ut S. Ubaldi Epiſcopi Eugubini feſtum in Calendario Romano ad diem ſextum decimum Maji adſcriberetur,

beretur, ac de eodem Sancto ubique ab utroque Clero commemoratio fieret: Pariter die decima sexta Novembris approbavit Pontifex Collegium, quod olim Matthæius Cardinalis sub patrocinio Divi Hieronymi dotaverat pro pia egenorum Scholarium institutione in Sacri Codicis & Canonum studio: Deinveritus Pontifex, ne noviſſimum Clementis VIII. decretum de stabiliendo certo Religiosorum numero in quolibet Conventu negligeretur, omnibus Superioribus die quarta Decembris præcepit, ut omnes Conventuum proventus recognoscant, & juxta eos numerum Religiosorum præfigant. Demum die duodecima ejusdem Mensis Fratribus Ordinis Carmelitarum Discalceatorum indulsit, ut ubique Conventus de sola licentia Ordinariorum, nullo aliarum personarum cujusvis Ordinis etiam regularium requisito consensu fundare & erigere valeant. Sæc. XVII. A. C. 1605.

§. CLXXXVI.

Aliæ Sanctiones ejusdem Pontificis jussu editæ.

Pari sollicitudine idem Pontifex ea, quæ tam Sacros ritus quam debitam Sacramentorum administrationem concernunt, in Congregationibus ad id insti- *Decisiones S. Congreg. Rituum & Episcop. ac Regul.*

Sæc. XVII. A.C. 1605.

institutis decidi ac declarari procurabat: Hanc in rem Sacra Congregatio Rituum die decima sexta Januarii statuit, quod Episcopus, si Horis Canonicis interesse voluerit, certam adventus sui horam designare teneatur, qua evoluta Officium inchoari poterit, post cujus initium sufficiat, si quatuor aut quinque Canonici obviam adventanti eant: nec illum, dum ad cameram Episcopalem accedit, associare teneantur, nisi ex urbanitate: declaratum quoque die vigesima quinta ejusdem Mensis, quod Canonicus, qui sacrum solemne die Dominico peragit, eodem die Vesperas cantare teneatur: pariter die undecima Junii sancitum, quod Episcopus Regularis debeat Officium recitare juxta Ritum suæ Diœcesis, non sui Ordinis: Capellanus quoque Episcopi, qui cum illo Officium recitat, se illi accommodare teneatur: de cetero autem preces ad impetrandam pluviam indictæ non recitentur intra Missarum solemnia, ne ea interrumpantur: Statutum insuper die tertia Septembris, quod Archipresbyter non se ingerat in Regimen chori, cum id ad solum Cantorem spectet: Sacra etiam Rituum Congregatio die vigesima quarta ejusdem Mensis declarabat, quod commemoratio omnium Defunctorum non sit celebranda

da in die Dominico, sed feria secunda: consuetudo autem, ut Campanæ ad Salutationem Angelicam non pulsentur ante Ecclesiam Matricem, omnino servetur: ubi observandum, quod hic pulsus meridianus jam circa annum Domini millesimum quadringentesimum quinquagesimum sextum a Calixto III. Papa natione Hispano institutus fuerit: Dein eodem die Sacra Rituum Congregatio decidit, quod Festum SS. Sacramenti post octavam eo fine transferri nequeat, ut solemnis supplicatio eo decentius celebretur: Præterea Sacra Congregatio Concilii statuit, quod anticipata celebratio pro incerto eleemosynam oblaturo omnino sit prohibita. Ejusdem quoque Mensis die vigesima quinta sancitum, quod Monialium Confessario vel Monasterio certum quid pro victu assignetur, præter id vero aliquid ei tribuere Monialibus sit prohibitum: confessionalia autem ex Sacristiis, aliisque locis occultis removeantur in exterioribus Monialium Ecclesiis collocanda, uti die vigesima nona Novembris Sacra Congregatio Episcoporum decrevit.

Sæc. XVII. A. C. 1605.

§. CLXXXVII.

Initia Donawerdani tumultus a Lutheranis suscitati.

Hoc

Sæc. XVII. A. C. 1605.

Relat. Donaw. Germ. Annal. Boic. Adelz. part. 3. l. 2. Palatius in vita Rudolphi II.

Hoc potissimum anno Protestantes luculento declarabant testimonio, quod omnia eorum fœdera, molimina & comitia eo duntaxat collimarint, ut conculcatis tam divinis quam humanis legibus Religionem Catholicam eliminarent, suamque natam hodie sectam, ambitione, superbia, carnisque libidine enutritam, seditionibus, dolis, rapinis, violentiis, ac denique Turcarum more ferro, flammisque propagarent, ac tuerentur: Inde orti *sunt* seditiosi tumultus Donawerthæ suscitati, quorum relationem altius repetere necesse est. Erat hæc urbs in Sueviæ finibus sita olim Boici juris, quo tamen proscripto Ludovico Bavaro, a Sigismundo Cæsare circa annum Domini millesimum quadringentesimum trigesimum quartum solvebatur: Ea tamen in Religione avita semper constans permansérat, donec Anno Christi millesimo quingentesimo quadragesimo sexto fervente Smalcaldico fœdere proin ante Pacem Religionis & transactionem Passavienſem confœderati Principes hanc urbem iniquis armis occupaverant, invitisque Magistratus ac civium potissimis Confessionem Augustanam invexerant; ne vero hujus sectæ pedissequa deesset inhumana in Monachos sævitia, mox furibundi Sanctæ Crucis Monasterium

rium Ordinis Sancti Benedicti invadunt, occupant, diripiunt, ritus Catholicos prohibent, Monachos civesque ad audiendas suorum Prædicantium Conciones vi compellunt. Haud integrum trimestre hæc conscientiarum carnificina tenuit; postquam enim Carolus V. die nona Octobris eodem anno Mühlbergæ Smalcaldicos superaverat, Donawertham novis istis usurpatoribus ereptam, Wolfgango Meusel seu Musculo Pseudo-Pastore ejecto, Romanæ Religioni restituit, revocato Sylvestro Mannfero Parocho Catholico. Dein Cæsar abrogata regiminis norma, amotisque Senatoribus hujus Novitatis sociis cives Senatumque solemni jurisjurandi religione ad retinendas avitæ fidei sanctiones adstrinxit: ubi vero Protestantes armorum potentia creverant, mox anno supra millesimum quingentesimo quinquagesimo secundo Lutheranos Præcones ac Senatores a Carolo Cæsare abrogatos restituebant, cuncta ad suum arbitrium disponentes: quocirca Imperator restituta pace rursus Catholicam Religionem die trigesima Augusti restituit, ipso etiam Magistratu juratam fidem interponente, quod Cæsareæ Majestatis suæ mandatis exacte parere, nihil deinceps innovare, ac Romanam Religionem constanter tueri vellent;

Sæc. XVII. A. C. 1605.

Sæc. XVII. A. C. 1605.

vellent; nec his contenti, ut promiſſ amplitudinem operis executione tue rentur, die ſeptima Octobris vernacu las cantillenas, ſeu ut eorum verba ſonabant, *gannitus* Ludimagiſtris inſe bebant, die autem quarta Decembr Miniſtellum Cæſareo mandato reſragan tem dimittebant, tantiſper ſubrogato Cathedralis Auguſtanæ Concionatore Catholico, cui poſtea die vigeſima ter tia Decembris Dunzendorffenſem Pa rochum & Magiſtrum Michaelem Di linganum ſubſtitui rogabant.

§. CLXXXVIII.

Nova Lutheranorum attentata contra Catholicos hujus urbis.

Cum Magiſtratus quosdam cives Lutheri veneno infectos improba profuſus indulgentia in urbe toleraſſet, atque importunis eorum precibus cedens, in æde Sancti Joannis extra mœnia urbis, Præconem & cœtus habendi potestatem feciſſet, mox unice ex hac corrupta parte gangræna in corpus ſenſim diffundi, ac paucorum audacia in plurium petulantiam excreſcere cæpit: hi enim anno ſequenti inſuper in ipſo Parochiali Templo locum & horam a Catholicis Sacris vacuam ſibi concedi, a Senatu poſtulant, paſſique repulſam, paucis

paucis post mensibus conspiratione con- Sæc. XVII.
flata Magistratum inopino impetu ob- A. C. 1605.
ruunt, ac per Sylvestrum Raith olim urbis Syndicum vim minasque intentant, perculsumque Magistratum compellunt, ut quod nuper eis juste denegaverat, coactus concederet: nec hic stetit Lutheranorum pervicacia; vix enim in ædem Sacram irrepserant, cum Catholicos studiose querelis, litibus, jurgiisque molestare inciperent, Sacrorum horas pro suo arbitrio mutarent, ac denique a Paræcia exclusos ad S. Crucis Templum, & Divi Viti Sacellum amandarent. Nondum his injuriis satures, violatis Pacis Religiosæ edictis, ac sus deque habita proprii promissi fide anno Salutis nostræ millesimo quingentesimo sexagesimo septimo prohibent, ne plures quam duo Monachi funera comitentur, ne Christi Crucifixi imago, aqua lustralis, faces, thuribulum aut alii ritus adhibeantur, ne S. Sacramento ad ægros deportato honor exhibeatur, neve ullus Catholicis in urbe sit sepulturæ locus, sed duntaxat extra oppidi mænia. Pari audacia decimo post anno jamjam aucto suorum numero, atque instigantibus Ministellis legem sanciunt, ut nullus civis coram Catholico Parocho matrimonium contraheret, aut prolem Baptizandam ei

Sæc. XVII. A. C. 1605.

offerret: id si fecerit, jure civitatis privandus: additum quoque, neminem ex Catholicis in Senatum deinceps esse assumendum. Hoc Prædicantium proclama eorum Caussidicis Frölschlino, Tradlseo, & Seutero nimis durum videbatur, eoquod civium & Senatorum potissimi ac Saniores adhucdum Catholicam Religionem, quæ juxta Pacis compositionem in Imperii civitatibus toleranda esset, addicti forent, proinduntaxat Ministrorum consensus pro Baptizandis vel matrimonio jungendis petendus esset: deinceps vero nullus civitatis jure donandus, nisi Confessioni Augustanæ addictus esset, quod tamen recta adversabatur privilegio, quod Fridericus Imperator anno Christi millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto Catholico Magistratui concesserat, ac postea Maximilianus II. confirmabat.

§. CLXXXIX.

Justæ Catholicorum querelæ contra Lutheranorum insultus.

Mercur. Gallo Belg. annal. tom. 6. lib. 2. Brunner. annal. Boic.

Ne Lutherani Catholicorum moderatione abutentes usurpatæ auctoritatis vim in jus, temporis beneficio obtentum trahere præsumerent; Christophorus tum Monasterii ad S. Crucem Abbas primum de injuria apud Magistratum

ſtratum queſtus eſt, dein Auguſtani Epiſcopi auxilium implorabat: Æquæ igitur petitioni annuens Otto Cardinalis ejusque Succeſſor Marquardus verbo & ſcripto miſſis etiam Legatis apud Senatum de violata Pace Religioſa agebant, demonſtrantes, hiſce attentatis publicæ tranquillitatis jura, & Imperii pacta infringi, proin eos pœnis in perturbatores pacis ſtatutis ſubjici. Tandem in comitiis Imperii anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo nonageſimo quarto poſt legitime interpoſitam de ejusmodi injuriis querelam impetratum eſt Decretum, vi cujus Senatus jubebatur, quantum fieri poſſit, curare, ut Catholici in Religionis ſuæ ritibus tam privatis quam publicis nullatenus turbarentur, ſed in plena libertate relinquerentur.

Sæc. XVII. A. C. 1605.

§. CXC.

Publica ſeditio Lutheranorum.

Cæſareo huic mandato paruit tunc quidem Magiſtratus, ſed poſtquam Anno poſt Chriſtum natum milleſimo ſexcenteſimo quinto Laniones (*), Ephippiarii,

Thuan. hiſt. lib. 138. Cruſ. annal. Suev.

(*) Cives id coram Cæſareis Delegatis Senatui exprobrabant anno 1607. 9 Novembris his verbis: daß ſie etliche Baurenknöpf vom Dorf herein, in Rath genommen haben.

Sæc. XVII. A. C. 1605.

piarii, aliique de infima plebe turbulenti homines in Senatum fuissent cooptati, horum importunitate, ac Ministrorum instigationibus turbata rursus est Catholicorum possessio; cum enim Abbas ad S. Crucem, qui non modo antiquo usu hucusque recepto sed etiam nupero Cæsaris mandato suffultus erat, citra ullius injuriam sacris vexillis ante supplicantium agmen explicatis e suo monasterio per oppidum, uti alias, longum supplicantium agmen eduxisset, Lutherani, quos Senatus obviam emiserat, disjecto vexilifero Abbatem, qui necquicquam vim & injuriam deprecabatur, ad Monasterium repellunt, ceteris vero ulterius progredi parantibus viam intercludunt: Nec his contentus erat Senatus, sed insuperhabito Cæsaris decreto inhibuit, ne in Catholicorum exequiis faces vel Stola Sacerdotalis, vel alia ad SS. Sacramenti cultum adhibeantur, iis vero, qui Majorum more nuptias celebrarent, aut ad Romanam Ecclesiam redirent, jus civitatis eripuit, igni & aqua interdixit, in proscriptorum ædes Lutheranos introduxit, & demum Catholicos, ut cænam Lutheranam in Parochia sumerent, liberosque suos Lutheranos Præconi ad Baptismum sisterent, vi compulit. Iniquiora hæc visa sunt Augustano

stano Antistiti, quam ut dissimulari possent aut deberent. Quapropter eodem hoc anno a Cæsare die vigesima quarta Octobris decretum obtinuit, vi cujus hi seditiosi in judicium vocati in pœnas turbatæ tranquillitatis, pacisque Religiosæ incidisse declarabantur, addito mandato, ne adversus Abbatem, aut Monasterium, aut Catholicos vi vel propria auctoritate quicquam attentarent, vel eis in sepulturis, supplicationibus, aliisque Religionis suæ ritibus deinceps ullo pacto molesti essent. Quam proterve autem Lutherani hoc Cæsaris mandatum contempserint, anno sequenti referemus. Sæc. XVII. A. C. 1605.

§. CXCI.

Conjuratio in Jacobum I. Angliæ Regem conflata ac conspiratio Pulveraria *dicta.*

Hucusque reddita tam externa quam domestica pace, turbulenti motus in Anglia sopiti, non tamen extincti erant; cum enim non modo Catholici, sed etiam Puritani suam quisque Religionem, qua carius nihil, aut contemptam aut depressam dolerent, victa malis longanimitate tandem in rabiem versa præcipue tredecim Juvenes genere, ac corporis forma, opibusque præstan- *Contin. Sleid. lib. 12. Rapin hist. d'Angl. l. 18.*

Sæc. XVII. A.C. 1605.

tes horrendam contra Jacobum I. Angliæ Regem conjurationem conflarunt. Erant ii Robertus Catesbyus, Thomas Perceyus, Thomas Winterus, Joannes Wrigthus, Franciscus Treshamus, Thomas Batesius, Ambrosius Rookwodus, Robertus Keias, Joannes Grauntius, Christophorus Wirthius, & Everhardus Digbius Eques præter duos adhuc alios. Hos inter præcipuus erat Catesbius, qui Regem ejusque liberos, necnon plerosque Angliæ Proceres momento temporis e medio tollendos esse exposuit: nullam vero magis opportunam hujus consilii exequendi rationem fore asseruit, quam si subter aulam, in qua Rex cum toto Senatu comitiis præsens futurus esset, acto clam cuniculo magna vis pulveris pyrii congereretur; tum enim incensis ignito sune doliis, saxisque, quibus nitri cupæ gravarentur, in sublime prorupturis, ocyus una simul dissultura esset aula: interiturus hac ratione cum stirpe sua Rex ac Religioni inimica Nobilitas. Placuit omnibus hoc Catesbii consilium; restabat cuncta secreto exequendi sollicitudo; præprimis igitur e Belgio accersitur cuniculi militaris agendi peritissimus artifex Guisio Faukesius: postea funesti operis labor & pars inter conscios describitur: Perceyus vero ex Hollandia

Sæc. XVII. A. C. 1605.

landia triginta sex nitrati pulveris doliola coemere, ac domum Curiæ vicinam, in cujus cavea pulvis absconderatur, conducere jubetur: præsertim jurata summi silentii religio commendatur: rebus ita provide dispositis nil nisi optatus sperabatur exitus: quoniam vero magnæ molitiones, quia plurium opera est necessaria, in arcano esse nequeant, atque atrocium facinorum indicia ex ipso conscientiæ morsu animique fluctuatione deprehendantur, hinc præcipue Pater Henricus Garnetus Jesuita aliquid ab eis publicam in perniciem moveri præsentiens, Cetesbium obtestatur, ut violenta consilia ipse, ejusque socii deponerent, & si quid per vim ac tumultum moliantur, incæpto desisterent: Urgebat insuper Catesbium scrupulus, an salva conscientia tot amici, tot innocentes etiam Catholici possint promiscuo exitio cum inimicis & fontibus involvi? Ad hæc Pater Garnetus, ut scrupulum demeret, qua hoc dubium spectaret, haud considerans, id omnino licere, candide reposuit. Hoc Jesuitæ responso, quod in suum animi propositum nequiter transtulit Catesbius, se magis in concepto facinore obfirmabat, qui etiam Patri Grienwello itidem Jesuitæ meditatum scelus manifestabat, data eidem facultate, ut de-

P. Juvenc. Hist. Soc. l. 13. p. 5. n. 44.

Sæc. XVII. A. C. 1605.

super cum Patre Garneto communicaret, ea tamen lege, ut neuter arcanum manifestaret, donec tota res fuerit perfacta: Porro Pater Juvencus in Historia Societatis testatur, quod Catesbius ea mente hisce Patribus arcanum hoc aperuerit, ut si in ejusmodi consilio quicquam legi Divinæ adversari, ab eis edoceretur, *incæpto desisteret, si secus, majori cum fiducia id prosequi vellet:* certum autem est, quod insciis Jesuitis *conjurati nihilominus operi diu noctuque insliterint*, eoquod Rex jamjam die septima Februarii, prout indictum erat, in Comitiorum Aula suum sermonem peroraturus crederetur. Præprimis igitur murum, ad quem cuniculus deducebatur, in elocatæ domus cavea, sæpe opere intermisso, sæpe repetito tandem perfodiunt, magnum tamen strepitum ex opposita muri parte observantes, mox Faukesium eo mittunt, qui caussam fragoris inquireret, eo autem renuntiante, quod ibidem ingens cavea carbonibus repleta esset, hic locus præ ceteris ad consilii executionem magis opportunus videbatur, eoquod subterranea hæc specus comitiorum Aulæ imo & solio Regali ferme subjecta, & inferendis pulveris pyrii doliis percommoda esset: nec tempus operi perficiendo

ciendo deesse videbatur, comitiis in septimam Octobris diem dilatis. Sæc. XVII. A. C. 1605.

§. CXCII.

Conjuratio feliciter detecta.

Rursus Comitiorum tempus ad diem quintam Novembris differebatur, qua mora altioris Oculi provida vigilantia proximam stragem antevertit, disjecitque; accidit enim interim, ut ex conjuratis quidam Montaquilium Baronem Religione Catholicum amicum suum communi excidio involvi condolens, ad eundem literas incerto tamen Authore, atque incognito Latore transmitteret, quarum summa hæc erat: *Amicitia, quæ mihi cum aliquot tuis necessariis intercedit, facit, ut de tua incolumitate sim sollicitus, monitum proinde te volo, quantum vitam tuam diligis, ut excusationem comminiscaris absentiæ ab Ordinum Conventu. Deus enim & homines concursu facto ad puniendam hujus sæculi impietatem festinant, noli hanc monitionem parvi facere, sed discede quamprimum in provinciam tuam, ubi rei exitum securus exspectes; licet enim nulla se motuum indicia prodant, moneo tamen, terribilem conventus iste ictum sentiet, nec videbit percutientem, non est, quod spernas hoc indicium, prodesse potest, nocere*

Thuan. lib. 134. Sleid. contin. lib. 12. Merc. Gallo Belg. tom. 5. Opera Reg. Jacob. I. pag. 100.

Sæc. XVII. A C. 1605.

non poteſt, quippe præteribit periculum haud ocyus, quam literas has exuſſeris, ſpero te, Dei beneficio, hoc conſilio recte uſurum, cujus te tutelæ commendo.

Perlectis hiſce literis Montaquilius primo eas per jocum, ut Rex inani terrore a comitiis abſterreretur, exaratas ſuſpicabatur, poſtea tamen forte Regi periculum imminere conſiderans intempeſtiva nocte ad Robertum Cæcilium Sarisburienſem Comitem, qui Regi a ſecretioribus conſiliis erat, *hanc epiſtolam* defert: Hic collato cum aliis conſilio expectandum cenſuit, donec Rex e venatione Reiſtono Londinum redierit; quo adventante Cæcilius die poſtrema Octobris has literas Jacobo perlegit, illas nil niſi vel luxuriantis ingenii vel inſani hominis partum eſſe exiſtimans: Attamen Rex ea, qua polebat, perſpicacia hæc verba: *præteribit periculum haud ocyus, quam literas has exuſſeris*, profunda mente ponderabat, moxque a pulveris pyrii ictu exitium adeo ſubitaneum his verbis deſignari enuntiabat: prolatis hiſce Regis verbis omnes in eandem conſpirabant ſententiam.

§. CXCIII.

Pulvis pyrius ſubtus Comitiorum aulam repertus.

Digreſſi

Sæc. XVII. A. C. 1605.

Digressi a Rege Proceres mox omnes Curiæ angulos esse perlustrandos decernunt; hæc tamen inquisitio pridie ad Conventus celebrandi diem eo fine differebatur, ut populi rumores vitarentur, atque interim clariora conspirationis indicia forte proderentur: præfixa autem die Suffolciensis Comes unacum Montaquilio Percei ædes, caveamque perlustrans præter ingentem fascium & carbonum acervum in quodam angulo hominem latebras anxie quærentem deprehendit, qui se Percei famulum esse dicebat. Haud ulteriore inquisitione facta Comes, quid vidisset, Regi expositi, qui omnia diligentius perveſtiganda, pulveremque fors sub congesto hoc acervo latere edixit. Parent jussis omnes, ne tamen forte innocuis ignominia innueretur, spargitur per aulam rumor, Regias aulæas, quæ in illis ædibus custodiebantur, fuisse amissas. Eas igitur veluti quæsiturus Thomas Knevetus media nocte ad caveam contendit, ubi hominem pallio tectum reperiens eundem comprehendi jubet. Erat is Guido Faukesius, qui se Percei famulum simulabat, quo interim custodito ac disturbato acervo triginta sex pulveris nitrati dolia ibi abscondita, ac tres igniarii fomites in Guidonis vestibus reperiebantur. Hic vero

Rapin hist. d'Angl. l. 18. Merc. Gallo Belg. tragœd. Angl. tom. 5. l. 3.

Sæc. XVII. A. C. 1605.

vero de propoſito ſuo interrogatus ſce-lus ſuum illico faſſus affirmabat, nihil mali in ſuo facinore eſſe, niſi quod infectum ſit, de cetero autem hoc opus a Deo incæptum a Diabolo impeditum fuiſſet, poſtea tamen quæſtioni ſubjecta totam conſpirationis ſeriem detexit.

§. CXCIV.

Alii ex Conjuratis deprehenſi, alii trucidati.

Thuan. l. c. Juvenc. Hiſt. Soc. l. c. num. 46. & ſeqq.

Hæc geſta erant eodem die, quo comitiis initium dare conſtitutum erat, iis autem denuo dilatis, ac rumore per urbem ſparſo mox Winterus, Treſhamus & Wrigthus ad ditionem Varicenſem, quo jam pridie Catesbius & Perceius confugerant, laxatis equorum habenis contenderunt, ac tandem ad Stephani Litletonii ædes in Statfordiæ finibus convenere: interim nobilis quidam nomine Graundius, aliique conjurationis ſocii, quamvis rei detectæ ignari, ſeptem vel octo equos effracto ſtabulo Beneco Nobili abduxere, Londinum re, ut ſperabant, feliciter jam peracta profecturi: hos vero Prætor Varvicenſis tanquam equorum abactores usque ad præfati Litletonii ædes, quo ceteri conjurati confugerant, inſequebatur. At illi, qui ſe longe atrocioris criminis con-

Sæc. XVII. A. C. 1605.

conſcios noverant, conſilio ex deſperatione quæſito mori potius, quam ſe dedere ſtatuunt: cum vero pulverem nitratum ex pluvia humidum ad focum ſiccare pararent, hic ſtatim concepto igne quorumdam facies, aliorum manus & latera adeo aduſſit, ut quidam ceteris ad ſtrenuam defenſionem inutiles eſſent; Deo illos puniente, in eo, in quo peccaverunt: Nihilominus ipſi in rebus deſperatis ſolam fortitudinem ceteris amiſſis cuncta reparare rati, ingruentibus Prætorianis aperta Domus janua ſeſe ſiſtunt, quorum nonnullis mox trucidatis Catesbius, Perceius & Winterus tergum alter alteri obvertentes ſtrictis gladiis tamdiu decertabant, donec Catesbius & Perceius uno ſclopeti ictu confecti caderent, Winterus vero graviter ſaucius, cum aliis quatuor comprehenſus Londinum abduceretur, ubi etiam eodem ferme tempore Treshamus, Robertus Winteri frater & Litletonius in Londinenſi Turri incluſi hærebant, moxque a judicibus interrogati totam rei ſeriem ingenue exponebant, aſſerentes, quod ex Catholicis Sacerdotibus ferme nullus hujus ſceleris particeps fuerit: ſolus tamen Thomas Bateſius Catesbii famulus teſtabatur, quod PP. Garnetus, Grienwellus ſeu Osvaldus Tesmundus, & Gerardius Conjuratoꝛ-

Sæc. XVII. A. C. 1605.

ratorum Confessiones sæpius exceperit, atque ipsemet Patrem Garnetum, qui etiam Wintero uni e conjuratis addictissimus esset, non ita pridem cum Catesbio colloquentem viderit, ipsumque alterius ad alterum epistolas detuliſſe noverit; hic tamen ipse Batesius (Thuanus Franciscum Treshamum fuisse narrat) antequam in carcere moreretur, ab uxore monitus epistolam ad Saresburiensem Comitem scripsit, in qua excusata præcipiti sua confessione Garnetum, quantum in se esset, interposito solemni juramento vindicabat; ejus tamen testimonium flocci habebatur, eoquod illud insigni mendacio vitiasset, asserens, quod Patrem Garnetum a sexdecim annis haud vidisset, cum tamen postea ex ipsius hujus Patris confessionibus constiterit, quod ambo evolutis nondum sex Mensibus diu sæpiusque collocuti sint: Patrem vero Gerardium Everhardus Digbyus nominatim purgabat.

§. CXVC.

Jacobi Regis oratio coram Anglis Proceribus in comitiis habita.

Cont. Sleid. l. c.

Tandem Regni comitiis die nona Novembris dabatur initium, ubi Rex congregatos Regni Proceres hunc in modum

modum alloquebatur: *Non putabam, Domini, hoc in loco eam mihi dicendi materiam, de qua verba jam facturus sum, oblatum iri, verum enimvero ita evenit, ut quemadmodum antea hoc eodem in loco pro incredibili vestro in me affectu, & alacritate maxima, qua advenientem me primum in hoc regno excepistis, gratias vobis atque universo populo egi, ita nunc multo majores gratias Deo, pro tam admirabili & plane divino beneficio, ab ejus benignitate in me meosque & vos omnes, adeoque universum hoc regnum profecto, persolvere me oportet.*

Sæc. XVII. A. C. 1605.

Deus, cujus ineffabilis est bonitas, ex mediis mortis faucibus me eripuit, & gladii cuspidem jugulo meo jam intentum hebetavit, ut tanti beneficii magnitudinem agnoscens, & divinam benignitatem deprædicans animus meus, hac veluti lustrali unda purgaretur, alterum, cujus exitum modo vidimus, quodque non meæ tantum personæ, & meis, sed vobis etiam omnibus, sine ullo ætatis, ordinis aut generis respectu interitum allaturum erat, quomodo appellem nescio. Neque enim innocenter effusi & de terra clamantis sanguinis est peccatum, quale primum illud futurum erat, sed potius tempestuosum, & igne sulphureque fumans scelus dici meretur, quod Deus tam insigni miraculo a nostris omnium cervicibus depulit, de hoc quid

Sæc. XVII. A. C. 1605. *quid dicere vel ut rectius dicam, quid non dicere possum? mihi quidem horrore perfuso vox faucibus hæret, in tam magno tamque terribili atque execrabili scelere, ejus simile vix ex ulla antiquitate reperiri possit, tria observo non admirabilia tantum, sed plane miraculosa, primum est cogitati sceleris atrocitas, quæ tanta est, ut omnem fidem atque admirationem superet. Nique enim mihi tantum, meæ conjugi, meis liberis & hæredibus, sed etiam universo huic regno exitium machinati fuerant, universa nobilitas, venerabilis Episcoporum ac divini verbi Ministrorum cœtus, fortissimorum equitum ordo, omnes in universo regno judices, jurisconsulti plerique, magna civium optimorum multitudo, immo illi ipsi etiam, qui Religioni ipsorum juventes huic conventui interfuturi erant, ad necem petebantur, omnibus quod illi intenderunt, excedendum erat, tantum scelus, ut scelestus ille, qui in turri captivus asservatur, ipsemet fatetur, hic potissimum & his in ædibus perficere instituerunt, ut eo ipso in loco, ubi tam duræ leges contra ipsorum Religionem latæ erant, auctores earum unacum ipso loco perderentur, qua in re non ipsius tantum cædis, verum etiam modi crudelitas perpendi debet, tres fere homines occidendi sunt modi, primus quando homo hominem interficit: crudelis ille quidem, multo tamen ceteris mitior: homo enim*

Sæc. XVII. A. C. 1605.

enim ab homine impetitus, & a ſeipſo & ab aliis hominibus auxilium exſpectare poteſt. Quid? quod ipſorum, qui cædem deſtinarant, corda ad miſericordiam Deus ſæpe flectit? nec aliæ ut plurimum ejusmodi hominum furoris declinandi viæ deſunt. Secundus modus plus habet crudelitatis, eſtque is, quando homo beſtiis objicitur, quæ ut omnis humanioris affectus ſunt expertes, ita longe graviſſimum inferunt terrorem, ſed tamen etiam contra has pugnare licet, quin & quandoque velut ſubito cicuratas, & manſuefactas beſtias legimus, ut Leones, in quorum foveam conjectus Daniel fuerat, & gratus ille Leo, qui Romani cujusdam mancipii miſertus eſſe ſcribitur. Tertius vero modus ab omni humanitate quam longiſſime abeſt, qui ſcilicet a rebus inanimatis proficiſcitur, inter quas duorum elementorum ignis & aquæ, ſed illius inprimis formidabilis eſt ſævitia, atque hoc potiſſimum illi modo vitam eripere nobis conati ſunt: ad ſecundum jam venio, non minus admirabile, cauſſas ſcilicet, quæ tam funeſtæ tragœdiæ inventores ad tam enorme ſcelus impulerunt. Quod ſi hi conſpiratores ex illo tantum hominum genere fuiſſent, qui ære diruti, omnibusque bonis everſi, aut injuria affecti, novis rebus ſtudent, forte non ita dignum admiratione eorum inſtitutum fuiſſet: ad me quod attinet, equidem vix eorum quemquam de vultu noveram, nec

Sæc. XVII. A. C. 1605.

tantillum est, quod de ulla in se injuria aut molestia accusare me possint. Eheu! tantum in quemquam Religione Christianum, & Anglum natione ducere scelus, ut Regi suo legitimo, ejus Successoribus, immo toti Patriæ (cujus tam sanctum & dulce inter omnes nomen est) violentas inferre manus & exitium intentare ausit? Eum præsertim, qui tam illustri loco inter Regios Ministros constitutus, tam sancto jurejurando obstrictus, a Rege hæc & regno depellere tenebatur? sed & tanta eorum est obstinatio, ut is ipse captivus noster, nihil magis sibi dolere dixerit, quam quod instituum scelus perficere non potuerit. Tertium & postremum præ ceteris in hoc admirandum, modus est, quo nefaria hæc machinatio est detecta, qui vos multo magis in admirationem erat rapturus, si intima animi mei scitis, ita uti illi, qui quotidie circa me sunt, habueretis perspecta. Ut enim semper existimavi suspicionem tyrannorum esse morbum, ita in contrarium nimis deflectens, omnes fere de periculis imminentibus admonitiones contempsi, tantum abest, ut mihi ipsi metum finxerim. Eo tamen tempore, quo a Secretario Literæ, obscura quædam ictus formidabilis indicia continentes, mihi exhibitæ sunt, tantum a mea ipsius quasi natura abfui, ut statim verba illa multo aliter quam quisquam Grammaticus aut Jurisconsultus interpretatus, de pulvere mihi in

mentem

mentem ſuſpicio venerit. Qui ſi aliud periculi genus eſſem imaginatus, proſpici illud quidem, non tamen vitari potuiſſet. Sed & hoc divini fuit providentiæ, quod machinator ſceleris eo potiſſimum tempore atque loco deprehenſus eſt. quo domo modo egreſſus ad ignem pulveri ſubjiciendum properabat, qui ſi ad eum, quem petebat, locum perveniſſet, ſeſe unā cum proximis quibusque, ut ipſe fatetur, pulvere incenſo, perditurus erat. Et ſi vel Deo ob peccata noſtra permittente ſcelerata iſtorum hominum conſilia, quem volebant, habuiſſent eventum, hoc tamen nomine immortales Deo gratias debeo, quod quandocunque olim mei exitus uſurpata memoria fuiſſet, illud nemo de me dicere aut ſcribere poterat: me in popina aut alio quodam vili & contempto loco, ſed in eo, qui Regibus ad muneris ſui partes explendas maxime dignus eſt, cum honeſtiſſimo ac lectiſſimo, quod uſpiam reperiri poſſit ſodalitio vitam finiiſſe, tanto ergo plures nobis ſunt, & graviores Deo gratias agendi cauſæ, mihi præſertim, quod adhuc ſemel, quicquid poſtea de me futurum ſit, hoc in loco vos alloquendi facultatem dederit, hoc, inquam, in loco, ut qui ad noſtrum omnium exitium deſtinatus horrendum fragorem, & flebilem ejulatum erat editurus, nunc divinæ miſericordiæ laudibus perſonaret.

Sæc. XVII. A C. 1605. *Reliquum jam est, ut ostendam vobis, quomodo in iis, quæ ad sceleratam machinationem pertinent, gerere vos debeatis. Equidem scio nihil in vobis esse, quod tam tetrum facinus non aversetur, mentem detestari, linquam detestari, atque exsecrari, pedes ad persequendos, manus ad comprehendendos ejus auctores paratissimas, omnia denique miro quodam ardore tanto scelere purgandi regni teneri, qua in re ut non possum non animum vestrum laudare, ita subvereri cogor, ne nimio Zelo mens præcipitata, innocentibus quibusdam sive indigenis, sive exteris, tanti criminis suspicionem non sine ignominia impingat, veremur illud vos cogitare, longe acerbissimum mihi fore, si cuiquam civi vel advenæ hoc nomine macula aspergatur, aut damnum inferatur, quæ causa illos impulerint, non ignoro, atqui non propterea omnes in crimen vocari debent.* „Minus vero omnes „majorum Religioni addicti in illo crimine comprehenduntur; plures quippe inter eos sunt, qui, quamquam „Pontificiis erroribus involuti, nequaquam finceram in Principes fidem „exuerunt, & Christiani hominis simul „& integri subditi officium servant: „Ego quoque vicissim de iis bene existimo, dignam autem flammarum severitate Puritanorum sævitiam duco, „qui Pontificium omnino ullum in cœ-

„lum

„lum recipi posse negant. Dignum & „æquissimi Principis prudentia illud, „quod nullos externos Principes aut „Respublicas, neminemque, qui illis „operam navat, huic conjurationi par„ticipasse, in suspicionem venire posse „judicet, quippe qui ex suo animo eos „æstimat, idemque de ipsis, quod de „se existimari vult, sentit, ideo volo „ac jubeo, ut quando in comitiis de hac „conjuratione agetur, de illis honori„fice quisque & loquatur & sentiat, „quod Hispanorum respectu additum, „quibuscum pacem nuper factam colere „cupio, nullam quoque in eorum opi„nione alienati animi vel leviſſimam su„spicionis nubeculam relinqui volo.„ Sæc. XVII. A. C. 1605.

Quod ad alios vicinos Reges, Principes & ſtatus attinet, tanto mihi magis eos omnes excuſare licet, quanto melius Chriſtianorum omnium Principum ſenſa ex meo metiri animo poſſum. Nullus enim profecto in terris paulo honeſtior Rex Princepsve eſt, qui eousque animum abjicere velit, ut de tam abjecto ac perfido crimine adjuvando ullam vel cogitationem ſuſcipiat, quapropter a vobis peto, ut quam Deus mihi & vobis per me cum omnibus Chriſtianis Principibus pacem conceſſit, eam ametis, & promoveatis, deque iis omnibus honorifice & ſentiatis & loquamini, de me hoc vere dicam, optare me cum illo, neſcio quo, ut

Sæc. XVII. A. C. 1605.

feneſtra cordi meo eſſet præfixa, per quam intima mei animi penetralia & cogitationes omnium oculis ſubjicerentur; ſic enim profecto omnes perſpicerent, nullam ex hoc facto in animo meo alterationem extitiſſe, ut duo tantum poſthac mihi diligentius quam incumbendum exiſtimo, primum ut tanta iniquitatis myſteria, quantum fieri poteſt, eruantur, deinde ut rei, qui compertí fuerint, ea qua par eſt, ſeveritate puniantur.

Abſoluta hac oratione Rex conventum denuo ad vigeſimam primam Januarii diem diſtulit, ut conjurationis conſcii interea perquiri, pœnisque promeritis affici poſſent.

§. CXCVI.

Diverſa Anglorum judicia de hac Regis oratione.

Rapin Thoiras hiſt. d'Angl. l. 18.

Hunc Regis ſermonem ſummo applauſu excipiebant Aulici, ad ſydera usque extollentes Jacobi I. Sapientiam, juſtitiam, æquitatem, animique magnitudinem: præcipue vero commendabant, quod licet una ex parte odio, quo ſufflantibus Miniſtellis in Catholicos exarſerat, ſtimulatus, altera vero ex parte æquitatis ſuique officii legibus arctatus eſſet, maluerit tamen Catholicorum Religionem vindicare, cautione adhibita, ne innocentes cum ſontibus confunderentur.

rentur. Non tamen eadem erat Puritanorum ſententia, qui non modo regiam ſollicitudinem pro innocuis Catholicis ægerrime ferebant, ſed præcipue abominabantur differentiam, quam inter Religionem Romanam & Puritanorum ſectam ſtatuerat, aſſerens, quod fides Catholica non obſit, quo minus ejus membra adhuc fideles permaneant ſubditi, econtra autem Puritanorum ſecta in Regno bene ſtabilito toleranda non ſit, uti in nupera oratione Rex aſſeruerat, in hac vero, ut ceterorum Proteſtantium invidiam erga Puritanos mitigaret, haud contentus, quod eorum opiniones ad politicum Regimen minime ſpectantes deteſtatus eſſet, inſuper illas flammis dignas cenſeret. Præterea non deerant alii, qui inter cetera obſervarent, quod Rex illam opinionem, quam flammis dignam aſſerebat, ac Puritanis adſcripſerat, æquiori jure eandem Catholicis quoque attribuere potuiſſet.

Sæc. XVII. A. C. 1605.

§. CXCVII.

Regis edictum pro vindicanda Principum innocentia.

Interim varius populi rumor de conflatæ conjurationis Authoribus, ac conſciis per urbem volitabat, quippe vulgi

Juvenc. Hiſt. Soc. l. 13. p. 5 n. 48. Cont. Sleid. lib. 12.

Sæc. XVII. A. C. 1605

vulgi licentia & damnanda convicianda facilitate innocui quoque in hujus sceleris suspicionem trahebantur, aliunde vero Robertus Cæcilius Saresburiensis Comes Catholicis infensissimus iniquissimo ferebat animo, quod Rex Romanam Religionem & Catholicorum potissimos vindicare aggressus sit, hinc nullum non movebat lapidem, ut Anglicanæ Ecclesiæ famam ac Principis dignitatem periclitari clamitans, Regem eo induceret, ut saltem conjurationis reos denuntiaret PP. Gerardium, Garnetum, & Grienwellum: Hujus igitur importunitati cedens Rex die decima quinta Januarii edictum promulgari jussit, quo vetuit, ne cujusquam Principis Oratores, aut alii homines, utpote quos diligenti inquisitione innocuos deprehendisset, in suspicionem criminis vocarentur: de cetero compertum esset ex conjuratorum confessione, tres in Anglia Jesuitas facinoris istius conscios participesque fuisse, nempe Gerardium Broccium, Henricum Garnetum, & Oswaldum Tesmundum: postea in hoc edicto singulorum depingebatur statura, vultus, capillorum color, aut totius corporis conditio: Denique additum, quod Rex omnes & singulos suos subditos admonitos velit, ut nullis vel laboribus vel sumptibus in illis inquirendis & ju-

& judicio ſiſtendis parcant, eoquod Rex ſtudium unicuique, quod hoc in negotio impenderit, abunde compenſaturus ac remuneraturus eſſet: ſi quis vero eos hoſpitio exciperet, aut occultaret, ſeveritate Legum puniretur. Sæc. XVII. A. C. 1605.

§. CXCVIII.

PP. Gerardius & Grienwellus fuga ex Anglia elapſi.

Tot inter proditorum oculos ad horum trium Sacerdotum perniciem intentos nihilominus Pater Joannes Gerardius Broccius impune Londino exceſſit, ad portum delatus, unde Belgii & Hiſpaniæ Oratores ſolvebant, quibuscum in Flandriam incolumis pervenit. Pater Grienwellus vero, cum unicum ſalutis ſuæ præſidium in callida audacia repoſitam cerneret, mutato quantum valuit ore cultuque, via Regia Londinum ingreditur, ibique in publico foro promiſcua multitudine permixtus expoſitum contra ſe edictum otioſe perlegit, quin tamen ſagacitatem cujusdam circumforanei effugere poſſet; hic enim cum Patrem ex facie noſſet, mox injecta manu, *noſco* te, inquit, *ſequere hinc recta in carcerem, ita Rex jubet:* Pater alium ac ipſe crederet, ſe eſſe dictitans, leniterque cum eo *Juvenc. l. c. Barth. hiſt. della Compag. di Gieſu.*

Sæc. XVII. A. C. 1605.

altercatus, eum sequitur, donec in vi- cum infrequentem ac pene desertum veniſſet: tum vero comprobatum red- debat, quod nihil ſit tam arduum, quod animus ad extrema adactus ſuperare nequeat, certusque, quod ab animi magnitudine non raro corporis quoque robur vigeat, mox ſuum ductorem collo arripiens tam ſtrenue cum eo colluctatur, ut ſeſe ejus manibus extricaret, ac nota per diverticula ſuffugiens pariter Londino ſtatim, paulo*que poſt* ex Anglia tota excederet: demum vero inter varias itinerum moleſtias & pericula vires illas, quas prius expreſſerat neceſſitas, poſtmodum a virtute mutuatus deinceps in Apoſtolicis laboribus impendere cogebatur; Romam enim delatus, Pœnitentiarii munus æque ac P. Gerardius obire a Paulo V. juſſus eſt: quam tamen promotionem malevolorum nonnulli ſummo Pontifici vitio vertebant, perinde acſi hac actione attentatam conjurationem ſibi parum diſplicuiſſe ſignificaſſet: adeo nempe nulla virtus, nulla auctoritas adverſus invidiam vel adverſus contumeliam ſatis ſecura eſt.

§. CXCIX.

Tumultus in Moſcoviæ Regno.

Jam

Sæc. XVII. A.C. 1605.

Jam octavus effluxerat annus, quo Borisius Moscoviæ Ducatum usurpaverat, cum autem Demetrius Theodori Ducis frater proximus Regni hæres esset, hunc, puerum adhuc, trucidare statuit, quo comperto detestando illius consilio Demetrii Mater filium suum clam subduxit, aliumque puerum ei ætate ac ore persimilem suppositit, qui etiam a Tyranni sicariis occisus mox sepultus est. Alii vero Scriptores verum Demetrium in conjuratione oppressum affirmant. Utut res se habuerit, certum tamen est, quod ille, qui se Demetrium dicebat, in monasterio quodam absconditus atque enutritus tandem cum Monacho quodam in Livoniam venerit, ubi Visnovitio Poloniæ Palatino generis sui claritatem, atque adversæ fortunæ fata manifestabat. Hic dictis fidem adhibens puerum ad Sigismundum Poloniæ Regem adducit, a quo benigne exceptus se tam gnaviter in Polonico & Latino idiomate exercuit, ut hujus linguæ beneficio ritus & doctrinæ Catholicæ capita exacte addisceret, suumque amplectendæ veræ fidei propositum Regi manifestaret; igitur ab eodem erudiendus traditur Caspari Savitio Jesuitæ, quo ductore ad Clementem VIII. Pontificem Maximum proprio chirographo latine perscripserat, quod si in

Thuanus lib. 134. *Mercur. Gallo Belg. tom.* 6. *l.* 1.

Sæc. XVII. A. C. 1605.

si in paternum Regnum restitueretur primam ac præcipuam Religionis Catholicæ in Imperio Moscovico restaurandæ regnique ad Ecclesiæ unionem revocandi curam habere vellet. Ea ab initio tecta, monito tamen prius Pontifice, ut negotium sua ope & patrocinio promoveret: nec inanis erat hujus sollicitudo; quippe magna undique ad Demetrium auxilia confluunt, Regisque favore Poloni Proceres exercitum decem millium armatorum conscribunt, præter nongentos Cæsareos, qui eidem sese aggregabant. His igitur copiis auctus Demetrius arma in Moscoviam infert, captaque Borysthene munitissima arce aliisque locis multos Borisii Ducis tyrannidem exosos in suas partes pertrahit. Interim vero Borisius instructo centum millium agmine Demetrium aggreditur, qui etiam eunte Mense Januario hujus anni a majori hostium numero undique circumventus funditur, fugaturque: collectis dein ex tanta clade reliquiis Palatinus Sandomirienſis, qui in Demetrii exercitu supremus erat Bellidux Putivolum, Demetrius vero ad Rilscum arcem sese recepit, quam, cum Borisiani agminis Dux aggredi parat, Demetriani, quamvis numero longe impares, Martio Mense ineunte in hostem obviam procedunt

Sæc. XVII. A. C. 1605.

cedunt, illatam nuper cladem ulturi: neque defuit animosis conatibus eventus optati prosperitas; quippe primo jam congressu mille interfectis, captisque ducentis universum exercitum fundunt, ac cum opulenta præda Putivolum revertuntur, multis urbibus in Victoris partes concedentibus. Borisius, cum armorum potentia æmulum suum vincere desperaret, variis insidiis eum vita privare nititur, emissis quamplurimis, quos aut delictorum venia, aut præmiorum amplitudine sollicitaverat, ipse etiam Archipopa, seu Russorum Patriarcha omnes Demetrio adhæsuros anathemate percellit: nihil inde tamen territus Demetrius Borisium oblatis conditionibus oppido honestis hortatur, ut regno, quod injuste usurpasset, mature cederet: Hic vero impotenti rabie correptus subito corruit, atque Aprili Mense ad exitum vergente obiit, non sine propinati veneni suspicione. Cognita Borisii morte prius in castris mox etiam in Moscoviæ regno omnium animi nova felicitate expugnati in Demetrium inclinarunt: quocirca Procerum votis expetitus regiam urbem ingreditur, ac die vigesima Junii Russorum Imperator, magnus Moscoviæ Dux, aliarumque Regionum Princeps fausta populi acclama-

Sæc. XVII. A. C. 1605

clamatione ſalutatur, Menſe Julio ſolemni ritu inauguratus: poſtea Patres Nicolaus Cernicovius Jeſuita novo Duci luculenta oratione gratulabatur, qui honore a Senatu exceptus: Jeſuitis vero hoſpitium haud procul ab arce attributum, ubi Sacra more in Eccleſia Romana recepto libere peragerent, applaudentibus cunctis, excepto ſolo Theodoro Suiſcio, qui jam tum de imperio invadendo cogitabat. Poſtea Dux *inito* cum Polonis fœdere Sendomirienſis *Palatini* Filiam uxorem duxit, quæ tamen unacum ſponſo ſuo, integro anno nedum evoluto funeſtum inconſtantis fortunæ ludibrium exſtitit.

§. CC.

Nuptiæ inter Sigismundum Poloniæ Regem & Caroli Archiducis Auſtriaci Filiam per ſummum Pontificem conciliatæ.

Thuanus lib. 134.

Deceſſerat jam ante ſeptennium Sigismundi Poloniæ Regis uxor Anna Caroli Archiducis Filia: nunc vero Jeſuitæ veriti, ne diſſoluta affinitate Sigismundus alterius Domus uxorem duceret, ac exinde pax & amicitia Polonos inter & Auſtriacos ſolveretur, hinc apud Rudolphum Cæſarem inſtabant, ut is alteram ejusdem Archiducis filiam

filiam Sigismundo traderet. Placuit Imperatori hoc consilium, qui illico Clementem VIII. Pontificem anno priori, ut legis veniam daret, rogabat: Annuit Pontifex, ac ipsus die decima nona Junii ad Sigismundum literas dedit hujus tenoris: „Non possumus non „hortari Majestatem tuam, ut non so- „lum tandem cogitet, sed deliberet de „secundis nuptiis, ut benedicente Do- „mino, nova prole firmetur status illius „regni: nam semper existimavimus, con- „junctionem in inclita Domo Austriaca „futuram illi honorificam & salutarem; „nobilitati enim & splendori illius fa- „miliæ nulla fortassis in toto orbe Chri- „stiano æquiparari potest: mulieris quo- „que illius, quam ex ea familia habuisti, „singularem pudicitiam, Religionem „& prudentiam jam Majestas tua ex- „perta est, quare si animum adjiceret „ad unam ex Sororibus defunctæ Re- „ginæ, putamus id non solum non a- „lienum a salute & quiete tua, sed tibi „satis honorificum & salutare futurum, „nec de dispensatione ambigere debes; „illam enim tibi libentissime offerimus, „& ut tibi concedamus, suadent multæ „& urgentissimæ causæ, rogamus ita- „que Majestatem tuam, ut mature a- „pud se deliberet, totam operam no- „stram Majestati tuæ necessariam aut „quo-

Sæc. XVII. A. C. 1605.

Sæc. XVII. A. C. 1605.

„quoquo modo opportunam copiosi„sime deferentes. „

Has literas Sigismundus in Regni comitiis exhibuerat, Procerum consilia exploraturus. Obstabant præprimis Protestantes, caussati, quod Cæsar, eoque instigante Pontifex sua hoc in negotio commoda privata, non publicam Regni utilitatem quærerent: Nihilominus Rex potius Cæsari ac Pontifici, quam illorum voluntati morem esse gerendum ratus, Constantiam *defunctæ* suæ Uxoris Sororem sibi matrimonio jungere statuit. Hæc igitur die vigesima sexta Septembris Pragam inde Græcium perveniens comitantibus eam Maximiliano ejus Fratre & Carolo Archiduce ipsius Parente Mense Decembri Cracoviam ad Sponsum suum deducta est.

§. CCI.

Quatuor Cardinales hoc anno defuncti.

Ciacon. in vit. Jul. III. Tom. 3.

Hunc annum, qui aliunde turbis seditionibus & cædibus sat teter ac luctuosus erat, pariter vitæ suæ exitialem ac postremum experti sunt quatuor Cardinales, quorum primus sedente Clemente VIII. octogenarius obiit: Erat is Hieronymus Simoncellus natione Italus,

Italus, patria Urbevetanus, Julii III. a quo juvenis adhuc Cardinalium Collegio adscribebatur, Pronepos. Hic a teneris unguiculis in virtutis studio adolevit, atque ad decrepitam ætatem illibatum animi candorem servavit, cumque naturæ beneficio ad quævis ardua obfirmatam haberet indolem, novis semper gloriæ suæ incrementis Reipublicæ Christianæ onera & munia sustinebat. Patriæ suæ Episcopus designatus die vigesima quinta Junii anno Christi supra millesimum quingentesimo quinquagesimo quarto omnes integerrimi Præsulis partes summa cum laude explevit, quam tamen Ecclesiam nonnisi octo annis rexit, ea sponte dimissa. Nihilominus honorum fastigia, quæ fugerat, fugientem insequebantur, paulopost Senatoris officio decoratus, eoquod ipsum nec potentum timor, nec amicorum gratia ab integritatis æquitatisque studio avertere potuerint. Præsuit primo Diaconus Ecclesiæ SS. Cosmæ & Damiani, dein Presbyter Ecclesiæ S. Priscæ ac postea Sanctæ Mariæ ad Tiberim: postremo Cardinalis Episcopus veluti per gradus ascendit ad Albanensem, Tusculanam & Portuensem Ecclesias. Interfuit quoque decies comitiis Pontificiis, nec id mirum; Purpuram enim quinquaginta duos omni-

Sæc. XVII. A. C. 1605.

Sæc. XVII A. C. 1605.

no annos tenuit, quam tandem una cum vita hoc anno die vigesima secunda Februarii Romæ exuit, sepultus ad Sanctum Petrum in Monte Aureo.

§. CCII.

Hieronymi Agucchii Cardinalis obitus.

Ciacon. in vita Clem.

Alter erat Hieronymus Agucchius patria Bononiensis ex Nobili genere ortus, qui a suis Parentibus *liberaliter* educatus egregiam literis navabat operam, præcipue vero sua solertia, sagacitate, morumque integritate tantopere sese commendabat, ut Romam profectus paulopost Utriusque Signaturæ, ut vocant, Referendarius renuntiaretur, quo in munere, aliisque Ecclesiæ negotiis per assiduos labores præclara Apostolicæ Sedi obsequia integris triginta ferme annis præstitit. Præfuit etiam Nosocomio, atque Ecclesiæ ad Sanctum Spiritum, quo munere functus a Clemente VIII. uno anno ante obitum suum die nona Junii Presbyter Cardinalis tit. Sancti Petri ad Vincula declaratur, Vir meritis plenus, natusque ad negotia, sub quibus in valida adhuc ætate nonnisi quinquagenarius contabescens decessit Romæ die & anno, quo Leo XI. Papa obiit. Tumulatus

quie-

quieſcit apud Sanctum Petrum ad Vincula. Sæc. XVII. A. C. 1605.

§. CCIII.

Pauli Æmilii Zacchiæ Cardinalis extrema.

Initio Pontificatus Pauli V. die trigeſima prima Maji deceſſit Paulus Æmilius Zacchia, Vectiani in oppido Liguriæ claris Parentibus anno Salutis noſtræ milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quarto natus. Hic ſub cura Marcelli de Nobilibus Materni ſui Patrui humanioribus literis ac jurisprudentiæ ſtudio excultus, necnon Doctoris Laurea Piſis ornatus Romam venit, Petro Donato Cæſio Cauſſidico percelebri adjunctus. Sub idem tempus Clemens VIII. præfatum Marcellum ſibi in paucis carum purpura decorare conſtituebat, eo autem hanc dignitatem ob grave ſenium deprecante paratum Patruo favorem tranſtulit in Nepotem, quem primo intimi Cubiculi Miniſtrum, mox ſignandis gratiæ cauſſis Auditorem, ac poſtea Protonotarium nominabat: paulopoſt eundem ad Hiſpaniæ Regem Nuntium ablegans, tandem anno poſt Chriſtum natum milleſimo quingenteſimo octogeſimo octavo die tertia Martii inter Presbyteros Cardinales titulo

Ciacon. l. c. Ughel. in Ital. Sacr.

Sæc. XVII. A C. 1605.

tulo Sancti Marcelli cooptabat. Nova hac dignitate clarus Æmilius intima quæque negotia ſuæ curæ commiſſa inſigni prorſus prudentia ac fide expediebat. Rexit quoque Faliſcorum Eccleſiam, ab ipſo ſummo Pontifice conſecratus: poſtea Congregationi Concilii Tridentini præfectus, ut erat placidus ingenio, & natura beneficus, tantam ſibi benevolentiam conciliabat, ut defuncto Clemente VIII. Cardinales eum Pontificia Thiara digniſſimum *cenſerent*, prout ipſemet Cardinalis Perronius ad Henricum IV. Franciæ Regem perſcripſerat: cum autem Medicorum judicio vix tres Menſes ſupervicturus crederetur, non tam ſpe, quam obtinendæ hujus dignitatis metu ſolutus paulopoſt Clementis VIII. obitum anno ætatis ſuæ quinquageſimo primo meritis ac nominis fama celebris obdormivit in Domino, ſepultus in Eccleſia ſui Tituli.

§. CCIV.

Joannes Franciſcus Blandrata Cardinalis mortuus.

Petramell. in elog. Franc. Aug. ab Eccleſ. in Hiſt. Pedem. Ciacon. l. c.

Poſtremus erat Joannes Franciſcus ex Sancti Georgii & Blandratæ Comitibus Caſali anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quinto natus. Hic in pater-

na

na domo liberalibus disciplinis ac Jurisprudentia excultus haud diutius vastam ingenii sui vim domesticis larium angustiis includi patiebatur, ad altiora scilicet indole eum trahente, peregrinasque, nescio quas, gloriæ ac meriti spes eminus ostentante. Detestatus itaque segnis otii torporem inexpertum, in ipso ætatis flore Romam se contulit, Pio V. Pontifici sua oblaturus obsequia, a quo etiam primo utriusque Signaturæ Referendarius, postea cum Cardinali Alexandrino legato ad Hispaniæ, Lusitaniæ & Galliarum Reges pro rebus Sacri fœderis missus summo in pertractandis negotiis adjumento eidem exstitit: Postea a Gregorio XIII. pluribus Præfecturis ornatus, ac ipsius Almæ urbis Gubernator renuntiatus a Sixto V. Aquensem Episcopatum obtinuit, cui Ecclesiæ summo gregis sui proventu aliquot annos præfuit. Rexit quoque Abbas Cænobium Ripaltense: Electo autem Clemente VIII. cui Franciſci merita proprio experimento comprobata erant, Cardinalis tit. Sancti Clementis renuntiatur, paulopost iterato legatus *de latere*, ut vocant, decretus: Enimvero in primæva Ecclesia hoc nomine duntaxat indicabatur omnis ille vel Clericus vel Episcopus, quem Papa *nomine suo* absque ullo ritu in quo-

Sæc. XVII. A. C. 1605.

Sæc. XVII
A. C. 1605

vis negotio sibi commisso ad quempiam ablegabat: hodie autem, elevata Cardinalium dignitate supra Episcopalem, hic titulus nonnisi Purpuratis tribuitur, significatque Legatum non modo a Papa *simpliciter*, ut ita dicam, sed cum auctoritate, potestate, jurisdictione ac Cruce sibi in muneris sui signum prælata ad coronatos Principes deputatum. Cæterum hujus dignitatis splendor adeo non ullum inanis superbiæ fumum Francisco nostro excitabat, *ut potius* novum ad graviora ferenda onera calcar adderet; quippe Ferrariensem civitatem reliquo Pontificatus Clementis tempore haud minori molestia, quam industria, prudentia, nominisque sui gloria regere jubebatur: demum quatuor ante annos Abbas Caramaniæ electus die decima sexta Aprilis anno post Virginis partum millesimo sexcentesimo tertio, relicta Aquensi, Faventinam Ecclesiam administrandam suscepit, in eaque sibi suisque Successoribus marmoreum tumulum paravit, in quo etiam *Lucæ* sepultus requiescit; quippe curandæ valetudinis causa Lucam Italiæ Rempublicam profectus ibidem die decima nona Julii ætatis suæ anno sexagesimo primo mortalitatem exuit, relicta prius pauperibus, suæque Ecclesiæ potissima bonorum parte.

§. CCV.

Sæc. XVII. A. C. 1605.

§. CCV.

Pontus Thiardæus Cabilonenſis Antiſtes mortuus.

Inter Franciæ Præſules literis claros, qui itidem hoc anno naturæ debitum ſolverunt, primo loco recenſendus eſt Pontus Thiardæus ex Nobili genere Biſſiani Diæceſis Macconenſis oppido anno Domini milleſimo quingenteſimo vigeſimo primo natus. Hic puer adhuc mira facilitate trium linguarum cognitione imbutus Poeticæ arti, ac politioribus literis totum ſeſe ſacrabat, tam celeri progreſſu, promptaque Minerva, ut inter ævi ſui Poetas, qui regnante Henrico II. totam Franciam inundabant, præcipuus Gallico idiomate carmina omnibus numeris abſolutiſſima ſcriberet: poſtea Matheſi & Platonicæ Philoſophiæ operam dabat, ac poſtremo cum ad Theologiæ diſciplinam ſe contuliſſet, plures tractatus reconditæ ſcientiæ plenos, Gallice tamen ſcriptos, vulgabat. Præterea ſuo animi candore miraque morum comitate plurimum gratia & favore pollebat apud Carolum IX. & Henricum III. a quo etiam ad Cabilonenſem Epiſcopatum nominabatur, quo Sacro munere per viginti annos ſumma doctrinæ & *Thuan. hiſt. lib.* 134.

Sæc. XVII. A. C. 1605.

pietatis laude defunctus Cyrum ex fratre Nepotem subrogabat. *Cum in libris*, verba sunt Thuani, *assiduus esset, cibo multo, quippe vasto corpore utebatur, & generosa vina, qualia illis locis circa Ararim nascuntur, aqua nulla admista citra tumulentiam bibebat, cumque dormitum iret, quod mirum est, largo se meraci hausta sine valetudinis dispendio proluebat.*

Scripsit præter jam memoratos tractatus *Ephemerides octavæ Sphæræ, commentarium in Philonis Judæi libros*, tractatum *de cœlestibus asterismis, discursus Philosophicos, poemata*, necnon duas lucubrationes *de erroribus amatoriis & de genealogia Hugonis Capeti:* Præterea paulo ante mortem octogenario major *de recta nominum impositione* commentarium vulgabat: Tandem vero integris animi & corporis sensibus Bragniæ die nona Octobris anno ætatis suæ octogesimo quarto mortalitatem exuit.

§. CCVI.

Petri Simonii decessus.

Miræus Aub. Bibl. Script. Sæc. XVII. Andr. Bibl. Belg.

Hunc pari fato sequebatur Petrus Simonius Tilæ in Flandria natus, qui a tenera ætate tum pietati, tum studiis liberalium artium assuefactus Philosophicis disciplinis sese mancipabat, postea felici ad Theologiam gradu pergens sacræ

sacræ militiæ nomen dedit Clericus sanctus: cum vero doctrina, orisque facundia plurimum valeret, primum Cortraci Parochus, postea Gandavi Archipresbyter renuntiatur. Vir erat tam singulari præditus prudentia, ut in bene administranda Republica Albertus Austriæ Archidux Belgii Princeps salutaria ejus consilia non raro expeteret: demum turbis in Flandria per Alexandrum Farnesium nonnihil sedatis, Martino Rithovo defuncto Simonius in Iprensi Episcopatu subrogatur, a suis ovibus tantopere dilectus, ut eidem post obitum suis sumptibus honorificum e marmore tumulum erexerint: decessit autem annos natus sexaginta sex, ob assiduos studiorum labores, nimiamque mentis contentionem viribus penitus exhaustus: priusquam vero mortem oppeteret, Joanni Davidi Jesuitæ suo olim apud Cortracenses Collegæ sacras Conciones aliaque ingenii sui monumenta commendabat, qui ea Plantinianis literis evulganda curavit: Erant autem præcipue hæc I. Tractatus *de Jesu Christi in monte Tabor cum Moyse & Elia colloquio* II. *Apologia contra Calvinum pro veritate Catholica.* III. Libri VIII. *de veritate* IV. tractatus *de hæreseos, hæreticorumque natura.* Sæc. XVII. A. C. 1605.

Sæc. XVII. A. C. 1605.

§. CCVII.

Quidam Societatis Theologi hoc anno defuncti.

Alegamb. Bibl. Soc. Aubert. Mir. l. c. Anton. Bibl.

Hoc item anno e Jesuitarum Societate quidam inter suos nominati Scriptores obiere, quos inter primus est Franciscus Arias natione Hispanus, qui Hispali anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo tertio natus vigesimo octavo ætatis anno Societatem ingrediebatur, ubi per quatuor annos Theologiam, ut vocant, moralem in Collegio Triguerensi professus propriæ potius ac animarum saluti, quam Scientiarum studiis sese celebrem reddebat, qui post uberes Apostolici sui laboris proventus cælo maturus die vigesima tertia Maji anno ætatis suæ septuagesimo secundo Hispali obdormivit in Domino: Ceterum nil nisi ascetica posteris reliquit opuscula, scilicet *de pravitate peccati, præsentia Dei, profectu spirituali & oratione mentali.* Alter est Pater Gabriel de Vega, qui pariter nil nisi artem grammaticam, dictionarium, & annotationes quasdam linguæ Chilensis scripserat. Hunc sequitur P. Petrus de Amasco natione Peruanus, qui Catechismos, Methodos rite confitendi & Grammaticas linguis Tucumanicis evul-

Sæc. XVII. A. C. 1605.

evulgaſſe dicitur. Poſtremus denique occurrit P. Georgius Scherer natione Germanus ex oppido Swaz prope Oenipontum Comitatus Tirolenſis, qui anno poſt reparatam ſalutem milleſimo quingenteſimo trigeſimo nono primam lucem aſpexit, ac vigeſimo circiter ætatis ſuæ anno Societatem complexus Græcas & hebraicas literas necnon Dialecticam docuit. Vir erat eloquentia excellens, atque ad permovendos animos efficax, ab ipſo Matthia Archiduce, ut ei a Concionibus eſſet, ſelectus: repente tamen inter concionandum ſemel oculorum uſu viribusque deſtituitur; cum autem hæretici eum odio plusquam vatiniano inſecuti fuiſſent, mox putido admodum mendacio ſparſerunt, Georgium pro concione dixiſſe: *ſi fides Catholica vera non eſt, illico me Deus coram vobis cæcitate plectat*, ſtatimque his dictis excæcatum, imo mortuum, & clam fuiſſe ſepultum, qui tamen paulopoſt viſu viribusque recuperatis per plures annos Concionatoris officio fungebatur, nonniſi cum magna calumniantium confuſione. Tandem vero die trigeſima Novembris Lintzii apoplexia tactus deceſſit; edidit lingua vernacula plurimos libros contra hæreticos, qui poſtea in duos tomos congeſti in Moravia publici juris facti ſunt:

totidem

Sæc. XVII. A. C. 1605.

totidem quoque tomis comprehenſæ habentur ipſius Conciones in Dominicas & feſta.

§. CCVIII.

Arnoldi Pontaci extrema.

Sammarth. Gall. Chriſt. Abregé de l'hiſt. Eccleſ. tom. 10.

Haud infimum inter Scriptores Eccleſiaſticos locum meretur celebris Arnoldus Pontacus, qui Burdigalæ in Galliis in lucem editus non *minus* generis nobilitate, quam *virtutum ſplendore* claros nanciſcebatur Parentes. Hi, cum bonam in filio indolem ingeniique felicitatem animadverterent, nil curæ reliquum fecerunt, ut is pie educatus cunctis bonis artibus literisque inſtitueretur: nec vana erat piorum Parentum ſpes; quippe Arnoldus nullo ferme negotio intra breve temporis ſpatium præter latinum idioma hebraicam & Græcam linguas invicto diſcendi ardore didicerat, quarum ope Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cum uberrimo eruditionis proventu ſeſe addixit, ſingulari ſtudio Chronologiæ inſudans. Demum præclaro ipſius ingenio, ſcientiarum amplitudine, aliisque raris animi ſui dotibus ſatis ſuperque cognitis a Carolo IX. Galliarum Rege ſeligitur, ut obeunte Franciſco de Balaguier ei a ſecretioribus conſiliis eſſet, quo munere cum ingenti nomi-

nominis sui gloria functus ad Vasatensem Ecclesiam Episcopus circa annum Domini millesimum quingentesimum septuagesimum secundum nominatur. Interfuit quoque Blesensibus Cleri comitiis, postea a Melodunensi Conventu ad Henricum III. in caussa circa disciplinam Ecclesiasticam, & Canonicas Præsulum electiones decretus, tandem meritis, annisque gravis Juberthi in arce sua die quarta Februarii vitæ finem fecit: Posteris ingenii sui monumenta reliquit. I. Opus dogmaticum contra Duplessium Mornæum Calvinistam. II. eruditas Annotationes in Eusebii, Pampili, Hieronymi & Prosperi Aquitanici opera Chronica. III. Commentarium in Prophetiam Abdiam, præter Chorographiam, & versionem quarumdam annotationum Rabbinorum in Prophetas minores. Scripsit etiam plures epistolas eruditione plenas.

Sæc. XVII. A. C. 1605.

§. CCIX.

Antonii Gallonii & Guilielmi Barclaii decessus.

Huic accensemus Antonium Gallonium, qui Romæ institutum Presbyterorum Oratorii professus multa eruditionis suæ specimina edidit, præclarus

Bayle du Pin Bibl. Eccles. Sæc. XVII. Erythr. Pinac. III. pag. 616.

Sæc. XVII. A. C. 1605

clarus Cæsaris Baronii vindex; cum enim hic in suis Annalibus S. Gregorium Magnum Papam nullatenus Ordinis Sancti Benedicti Monachum fuisse asseruisset, mox Constantinus Bellotus Congregationis ac Monasterii Cassinatensis Monachus librum edidit, cui titulus: *Gregorius Magnus Instituto Sanctissimi Patris Benedicti restitutus.* Haud segnior vero Gallonius, apologeticum edidit librum *pro assertis in annalibus Baronii de Monachatu S. Gregorii Papæ contra Constantinum Bellotum, aliosque Monachos Montis Cassini.* Ceterum præter hanc apologiam scripsit anno millesimo quingentesimo nonagesimo primo librum Clementi VIII. nuncupatum, atque ab eo latine redditum *de Cruciatibus Martyrum*, & vitam S. Philippi Nerii. Paris ferme fati socius erat Guilielmus Barclaius Aberdoniæ in Scotia ex vetere ac nobili Barclaiorum familia ortus, qui cum apud Mariam Scotiæ Reginam plurimum valeret, totamque adolescentiam suam ac primos florentis ætatis annos in aula exequendis Aulicorum officiis triviſſet, jam triginta annos natus, vix prima litterarum vestibula adhuc salutaverat: postea vero ad seria animum applicans, cum apud Reginæ Filium & Regni Successorem ob Religionis diversitatem gratia excidisset

Thomass. vit. Doct. Vir.
Calmet Hist. de lorrain. tom. 2. l. 32.

cidiſſet, ex Anglia in Franciam anno Christi milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo tertio contendit, ubi apud Biturices ſub Jacobo Cujacio tum maximi nominis Jurisconſulto in jurisprudentiæ ſtudium tam impigro labore, tantoque profectu incubuit, ut ab eodem Cujaccio juris Civilis publice interpretandi poteſtatem acciperet. Sexto poſt anno a Carolo III. Lotharingiæ Duce ad Muſſipontanam Academiam Juris Civilis Profeſſor nominatus, poſtea ſecretioris conſilii Miniſter ac libellorum ſupplicum Præfectus creabatur, quo munere per plures annos cum maxima laude animique tranquillitate fungebatur, donec Joannem Filium ſuum, quem unicum habebat, Jeſuitis erudiendum tradidiſſet. Hi enim, cum in puero ſummam ingenii docilitatem animadverterent, omnem dederunt operam, ut illum in Loyoliſtarum militiam aggregare poſſent; cum autem ibidem quoque communis eſſet fama, quod hi optimorum ingeniorum aucupium facere ſoleant, rem brevi Joannis Parentes ſubodorati horum conſilia diſturbarunt: inde vero Guilielmus tam atrocem in ſe concitabat tempeſtatem, ut cum uxore & Filio e Lotharingia excedere cogeretur. Igitur in Angliam reverſus a Jacobo I. Rege honorifice excipitur,

Sæc. XVII. A. C. 1605.

Sæc. XVII. A. C. 1605.

cipitur, ad Consiliarii dignitatem amplis stipendiis Londinum evocatus: cum vero avitam Religionem, cui immota fide adhærebat, indies magis opprimi cerneret, maluit Regis oblata repudiare, quam vel leviſſimam desertæ fidei suspicionem incurrere: unde veritus, ne ejus Filius Regi ob ingenii aciem percarus, lenociniis captus a vera fide abduceretur, Anno a partu Virginis milleſimo sexcenteſimo in Franciam revertebatur, in Andegavensi *Academia* primariam Juris civilis Cathedram moderatus, ubi etiam, cum jam per quinquennium docuiſſet, hoc anno vitam cum morte commutavit. Exstant plures illius Commentarii in varios juris civilis titulos: scripsit etiam tractatum de *regno & regali poteſtate adverſus Monarchomachos*, ceteris vero ejusdem lucubrationibus palmam eripit liber de poteſtate jure & imperio Papæ in Reges & Principes sæculares, quem primum ejus Filius decimo post obitum Patris anno publici juris fecit, & contra Bellarmini tractatum vindicavit, edito libro, cui titulus: *Pietas seu vindiciæ pro parente Guilielmo:* Quemadmodum vero Patris liber anno milleſimo sexcenteſimo nono die nona Novembris, ita & Filii vindiciæ quarto post anno die decima Maji a Sacra Congregatione pro-

proscriptæ sunt, ambo tamen libri nunquam avidius, quam post hoc interdictum, uti fieri amat, a literatis fuere conquisiti. Inter Philologos numerari meretur Robertus Constantinus Cadomi in Normannia natus, qui ibidem elegantiores literas, hæbraicam, græcam latinamque linguam professus Historiæ studio sese impendit, ac mortuo Julio Cæsare Scaligero ipsius annotationes in Theophrastum edidit, Auctoremque a Plagii vitio vindicans, plura alia opuscula typis vulgavit. Obiit anno ætatis suæ centesimo tertio integris corporis mentisque sensibus, & præcipue memoria adhuc valida, quæ tamen præcipue in literatis senio confectis inter ceteras animæ facultates prima vacillare ac debilitari incipit. Sæc. XVII. A. C. 1605.

§. CCX.

Ulyssis Aldrovandi decessus.

Enimvero Ulysses Aldrovandus ex Illustri Comitum Aldrovandorum genere ortus præcipuum sibi locum inter Philosophos ac Medicos vendicaret, cum vero scriptorum, quæ posteris reliquit, excellentia æque ac numero vix hoc in sæculo sibi parem habuisset, & insuper naturales suas perveſtigationes doctrinis ad mores instituendos aptissi- *Miræus de Script. Eccles. Sæc. XVII. Bumald. Bibl. Bonon.*

Sæc. XVII. A. C. 1605.

mis præcipue in libris de Quadrupedibus abundanter exornaſſet, haud immerito illum Scriptoribus Eccleſiaſticis accenſemus. Erat is patria Bononienſis, ibidemque Philoſophiæ ac Medicinæ Profeſſor, qui in perſcrutandis naturæ arcanis tam impigrum adhibebat laborem, ut non modo de plantis, animantibus, metallis, avibus & piſcibus undique collectis celeberrimum erigeret Muſeum, ſed inſuper eorum figuram atque naturam fideliſſimo exponeret colore & calamo, ipſusque cuncta inſpiciendi animo remotiſſimas quasque Regiones peragraret: Pictori quoque hac in arte celeberrimo, per triginta & amplius annos, annuum ducentorum aureorum ſtipendium perſolvit. Delineatores etiam ac Sculptores habuit celeberrimos, ut quamaxima fieri poſſet, naturæ imitatione aves &c. deſignarentur. Attamen ex tot immenſis ſumptibus, quos in tot libris conſcribendis, & in Iconibus, quibus illuſtrantur, foſſilium, plantarum & animalium incidendis impendit, adeo viribus, & facultatibus exhauriebatur, ut quamvis Bononienſis Senatus, Montaltus Cardinalis, Franciſcus Urbinatis Dux aliique Italiæ Proceres larga manu ſubſidia contulerint, Ulyſſes tamen non modo novercantis naturæ invidia oculo-

oculorum usum amiserit, sed etiam in Bononiensi Nosocomio summa egestate seniique molestiis confectus die quarta Maji obierit: Hujus celeberrimi Viri lucubrationes, quæ nonnisi caro admodum pretio venditæ in paucis Bibliothecis hodiedum integræ reperiuntur, primo Bononiæ tredecim tomis majoris formæ excusæ prodierunt: ex his ipsemet Author tres Tomos de Ornithologia seu avium Historia, & septem libros de insectis edidit, rursus Francofurti typis impressos. Cum autem Ulysses morti proximus esset, ceterosque suos libros proprio chirographo conscriptos Bononiensi Senatui testamento legasset, hujus cura Joannes Cornelius Uterverius & Thomas Dempsterus tria volumina de quadrupedibus, piscibus & ceteris, reliqua vero, Ovidius Montalbanus Dendrologiam, & Bartholomæus Ambrosius historiam serpentum & Draconum, omnes celebratissimi Bononiensis Academiæ Professores, post Authoris obitum ediderunt, atque exornarunt: Præfatis igitur tredecim voluminibus comprehenduntur Libri V. de Piscibus, viginti de Avibus quatuor de Animalibus exsanguibus. Septem de Animalibus insectis, unus de Quadrupedibus Solidipedibus, alius de Quadrupedibus Bisulcis: Præterea

Sæc. XVII. A. C. 1605.

Sæc. XVII. A. C. 1605.

illius Dendrologia naturalis, Muſeum Metallicum, Hiſtoria Monſtrorum Serpentum & Draconum prodiit. Referunt Scriptorum nonnulli Ulyſſem concinnaſſe etiam tractatum prælo paratum de *Providentia Dei ex animalibus cognoſcenda.*

§. CCXI.

Theodori Bezæ Calviniſtæ interitus.

Adam Melch. in vita Theol. Thuan. lib. 134. Maimb. hiſt. du Calvinij.

Inter Sectarios Scriptores, *qui hoc anno periere*, vix alium *præter Bezam* reperire eſt, qui Calvinianæ ſectæ fanatismo abreptus contra omnes ſibi adverſantes convitiis, calamo, imo ferro & igne, quo hæreticos plecti fas debat, magis impotentibus indomitisque furiis tumultuabatur. Erat is Vezeliis, vetuſto Heduorum oppido die vigeſima quarta Junii anno Chriſti milleſimo quingenteſimo decimo nono Catholicis Parentibus natus; eo enim tempore Lutheri & Calvini hæreſis adhuc in cunis vagiebat: poſtmodum vero Theodorus apud Nicolaum Priorem Longelmeldenſem, Patruum ſuum Pariſiis educatus, ab eodem Aureliam mittitur, ductu Melchioris Wolmari, qui & Calvini Præceptor erat, humanioribus literis operam navaturus; ſub hujus igitur moderatoris diſciplina integrum exegit ſeptennium, intra quod non

Sæc. XVII. A. C. 1605.

non modo in Latino Græcoque idiomate, in Poesi & Jurisprudentia singularem sibi comparabat eruditionem, sed etiam Lutheranæ sectæ venenum liberaliter haurire cæperat: inde Theodorus unacum Wolmaro ad Biturices, ac paulopost Aureliam contendit, atque anno Salutis nostræ millesimo quingentesimo trigesimo nono primam Doctoratus Lauream adeptus Parisios venit, ubi cujusdam Sutoris Parisini uxorem Claudiam nomine, quam nefande adamabat, Genevam secum abduxit: priusquam res innotesceret Parisiis, non modo Longelmeldensi Prioratu, sed pluribus aliis, iisque valde pinquibus beneficiis ornabatur, non sine magno animæ suæ, uti ipsemet fassus est, detrimento, absdubio, eoquod luxuriose & impie vivendo Christi pauperumque patrimonium indignissimus homuncio abliguriisset; quippe præfatam Parisini Sutoris uxorem nomine Claudiam primum sollicitans ejusdem pudicitiam tandem expugnabat, insuper etiam illam sub ficto nomine Candidæ suis versibus magnopere celebrabat, cum autem carmen quoddam, cui ipsus nomen *Juvenilia*, seu melius scurrilia nomen hausit, obscænitates Ovidii, Propertii, Catulli aliorumque hujus generis Poetarum insigniter imitatus composuisset,

Sæc. XVII. A. C. 1605.

necnon quoddam epigrama edidisset, ob hujus infames, turpissimasque fœditates passim pro fœminarum corruptore, pæderasta, & Atheo habebatur, hinc ne in jus Parisiis vocatus capitis adiret periculum, vendito Longelmeldensi Beneficio, furtoque ablatis calicibus aliisque pretiosis & pecuniis Genevam auffugit, abductis secum Claudia & puero quodam, quem *Audebertulum* nominabat. Aliquamdiu ibidem se Catholicum simulabat: postquam vero furtivis cujusdam fœminæ illecebris caperetur, nec eidem nubere concessum fuisset, nisi palam Calvini sectam profiteretur, haud cunctanter fidem Catholicam ejuravit. Anno igitur millesimo quingentesimo quadragesimo octavo rursus cum uxore sua Genevam pervenit, a Genevensibus ad Cathedram & Ministerium vocatus: inde vero Lausannam profectus, ibidem comicam lucubrationem de *Abrahami Sacrificio* præter tractatum *de hæreticis a Magistratu puniendis* adversus Castellionem edidit. Hisce ingenii sui præludiis jamjam se satis dignum exhibebat, ut Calvini amicus, Discipulus, Collega & Calvinistarum Protector atque Apostolus fieret, quorum etiam sortem misertus, cum quosdam ob hæresin punitos comperisset, ad Henricum Franciæ Regem

questum

queſtum ire audebat, quinimo ipſum etiam in Calvinianæ ſectæ ſocietatem allicere haud reformidabat: attamen repulſam paſſus ſua obſequia Condeo Principi ſacrabat, quocum etiam Evangelicus Miles prælio Drocenſi tum commiſſo interfuit. Inde Vezelias in patriam reverſus Sororem ſuam, quæ Sanctimonialis erat, ad fidem Deo & Eccleſiæ abjurandam ſollicitabat, a qua tamen propudioſe rejectus eſt: Tum vero velut ex clade ferocior factus, bellum ceteris Sectariis indixit, ac primo quidem mordacem calamum ſuum adverſus Caſtellionem ſtrinxit, eoquod hic alio Spiritu illuſtratus novi Teſtamenti verſionem a Beza adornatam rejeciſſet: poſtea Franciſcum Balduinum, Brentium, Jacobum Andreæ, Bernarduum Ochinum aliosque pari furore aggrediebatur. Cum ergo apud ſuos ſtrenui Pugilis nomen ſibi conciliaſſet, Rupellas ad Conciliabula Rupellenſe & Neumauſanum necnon ad Colloquium Mympelgardenſe, adverſus Jacobum Andreæ evocatur, ambobus poſt infames rixas & convitia hiſtrionum more Triumphum canentibus. Haud abſimili quoque ſucceſſu Bernæ decertabat. Sæc. XVII. A. C. 1605.

Tandem Beza ingraveſcente ætate tam vehementem patiebatur memoriæ lapſum, ut eorum, quæ mox dixiſſet,

Sæc. XVII. A. C. 1605.

ſtatim obliviſceretur, iis duntaxat mentis retentis, quæ ante plurimos annos memoriæ impreſſa habebat: hoc oblivionis mentis languore fere biennio vexatus, cum quondam ad Concionem ire pararet, ſubita convulſione corripitur, lectoque affixus anno ætatis ſuæ octogeſimo ſexto die tertia decima Octobris mortuus eſt, *ſicut vixit uti Libertinus, Atheus, impius, nulliusque Religionis homo, teſte Maimburgo.*

§. CCXII.

Ejusdem Scriptoris opera.

Weisman. introd. in Hiſt. Sacr. ad Sæcul. XVI. p. 244.

Præter jam recenſita Theodorus quamplurima adhuc varii argumenti edidit opuſcula, quibus orbem nota velut Camerina lutulento ſcommatum, ſcurrilitatum, fallitatum, ac blasphemiarum diluvio inundabat: Percipiatur criſis ac judicium, quod de illis tulerat quidam Recentior Proteſtantium Scriptor certe Calviniſtis haud ingratus: *Dolendum ſane,* inquit ille, *Virum hunc eruditum, multisque egregiis dotibus a natura ornatum & inſtructum, tot veſtigia reliquiſſe in libris ſuis & genere ſcribendi, quæ, dona & gratiam Dei partim per rationem nimis adhuc liberam, partim corruptæ adhuc naturæ affectibus in eo valde impedita & ſufflaminata fuiſſe, oſtendunt,*

dunt: examinet in timore Domini Christianus lector mordacem & liberum stylum, quo sæpissime utitur etiam in argumentis gravissimis, durum & inexcusabilem Bezæ Prædestinatismum, rigidam & inquisitoriam prorsus de puniendis hæreticis sententiam, alieno plane tempore & inopportuno traditam, & per se iniquissimam, quibuscunque etiam coloribus pingatur, & alia id genus plura. Hos vero defectus cum haberet communes cum plerisque adversariis suis, satius utique fuisset & religiosius, si illi non minus ac Beza ipse eosdem severiore sanctificationis & abnegationis studio per gratiam Spiritus Sancti correxissent, neque mutuam sibi invicem occasionem dedissent augendi hoc malum acrimonia Zeli in ordinem divinum, quem Religio præscribit, inter amaras istas disceptationes nequaquam redigendi: præstitisset quoque, dona & dotes hujusmodi virorum, quantum salva veritate ipsa licuit, in usus convertere totius Ecclesiæ, quam ferali odio & aversione omnia dissipare & conculcare, ac præterea hostibus communibus nil nisi ludibrium & occasionem amplissimam profanandi nomen Dei sanctissimum, præbere.

Sæc. XVII. A. C. 1605.

Ceterum Theodori opera Genevæ Eugenii Vignonii literis impressa ac tribus voluminibus majoris formæ comprehensa exstant: inter hæc præcipua sunt. I. *Novum Testamentum unacum literali*

Sæc. XVII. A. C. 1605.

terali commentario, atque annotationibus selectis. II. *Icones seu veræ imagines Virorum doctrina simul & pietate illustrium.* III. *Historia reformatæ Ecclesiæ ab anno* 1521. *usque ad* 1563. Forte Beza obiit us erat, aut tum nulli adhuc in mentem venerat, hujus Ecclesiæ vetustatem ab Apostolorum temporibus repetere. IV. Tractatus *de excommunicatione & Presbyteris contra Thomam Erastum.* V. *Varia carmina*, quæ sane haud obscura sunt Apostolici sui Spiritus lineamenta. VI. Liber *de Ministrorum Evangelii gradibus contra Saraviam.* VII. *Epistolæ Theologicæ.* VIII. Calvini vita. IX. *Confessio correcta, & jussu Pontificis iterum Romæ typis excusa.* Huic libello statim in fronte mendacium velut hædera loræ ibidem vendibili suspenditur; compertum enim habetur, eundem non Romæ, sed Genevæ fuisse impressum. X. *Theodori Presbyteri Rhætensis libellus de hypostatica unione græce & latine editus.* XI. Infamis epistola ementito nomine *Benedicti Passavantii contra Lisetum Parisiensis Curiæ Præsidem.* XII. Anatomia Cochlei ad Conradum Gesnerum. XIII. Satyra contra eundem XIV. Variæ homiliæ, & disputationes contra Brentium, Selnecerium, Papum, Claudium de Xaintes, Jacobum Andreæ, Hoffmannum aliosque.

§. CCXII

Sæc. XVII.
A. C. 1605.

§. CCXIII.

Salomonis Gesneri deceſſus.

Bezæ obitum præceſſerat mors Salomonis Gesneri, qui Boleslavia in Sileſia die ſeptima Novembris primam lucem aſpexit, hoc anno ſeptima Februarii denatus. Hic vix Sexennis Patre ſuo orbatus ad tantas redigebatur incitas, ut Troppaviæ, ubi Scholas frequentabat, ſiliquis & pane furfureo ægre vitam ſuſtentaret. Inde Wratislaviam delatus cujusdam aurifabri Filios inſtituendos ſuſceperat, ſat tenui adhuc ſtudii proſequendi adjumento: quocirca a Nobilibus ac Mercatoribus ſubinde oblato carmine, honeſte mendicandi artificio, ſubſidia aucupans tandem ad Argentoratenſem Academiam contendere valuit, ubi denuo Nobilium Polonorum liberalitate adjutus Magiſter creatus eſt: creſcente indies fortuna Wratislaviam reverſus, commentarium in Ciceronis librum *de fato* edidit, poſtea, ut Rectoris officio fungeretur, patrios lares inviſit, infauſta tamen ipſius ſorte; cum enim quasdam Aſſertiones *de Sacramentis* expoſuiſſet, inter ipſum & Conradum Bergium ac Joachimum Stygium Calviniſtas tam acris exarſerat contentio, ut ambo illum a Syna-

Becman vit. Theol. Gesner.

Sæc. XVII. A. C. 1605. Synaxis communione excluderent; redita autem inter eos pace Gesnerus ad Cœnam, ut vocant, Dominicam accessit, Stygius vero (raro Calvinianæ superstitionis exemplo) nonnisi sinistra manu buccellam panis ei porrexit, additis hisce verbis, *Deus sit Judex inter me & te.* His tamen gesticulationibus Gesnerus parum territus, ut hostium suorum insidias eluderet, Stralsundiam Concionatoris ac Professoris munere decoratus concessit, suis adversariis iram, quam in absentem evomere haud poterant, in relictam Gesneri suppellectilem exonerantibus. Tandem anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo tertio die decima sexta Maji Witembergæ Theologiæ Doctor creatus denuo circa universalem omnium hominum prædestinationem, infestis disputationibus implicabatur, donec omnes Sectariorum Ecclesias in confuso positas deplorans ex vomitu cruento animam exhallaret, annos nonnisi quadraginta sex natus: Posteris reliquit *disputationes in librum Concordiæ*, præter alias *de Deo uno & trino & de Conciliis:* Scripsit etiam *compendium doctrinæ cœlestis; Admonitorium ad Ordines Silesiæ* necnon quæstiones in Genesin.

§. CCXIV.

Sæc. XVII. A. C. 1605.

§. CCXIV.

Duo libri a Parisiensi Facultate Theologica proscripti.

Hoc item anno Sedis Apostolicæ Nuntius quemdam denuntiabat librum, quem Magister Petrus Victorius Palma Cayet, priusquam a Calvini secta ad fidem Catholicam reverteretur, publici juris fecit, ac suæ lucubrationi sequentem inscripsit titulum: *Septenaria Chronologia seu Historia de Pace inter Franciæ & Hispaniæ Reges, in qua memoratu digniora ab anno Christi millesimo quingentesimo nonagesimo octavo usque ad annum millesimum sexcentesimum quartum continentur.* In ea præcipue tres notabantur propositiones, quarum prima erat hæc: „Pontifex qua Pontifex circa es-„sentialia fidei ejusque articulos, qui „nondum sunt definiti, majorem non „habet auctoritatem, quam quisque a-„lius, nisi id ei sit expresse revelatum: „Hæc autem revelatio absque miraculo „non est recipienda. II. Papa ut Epi-„scopus suo Archiepiscopo Ostiensi est „subjectus, ita dispositum legimus a „Majoribus, eo fine, ut Romanus Epi-„scopus se suo Superiori subditum esse „agnoscat, prout & agnitus fuit. III. „Ut Universalis consensus definiatur, necesse

Argentre Jud. Facult. Theol. Paris. tom. 2.

Sæc. XVII. A. C. 1605. „ceſſe eſt, ut unus omnibus præſit, d„hic eſt Spiritualis ille, qui judica„omnia, & a nemine judicatur. 1. Cor„2. v. 15.„ Hæ igitur propoſitiones a Sacra Facultate Theologica Pariſien pluribus Doctoribus examinandæ tradebantur, quibus etiam ſuum judicium ferentibus die trigeſima Junii præfatæ propoſitiones tanquam erroneæ, immoque Pontifici valde injurioſæ, atque ad hæreſin accedentes fuerunt damnatæ, & omnino prohibitæ. Inſuper inhibitum, ne hic liber amplius divulgetur, donec corrigeretur: interea vero non modo illius Author, ſed etiam duo Magiſtri in jus vocabantur, & ille quidem, ut coram Facultate ſe purgaret; hi autem, ut de lata eorum approbatione rationem redderent: ſpargebant enim, quod fraude ac importunitate potius quam libri lectione ad hujus operis approbationem fuiſſent inducti, Authore fidem ſuam interponente, in eo nil niſi ſolam Hiſtoriam, nihilque ad fidem pertinens ibidem contineri. Perceptis omnium reſponſis die prima Auguſti Facultas Theologica habito conventu pronuntiabat, quod cenſura præfati libri jam antea facta typis mandaretur: Eodem quoque hoc anno idem liber Romæ die decima ſexta Decembris ad Indicem librorum, quorum

Lectio

Sæc. XVII. A. C. 1605.

Lectio inhibita est, rejiciebatur. Alium librum, quem P. Davignonius ex Ordine S. Francisci vulgaverat, tanquam Blasphemiis scatentem Facultatis Syndicus denuntiabat, desuper tamen conclusum, examen hujus libri Patri Guardiano suisque Theologis esse committendum, eo fine, ut si hunc librum responsione dignum censerent, ipsimet ad objecta responderent; Certi enim erant Facultatis Theologi, quod privati dispendii formido Franciscanos nequaquam a communi justitiæ bono absterrere valeret.

§. CCXV.

Unicus Cardinalis a Paulo V. renuntiatus.

Die decima octava Julii Paulus V. summus Pontifex primo sui Pontificatus anno Scipionem Caffarellum patria Romanum ex Sorore Nepotem Sacra decorabat Purpura, adjecto titulo S. Chrysogoni: cum vero Pontifex eundem, licet alias meritis insignem, innumeris divitiis ac Sacerdotiis honestasset, haud Nepotismi labem effugere poterat, quamvis spectato Nepotis Pontificii ministerio excusandus foret Pontifex, dum sanguine propinquiorem seligit, si eo nullum fideliorem sibi existimat.

Ciacon. in vic. Pauli V. Marac. in Purpura Marian.

Sæc. XVII. A. C. 1605.

ſtimat. Hic enim pro Officii ſui ratione, oculus, lingua, manus mensque eſt Pontificis, coram illo omnia Chriſtianæ Reipublicæ negotia exponuntur, pertractantur, & conficiuntur. Hijus primum limen terunt Principum, Regumque Oratores. Huic publicæ neceſſitates, tam Eccleſiæ quam ſtatus ſummo Pontifici exponendæ primum deferuntur: ad ipſum quoque Regum, Principum, ac Nuntiorum Papalium literæ & querelæ diriguntur. In omnibus vero præfixum actionibus ſuis finem habeat Gloriam Dei, animarum ſalutem, incrementum fidei & Eccleſiæ, necnon totius Orbis Chriſtiani tranquillitatem: Absque hoc onere Cardinalis Nepotis honor in vitia degenerat, inde lacrimæ & querelæ plurimorum, qui noxios cum innocuis æquali lance ponderantes promiſcue ſcribunt, Nepotes duntaxat in detrimentum Eccleſiæ & flagellum Principum Italiæ aſſumi, illorum prodigalitate, luxu & faſtu Eccleſiæ æraria exhauriri, eos denique in immenſum ex ſpoliis pauperum & eleemoſynarum locupletari, atque ab illis totius diſcindi tunicam Chriſti, quoties uſurpant, diſtrahunt, & ſibi appropriant patrimonium Petri. Hæc autem mala non ex Nepotum Cardinalium officio, ſed ejusdem abuſu

apud

apud paucos dimanarunt, quin propterea Pontifices solo hoc nomine passim culpandi sint, quod Nepotes suos Purpura & dignitatibus decorarint, a quibus, ceteroquin dignissimi, excludendi non forent, quia Nepotes sunt. Sæc. XVII. A. C. 1605.

§. CCXVI.

Ordo piorum Operariorum institutus.

Ad instaurandam Ecclesiæ disciplinam, & rudes in doctrina Christiana instituendos utilem prorsus operam navabat Carolus Carafa ex nobilissima Andriæ Ducum stirpe progenitus. Hic decimo sexto ætatis suæ anno Societatem ingressus, quinto post anno unacum habitu non modo nominis sui existimationem, sed & vitæ integritatem exuit, tandem vero in se reversus, relicta profana militia, totum se piis exercitationibus dederat, ac Sacro Presbyteratus Ordine initiatus, rudes agricolas in Dei cognitione, & Christianæ vitæ actionibus instituere adlaborabat, non sine magno animarum fructu, cujus spe allecti ex Sacerdotibus nonnulli iisdem vacare cæperunt operibus, ac novæ Congregationi, quorum Alumni vocantur *Pii Operarii* hoc anno initium fecere: Attamen adversus eos ingen-

Sæc. XVII. A. C. 1605.

tem tempestatem concitabat dæmonis invidia, qua tamen per Carafæ prudentiam Dei adjutorio subnixam superata, hic cætus a Gregorio XV. anno Christi millesimo sexcentesimo vigesimo primo, & postea ab Urbano VIII. approbatus, confirmatusque est. Hi Sacerdotes nullis quidem Religiosorum votis adstricti sunt, Religiosam tamen perfectionem æmulantur, suisque obtemperant Superioribus, quorum regimen expleto triennio exspirat: Insuper etiam Missiones Apostolicas non sine magno animarum fructu obeunt.

FINIS.

INDEX

INDEX
TOMI LIII.

Academiæ, quas Jesuitæ moderabantur, pro iis intercedunt, 17. flocci habentur. 441.
Acosta Emanuel, Jesuita, ejus vita, mors, & opera. 531.
Agucchius Hieronymus a Clemente VIII. Papa Sacra Purpura decoratur, 487. moritur. 738.
Albanenses opem a Venetis contra Turcas frustra efflagitant. 57.
Alba Regalis a Cæsareis recuperatur, 52. a Turcis occupatur 208.
Albertus Archidux Belgii Gubernator Rhenobergam frustra obsidione liberare tentat, 81. Ostendam obsidet, 83. quædam propugnacula occupat, 87. seditiosos milites frustra compescere nititur, 163. 361. obsessis Sylvaducensibus succurrit, 364. Ostendanæ obsidioni præficit Ambrosium Spinolam, 468. tandem hanc urbem expugnat. 470.
Aldobrandinus Franciscus Pontificii exercitus Dux in expeditione contra Turcas moritur. 45.
Aldobrandinus Petrus electionem Leonis XI. promovet. 583.
Aldrovandus Ulysses, ejus vita, scripta & obitus. 753.
Alexander a S. Francisco, vide *Ubaldinus*.
Algeria ab Hispanis incassum obsidetur, 60. Algerienſium Piratarum naves a Florentinis comburuntur. 483.
Ali Budensis Bassa capitur. 207.
Almonazius Hieronymus Ord. FF. Prædicat. ejus scripta, & mors. 536.
Alvarez Didacus contra Molinam disputat, 2. Molinam nimis liberi arbitrii vires extuliſſe demon-

ſtrat, 178. Pelagianismi Molinam inſimulat. 434.
Alvernius Comes contra Henricum IV. Franciæ Regem conſpirat, 509. capitur, 510. in eum mortis ſententia decernitur. 512.
Amaſcus Petrus S. J. ejus ſcripta & obitus. 746.
Andegavenſis Senatus litem inter Franciſcanos & Recollectos componit, 65. aliam controverſiam movet contra Epiſcopum. 429.
Angli Sacerdotes contra Jeſuitas queruntur, & ſe eorum Regimini ſubtrahunt, 69. eos accusant, 70. a Pariſienſi Facultate defenduntur, 74. Jeſuitas omnium vexationum Authores inſimulant, 75. Hibernos cædunt, 94. *Hiſpanam* claſſem diſſipant. 166.
Anna Jacobi I. Angliæ Regis uxor ad Catholicam fidem inclinat, 373. ut Regem ad eam reducat, a Pontificis Nuntio admonetur. 465.
Antonianus Sylvius Cardinalis, ejus obitus, & elogium, 400. ejus ſcripta. 403.
Antverpia a Calviniſtis fruſtra tentatur. 688.
Aquaviva Claudius Societatis Generalis præpositis de Pelagii erroribus agi petit, 3. Molinæ circa cauſſas partiales non ſuffragatur, 179. ægrotat, 200. Revocationis Regiæ edictum ei minus arridet, 333. de Reformatione Societatis agi decret, 352. a Philippo III. Hiſpaniarum Rege in Hiſpaniam venire jubetur. 360.
Aquis Sextiis, Univerſitas erigitur, 31. Senatus Archiepiſcopum divexat. 62.
Arbella Stuarta a conjuratis in Angliæ Reginam ſeligitur. 369.
Arembergius Comes falſo conjurationis accuſatus ab ipſo Angliæ Rege vindicatur. 372.
Armandus Ignatius Jeſuita reditum Societatis a Rege petit. 318.
Arnbruſter Joannes Jeſuita, ejus opera & mors. 414.
Arrias Franciſcus S. J. ejus vita & obitus. 746.
Arrubal Petrus Jeſuita abſente P. Valentia Molinam vindicat, 199. a Caſſiani erroribus eum diſſer-

dissentire censet, 201. a Cassiani errore Molinam tuetur, 297. 304. a Lemosio refellitur, 305. & 307. ægrotat. 308.
Avila Gonzalius Hispanus, egregius Bellidux Graviam fortiter propugnat, 161. urbem dedere cogitur. 162.
Avila Ludovicus Rhenobergam strenue defendit. 80.
Auria Princeps frustra Algerianos invadit, 60. a Batavis capitur. 605.
Azorius Joannes Jesuita, ejus opera & obitus. 415.

B.

Bannesius Dominicus Ord. FF. Prædicatorum Theologus, ejus vita, opera, mors, & elogium. 533.
Barclaius Guilielmus, ejus scripta, vita & obitus. 749.
Barrallius Emericus Franciæ Legatus conspirationem in Henricum IV. Regem conflatam detegit. 508.
Barnartius Joannes, ejus opera, mors, & elogium. 142.
Baronius Cæsar Cardinalis, ejus judicium de Molinæ sententia, 301. de eo in Papam eligendo agitur, 582. ab Hispanis a Thiara excluditur, 583. Tusco Cardinali, ne in Papam eligeretur, obsistit, 592. 593. & Deckerii librum acri censura perstringit. 645.
Baronius Julius, ejus scripta, mors & elogium. 540.
Basta Georgius Michaeli Waywodæ infensus, 24. Bathorium cædit, 25. Michaelem Waywodam Valachiæ invadit, eumque trucidat, 29. Bistricium occupat, 204. Mosem Ciculorum Ducem profligat, 206. & trucidat, 378. intempestiva severitate Transylvanos coercet, 472. Turcas profligat. 481.
Bastida Ferdinandus sparsos contra Jesuitas rumores dissipare nititur, 168. sui Generalis vices agit, 200. Arrubalis loco disputat, 309. Lovanienssium censuram ægre fert, & Molinæ propo-

positiones temperare nititur, 305. 310. 435. a Lemosio refellitur, 311. acriter disputat, 434. 437. alios Censores incassum petit. 634.
Bathorius Sigismundus Transylvaniam invadit, 22. Cæsari reconciliari petit, 24. a Cæsarianis profligatur, 25. auffugit, 26. Cæsarianos avertere nititur, 205. suorum perfidiam excusat. 207.
Belioſa Comes Protestantibus sectæ suæ usum prohibet, 473. a Botskaio cæditur. 475.
Bellarminus Jesuita Pontifici frustra diffuadet, ne ipsius omnia acta perlegat, 19. Papam Molinæ sententiam non damnaturum vaticinatur, 21. Molinam vindicare nititur. 637.
Benedictinorum Congregatio recens erigitur. 121.
Beza Theodorus, ejus vita & obitus, 756. necnon ejusdem opera. 760.
Bironius Dux seditionem concitat, 218. proditur, 222. capitur, & capite plectitur. 225.
Blackwellus Georgius Archipresbyter Angis Sacerdotibus præficitur, 70. ob favorem in Jesuitas ab iis vexatur. 71.
Blandrata Joannes Cardinalis, ejus vita & obitus. 740.
Bocherius Petrus, ejus opera, mors, & elogium. 135.
Boiſſardus Joannes, ejus vita, opera & obitus. 270.
Bonviſus Bonvisius Cardinalis, ejus obitus & elogium. 404.
Boſſutius Jacobus, S. Congregationis Consultor, hucusque actitata succincte referre jubetur. 18.
Botskaius Stephanus a rebellibus in seditionis caput eligitur, 474. Cæsareos profligat. 475.
Bovius Antonius Carmelitarum Regens Molinæ dogmati favet, 8. & seq. a ceteris Consultoribus semper dissentit, 187. Molinam nec cum Pelagio, nec Cassiano sensisse censet, 189. 200. & seqq.
Breviarium Romanum, ejus usus commendatur, 254.
Brixienſe Concilium, ejus decreta. 353.

Brownistarum secta in Anglia. 151. 238.
Brochius Georgius in Jacobum I. conjurat, 370. laqueo necatur. 372.
Brunsvicensis tumultus, 663. obsidetur urbs. 665.
Bubalus de Cancellariis Innocentius a Papa Cardinalium Collegio adscribitur. 486.
Bucquoius Longavillanus Ostendanæ obsidioni præsens. 86. 89.
Buda a Christianis incassum obsidetur. 211.
Bullionius Dux conjurationis Bironianæ conscius, 233. Principum patrocinium implorat, 233. ab Electore Palatino commendatur, 278. in Regem conspirat. 649.
Buffet Desiderius Carmelita, ejus opera, obitus, & elogium. 416.
Burdegalensis Senatus, ejus contentio contra Archiepiscopum. 246.
Burghesius Camillus, vide *Paulus V.*

C.

Cæcilius Robertus Essexiæ Comiti infensus, ejus excidium promovet. 130.
Caffarellus Scipio a Papa in Cardinalem nominatus. 767.
Calvinistæ cum Heidelbergensibus colloquium habent, 278. Vapinci de sua secta conferunt, 384. Papam esse Antichristum, velut fidei articulum statuunt, 387. a S. Francisco Salesio convertuntur, 483. disputationem ab eo etiam provocati declinant, 485. seditionem conflant in Henricum Franciæ Regem. 507. 649.
Cameracensis Synodus, ejus decreta. 499.
Canisa Hungariæ propugnaculum irrito successu obsidetur. 44.
Carafa Carolus, Author Congregationis Piorum Operariorum. 769.
Carmelitæ ubique Fratres de Redemptione præcedunt, 256. declarantur esse de Ordine Mendicantium, 391. in Persidem ad prædicandum Evangelium a Papa mittuntur, 496. Conventus erigendi facultatem habent. 699.

Carolus Borromæus, de eo Beatis adſcribendo agitur. 522.
Carolus Lotharingius Cardinalis Benedictinorum Reformationem promovet, 121. circa Epiſcopatum Argentinenſem contendit cum Brandeburgico Duce. 280.
Carvallius Antonius, ejus opera, obitus & elogium. 139.
Caſſovienſes Proteſtantes adverſus Cæſarem ſeditionem concitant. 473. 477.
Catholici contra Lutheranos Ratisbonæ diſputant, 97. falſo ſibi Jacobi Regis Angli patrocinium pollicentur, 289. fidei libertatem a Jacobo I. fruſtra petunt, 374. a Proteſtantibus *divexantur*. 505.
Cayet ejus Septenaria chronologia a Pariſienſi Facultate Theologica proſcribitur. 767.
Charron Petrus, ejus obitus, opera & elogium. 419.
Charturitus Thomas, ejus fata, & ſcripta. 15.
Chirrinus Petrus Jeſuita, ejus opera, mors & elogium. 531.
Clemens VIII. Papa Molinæ doctrinam rurſus examinari præcipit, 1. a Philippo III. Hiſpaniarum Rege ad decidendam cauſſam urgetur, 11. 19. Jeſuitas huic deciſioni reluctaturos timet, 13. Commendatitias literas pro Jeſuitis obtinet, 14. cuncta hucusque acta proponi petit, 18. varia diſciplinæ Eccleſiaſticæ ſtatuta condit, 31. Betum Raymundum Sanctorum albo inſerit, 38. Chriſtianos Principes ad Bellum contra Turcas incaſſum ſollicitat. 42. a quodam Jeſuita ad Caniſæ obſidionem urgendam animatur, 44. item inter Anglos Sacerdotes & Jeſuitas componit, 70. ad compeſcendos ſeditioſos milites Belgicos Nuntium irrito ſucceſſu ablegat, 165. omnibus diſputationibus circa gratiam intereſſe ſtatuit, 168. Molinæ doctrinam rurſus examinari præcipit, 169. eosdem Cenſores additis novis confirmat, 170. hanc cauſſam definire ſolli-

ſollicitatur, 171. novam moleſtiam a Jeſuitis ſuſtinet, 171. ad pacem & deſerendam Molinæ doctrinam eos hortatur, 175. Molinæ propoſitiones circa liberum arbitrium cum D. Auguſtino conferri jubet, 177. 180. contra Molinæ vindices diſputat, 180. 193. novos Cardinales tanquam controverſiæ Judices accerſit, 193. contentiones inhibet, 194. Molinæ doctrinam cum Caſſiani erroribus conferri jubet, 199. propoſitionem de abſentis abſolutione damnat, 202. circa duellantium abſolutionem edictum promulgat, 215. ad Henrici IV. Regis querelas contra Hiſpanos & Sabaudos reſpondet, 228. pacem Hiſpanos inter & Gallos ſervari curat, 250. Caroli Molinæi libros damnat, 251. varias edit Conſtitutiones, 253. alias Molinæ propoſitiones cum Caſſiano conferri jubet, 296. ipſus Molinæ cauſſam diſcutit, 307. cum V. P. Joanne a Jeſu Maria Carmelita Excalceato deſuper confert, 307. rurſus ab Hiſpaniæ Rege ad definiendam hanc controverſiam ſollicitatur, 313. Jeſuitas in Franciam revocari urget, 315. Targonum egregium Machinatorem Catholicis ſubmittit, 366. varias edit Conſtitutiones, 392. ceteras Molinæ propoſitiones diſcuti jubet, 433. novos Cardinales pro hac controverſia ſeligit, 441. de Scientia media agi permittit, 446. Cardinales octodecim creat, 485. Carmelitas Excalceatos in Perſidem ad prædicandum Evangelium mittit, 496. Franciæ Regis querelas contra Hiſpanos excipit, 513. varias edit Conſtitutiones circa Religioſos, Confeſſarios, Canonicos & Eccleſiæ ritus, 514. & ſeqq. de SS. Carolo Borromæo & Ignatio Loyola Beatorum Albo inſcribendis agit, 522. Ordinem militarem B. V. Mariæ de Carmelo confirmare intendit, 525. dubium circa adminiſtrationem S. Ordinis Presbyteratus exortum diſſolvit, 554. Jeſuitarum Generalem in Hiſpaniam mittere, a Philippo III. jubetur, 560. quintum examen

Molinisticæ doctrinæ absolvit, 566. magna molestia a Cardinale Farnesio afficitur, 570. Molinæ doctrinam damnare statuit, 574. adversa ejusdem valetudo, 578. moritur, 579. ejus elogium, 580. Eidem Leo IX. succedit, 583. Poloniæ Regi pro ducenda uxoris suæ defunctæ sorore legis veniam offert. 734.

Cobanus Calvinista conjurationis in Angliæ Regem conflatæ conscius, 369. vitæ gratiam obtinet. 371.

Cobos Christophorus Jesuita Molinam defendit. 26.

Colinus Dominicus in odium fidei trucidatur. 239.

Colonitsius Sigefridus, Botskaium frustra ad pacem & fidem Cæsari servandam hortatur, 477. 478. Turcas profligat. 481.

Concilium Brixiense, ejus decreta, 353. Cameracense, 499. Namurcense. 501.

Conclave pro electione Leonis XI. 582. pro Paulo V. 591.

Confessio, eam absenti fieri posse, docuit quidam Jesuita, 173. 203. hæc propositio damnatur, 202. varia circa Confessarios decreta. 243.

Congregationes Romanæ, varia earum decreta. 31. 35. 241.

Congregatio Benedictina SS. Vitonis & Hydulphi, 121. a Papa confirmatur. 127.

Conjuratio pulveraria contra Jacobum I. Angliæ Regem. 709.

Constantinus Robertus, ejus scripta & obitus. 753.

Consultores undecim pro examinandis viginti Molinæ propositionibus nominantur, 2. easdem plerique Pelagianas esse censent. 5. 435.

Conti seu de Comitibus Carolus, a Clemente VIII. Papa Cardinalium Collegio adscribitur. 485.

Coquillius Guido, ejus opera, & obitus. 410.

Cordesius Antonius, ejus opera, vita, & elogium. 139.

Corduba Casparus, Dominicanus, ejus mors, & scripta. 536.

Coretus Petrus, ejusdem scripta & mors. 268.

Cotonus Petrus Jesuita Regem comitatur, 326. Regis ac Procerum Gallorum amicitiam sibi conciliat, 327. ab æmulis vulneratur. 351.
Covarruvias Antonius, ejus mors, opera & elogium. 267.
Culmensis Concilii Statuta. 669.
Curiensis Concilii decreta. 668.
Crucius Ludovicus Jesuita, ejus obitus, & opera. 531.

D.

Davignonius Franciscanus, ejus liber apud Parisiensem Facultatem Theologicam denuntiatur. 767.
Decherius Joannes, ejus liber acri censura a Baronio perstringitur. 645.
Delphinus Joannes inter Cardinales Presbyteros a Clemente VIII. Papa cooptatur. 486.
Demetrius fidem Catholicam in Moscoviam invehere spondet, 731. suum æmulum profligat. 732. in Moscoviæ Ducem eligitur, 733.
Desiderius de Curia Benedictinus Ordinis sui reformationem novamque Congregationem erigit, 122. magnas patitur difficultates. 223.
Donawerthani Lutherani adversus Catholicos seditionem concitant, 701. Templa eis eripiunt, 704. Religionis Catholicæ usum prohibent, 706. supplicantium agmen illata vi disturbant, 708. a Cæsare tanquam publicæ tranquillitatis perturbatores declarantur. 709.
Doria seu ab Auria Joannes a Clemente VIII. Papa Cardinalium Collegio adscribitur. 487.
Duellantium pœnæ. 214.

E.

Elisabetha Angliæ Regina Jesuitas, & Sacerdotes Catholicos proscribit, 80. Hibernos Catholicos profligat, 96. Essexiæ Comitem deperit, 129. illum instigante Cæcilio in Hiberniam ablegat, 130. comprehendi jubet, 131. adversus eum judicii acta instrui præcipit, 133. sua mutabilitate

tate se ridiculam reddit, 133. illum capite plecti jubet, 135. arrogantius Bullionium conjurationis reum protegit, 233. duos Catholicos trucidari jubet, 239. moritur, ejus indoles, 281. eidem Jacobus VI. Scotiæ Rex succedit. 287.

Emanuel Carolus a Clemente VIII. Purpuratorum Collegio accensetur. 487.

Emanuel Sabaudiæ Dux de conjuratione per Bronium conflata insimulatur, 228. Genevam incassum occupare nititur. 248.

Embdenses cives adversus suum Principem tumultuantur. 502.

Enno III. Frisiæ Orientalis Princeps a Protestantibus suis subditis vexatur. 503.

Ericus Virodunensis Episcopus Benedictinorum reformationem promovet. 122. de nimio in Jesuitas favore accusatur. 122.

Essexiæ Comes cum Tyrennio Comite inducias pangit, & propterea apud Elisabetham accusatur, 94. 129. a suis æmulis ab Elisabetha Regina in Hiberniam amandatur, 130. capitur, 130. Londino excedere jubetur, 131. Presbyterianos ad seditionem sollicitat, 131. detegitur rebellio, 132. Londinenses frustra in opem implorat, 132. auffugit, 133. coram Judicibus sistitur, 133. accusationis capita diluit, 134. a suo Ministerio ad exactam criminis confessionem inducitur, 134. capite plectitur, 135. ejus manes divexant Elisabetham Reginam. 282.

F.

Farnesius Cardinalis cuidam scelerato asylum in suo Palatio indulget, 570. exinde gravis oritur tumultus, 571. opera Parmensis Ducis componitur. 572.

Fauhetus Claudius, ejus opera, mors, & elogium. 141.

Ferdinandus Austriæ Archidux Protestantes expellit, 477. motus inde in Styria oriuntur. 478.

Ferdi-

Ferdinandus Etruriæ Dux Algeriam infeſtat. 482.
Fontanus Comes Mediolani Gubernator, Bironianæ conjurationis ſuſpectus habetur. 221. 223.
Franciſcani contra Recollectos litem movent. 65.
Franchiſius Vincentius, ejus opera, mors, & elogium. 142.
Fridericus Palatinus Elector, Bullionii ſeditioſi patrocinium in ſe ſuſcipit, 278. Proteſtantium Fœderatorum caput. 381. 383.
Fürſtenbergius Theodoricus Paderbornenſis Epiſcopus a Proteſtantibus divexatur. 505.
Fuliacenſes Toloſæ conventum erigunt. 432.

G.

Gabor Bethleem reſuſcitata rebellione profligatur. 474.
Gallicani Cleri Comitia. 655.
Gallonius Antonius, ejus ſcripta & obitus. 749.
Garnetus Jeſuita conjurationis in Jacobum Regem conflatæ conſcius, 711. eam non detegit. 712.
Geneva urbs, a Sabaudis irrito conatu infeſtatur, 248. civium furor in Sabaudos. 249.
Gerardius Jeſuita conjurationis conſcius, 719. ex Anglia auffugit. 729.
Gesnerus Salomon, ejus ſcripta & obitus. 763.
Georgius Brandeburgicus Dux de Epiſcopatu Argentinenſi cum Lotharingio contendit. 280.
Geſualdus Alphonſus Cardinalis, ejus obitus & elogium. 397.
Giphanius Hubertus, ejus vita, obitus, ſcripta & elogium. 538.
Glandorpius Joannes Petrus, illius ſcripta, & obitus. 276.
Glaſerus Philippus, ejus mors, opera, & elogium. 150.
Glaſerus Theophilus, illius opera & obitus. 423.
Grifinus Marchamus Catholicus ex conjuratis unus vitæ gratiam obtinet. 371.
Gratia ex ſe efficax, de ea diſputari petunt Jeſuitæ, 639. De ea diſceptatur, illaque adſtruitur. 643.

Gravia

Gravia a Mauritio obſidetur, & capitur. 161. 164.
Grayus Calviniſta in Jacobi I. Angliæ Regis necem conjurat. 369.
Gretſerus Jacobus Jeſuita Ratisbonæ contra Lutheranos diſputat, 99. S. Scripturam non eſſe unicam normam, 101. ſed Eccleſiam eſſe judicem probat. 113.
Grienwellus Jeſuita conjurationis pulverariæ conſcius, 719. ex Anglia profugit. 729.
Guilielmus Borgiæ Dux, Jeſuitarum cauſſam Pontifici commendat. 14.
Guilielmus Neoburgicus Dux de veritate Sectæ ſuæ dubitare incipit. 115.
Gynnaſius Guilielmus a Clemente VIII. Purpura honoratur. 485.

H.

Hailbrunnerus Philippus contra Catholicos Ratisbonæ diſputat, 98. falſa dialectica utitur. 104.
Hal Richardus, ejus Scripta & obitus. 544.
Hamptonianum colloquium inter Angliæ Epiſcopos & Puritanos. 448.
Harderus Wolfgangus, ejus opera, mors, & elogium. 149.
Harlæus Pariſini Senatus Præſes Jeſuitarum rectum præpedire nititur, 327. cedere cogitur. 355.
Henricus Cajetanus Cardinalis Anglicanæ Eccleſiæ Protector litem inter Anglos Sacerdotes & Jeſuitas componere nititur. 72.
Henricus IV. Galliæ Rex a Turcarum Imperatore ad ferendas ſuppetias ſollicitatur. 53. edictum contra Duellantes promulgat, 214. ejus Filius veneno impetitur, 216. de Bironii Ducis ſupplicio admonetur, 225. contra Hiſpaniæ Regem & Sabaudiæ Ducem apud Papam queritur. 228. Eliſabethæ patrocinio inſuperhabito in Bullionium conjurationis reum inquiri jubet, 234. cum Helvetiis fœdus init, 237. Genevenſes contra Sabaudos protegit, 250. controverſiam inter Lotharingium & Brandeburgicum de Argenti-

gentinenſi Epiſcopatu componit, 280. ad Jacobum Angliæ Regem Legatos mittit, 292. eidem Catholicos commendat, 297. cum ipſo Rege fœdus paciſcitur, 295. Jeſuitas in Franciam revocare, Papa rogatur, 315. etiam a Jeſuitis ſollicitatur, 318. eis redeundi facultatem pollicetur, 325. Regio edicto eos revocat, 329. Harlæi orationem refellit, 346. ad Proteſtantium fœdus ſollicitatur, 382. Calviniſtarum petulantiam execratur, 387. Pyramidem Jeſuitis probroſam deſtrui jubet, 428. conjurationem in ſe conflatam detegit, 507. alia in eum concitatur ſeditio, 509. reorum ſupplicia moderatur, 513. de Hiſpanis ob hanc conjurationem apud Papam queritur, 513. Calviniſtis comitia celebrare permittit, 647. proditionem in ſe conflatam detegit, 646. ingens vitæ periculum eluctatur, 654. ad Cleri poſtulata reſpondet. 658.

Heurnius Joannes, ejus opera, mors & elogium. 140.

Heuterus Pontus, ejus mors, & opera. 261.

Hiſpani ab Anglica claſſe profligantur. 166. 689.

Hofmanus Daniel inter Lutheranos ſchisma conflat, 154. palinodiam ficte canit. 155.

Hoſta Nicolaus, omnia ſecreta Hiſpanis detegit, 507. in fuga demergitur. 509.

Hugonottæ, vide *Calviniſtæ* comitia celebrant, 646. in Regem conſpirant, 649. ſectam ſuam propagant, 660. 666. eorum crudelitas in Catholicos. 690.

Hunius Ægidius Ratisbonæ contra Catholicos diſputat. 99. 105. injuſte conqueritur, 112. ejus Filius ad fidem Catholicam revertitur, 115. Ægidius ſuum Lutherum vindicare nequit, 118. Hofmanum divexat. 154. moritur, 421. ejus opera. 422.

Huraltus Aquenſis Epiſcopus circa jurisdictionem Eccleſiaſticam cum Aquenſi Senatu contendit. 62.

I.

Jacobus I. Angliæ Rex inauguratur, 288. Catholicorum fautor falso creditur, 288. Anglicanæ sectæ professionem promulgari jubet, 207. Franciæ Legatos excipit, 292. fœdus cum Gallis init, 295. seditio in eum conflata detegitur, 368. conjuratis veniam impertitur, 371. Catholicorum & Arembergii Comitis innocentiam vindicat, 372. Catholicos divexat, 372. ejus uxor in Catholicam Religionem inclinat, 373. acriter increpat Puritanos, 449. Jesuitas ex Anglia ejicit, 456. oratione sua in comitiis habita invidiam in se concitat, 457. 463. Standenum carceri mancipare jubet vano ex obtentu, 464. de Pontificis nuntio queritur ob Annam uxorem ad fidem Catholicam sollicitatam, 465. in ejus necem conjuratur, 709. conjuratio detegitur, 713. in comitiis desuper queritur, 718. Catholicorum Principum innocentiam vindicat, 726.

Jagenreuterus Pestum urbem per summam ignaviam Turcis relinquit, 480. in vincula conjicitur. 480.

Jesuitæ errores Pelagii exponi petunt, 3. in sui favorem commendatitias Principum literas extorquent, 13. ad dissipandos damnandæ sententiæ suæ rumores publicas theses exponunt, 22. litem habent contra Sacerdotes Anglos, 67. ab iis accusantur, 69. 73. suis contra Elisabetham libris vexationum in Catholicos Anglos causas sunt, 75. ex Anglia proscribuntur, 79. examen Molinæ propositionum declinant, & ejus librum castigari petunt, 168. defendunt, non esse de fide hunc hominem esse summum Pontificem, 172. ad preces Pontificis in Franciam revocantur, 315. ab æmulis vexantur, 391. de eorum reformatione agitur, 352. ex Anglia ejiciuntur, 456. cur in Pegnam Rotæ Romanæ Decanum odium conceperint? 524. variæ contra eos querelæ in Hispania moventur, 360. Molinæ doctrinam damnari timent, 577. id ipsimet

ipsimet fatentur, *ibid.* Papam novum a discutiendis controversiis Molinæ quæstionibus absterrere nituntur, 579. Censores, qui Molinæ doctrinam perstrinxerunt, tanquam indoctos & partium studio abreptos nequiter accusant, 634. alios subrogari petunt, sed repulsam ferunt, 635. de conspiratione in Jacobum I. Regem falso accusantur, 711. duo ex ipsis conjurationis conscii ex Anglia auffugiunt, 729. in Moscovia hospitium accipiunt. 734.

Ignatius Loyola. de eo Beatis adscribendo Romæ agitur. 522.

Imbertus Arelatensis Sacerdos ob enormia scelera plectitur. 62.

Joannes Thaddæus Carmelita Discalceatus a Clemente VIII. ad Missionem Persicam ablegatur, 497. perbenigne a Persarum Rege excipitur, 498.

Isidorus a S. Ægidio Carmelita, ejus opera, mors, & elogium. 144.

L.

Laffinius Bironii seditionem prodit. 222.

P. Lemos contra Molinam disputat, 2. ejus propositiones a D. Augustino alienas esse demonstrat, 185. 193. Molinam cum Cassiano sentire docet, 297. ceteras Molinæ propositiones D. Augustino repugnare ostendit, 433. acriter Bastidam exagitat, 437. 444. 447. ea, quæ damnanda & definienda essent, proponere jubetur. 633.

Leo XI. vide *Medicæus.*

Lombardus Petrus, Armachanus Archipræsul habita oratione Papam ad definiendam gratiæ controversiam permovere nititur. 599.

Lotharingius Carolus Ellebovii Dux moritur. 677.

Lovanienſium censura Jesuitis infesta. 305. 435.

Ludovicus XIII. Franciæ Delphinus veneno impetitur. 217.
Ludovicus Petrus S. J. ejus opera & obitus. 272.
Lummius Joannes, ejus vita, mors, opera & elogium. 265.
Lutherani contra Catholicos Ratisbonæ disputant. 97. inter se dissident. 152. Palatini cum Heidelbergensibus conventum habent, 278. a quodam hæresiarcha perstringuntur, 359 Marpurgi tumultuantur, 660. Catholicos crudeliter vexant, 685. Donawerthæ tumultuantur. 701.

M.

Maczieiowski Bernardus a Clemente VIII. Purpuratorum Collegio adscribitur. 486.
Mærargæus Nobilis in Franciæ Regem conspirat. 652.
Madrutius Carolus Papa Cardinalis creatur. 486
Mafeius Joannes, ejus opera & obitus. 412.
Magius Laurentius Jesuita Pontificium dissolutæ matrimonii diploma Henrico IV. Regi offert. 316. hac occasione Jesuitarum reditum in Gallias sollicitat. 317.
Mahometes III. Turcarum Imperator Albam Regalem amittit, 53. Henricum IV. Franciæ Regem ad ferendas suppetias sollicitat, 53. vide *Turcæ*, moritur, 388. Ejus crudelitas, 389. Achmetes eidem succedit. 479.
Malaspina Marchio a suis non cognitus graviter vulneratur. 364.
Maria Magdalena de Pazzis Sancta Virgo Carmelitana Jesuitarum reditum in Franciam sollicitat, 317. brevem Pontificatum Leoni XI. prædicit. 589.
Maria Medicæa Regina reditum Jesuitarum in Gallias a Deo petit. 317.
Marion Ludovicus Carmelita, ejus opera, mors & elogium.

Mar-

Marpurgenſis Lutheranorum tumultus, 660.
Marzatus Anſelmus ex Capuccino creatus Cardinalis. 487.
Matthæus Hieronymus Cardinalis, ejus vita, obitus, & elogium. 406.
Mathias Auſtriæ Archidux in Turcas movet, 209. Budæ obſidionem ſolvit, 214. Strigonienſibus obſeſſis opem fert. 481.
Mauritius Naſovius Proteſtantium Fœderatorum Bellidux Rhenobergam obſidet occupatque, 97. Sylvamducis cingit, 90. in Brabantiam irruere tentat, 159. Graviam deditione capit, 160. ſeditioſos milites in ſuam fidem recipit, 362. incaſſum Sylvam-Ducis obſidet, 362. Sluſam obſidet & expugnat, 467. Iſendikam urbem & Inſulam Catſandam capit, 468. Marpurgi Calvinismum inducit, 660. a Spinola multiplici clade afficitur. 692.
Maximilianus Bavariæ Dux diſputationem contra Lutheranos Ratisbonæ inſtitui jubet. 97.
Mazarius Cardinalis Paulum V. ad decidendam controverſiam de auxiliis perſuadere nititur. 633.
Medicæus Alexander apud Henricum IV. pro Jeſuitarum revocatione ſollicitare jubetur, 315. in Papam eligitur, 583. nomen Leonis XI. aſſumit, 584. ejus encomium, 585. moritur. 589.
Medina Bartholomæus ex Ord. FF. Prædicatorum, ejus vita, mors, & opera. 536.
Melitenſes in Turcas movent, 234. eis quasdam urbes devaſtant. 375.
Mendoza Hiſpanus Dux ſeditioſos milites compeſcere nititur. 163.
Mercurius Philippus Cæſarei exercitus Dux Albam Regalem Turcis eripit, 50. eos profligat. 52.
Methius Ezechiel fanaticam excogitat hæreſin, 556. a Lutheranis carceri datur. 559.

Michael Waivoda Tranſylvaniam Cæſari vindicare nititur, 23. Bathorium cædit, 25. adverſus Cæſarem rebellionem concitat. 27. trucidatur, 29. accuſationis capita in eum prolata. 29.
Miletus Vitus, ejus ſcripta, vita, obitus & elogium. 542.
Mironus ſeu Miræus Andegavenſis Epiſcopus a Senatu divexatur. 430.
Molina, ejus doctrina quarto examine diſcutitur, 1. de illius ſententia mox damnanda rumor ſpargitur, 19. ejus propoſitiones de libero arbitrio cum D. Auguſtino conferuntur, 180. ab eodem diſcrepare cenſentur, 187. 190. 191. Pelagii erroribus accedere creduntur, 195 cum Caſſiani errore convenire deprehenduntur, 199. 201. 298. 300. 305. aliæ ejus propoſitiones cenſuris perſtringuntur. 433.
Molinæus Carolus, ejus libri a Papa damnantur. 251.
Monreal Antonius S. J. ejus libri, obitus, elogium. 272.
Montaltus Franciſcus Bellarminum de damnanda Molinæ ſententia monet. 2.
Moravia a ſeditioſis militibus devaſtatur. 684.
Morganus in Henricum IV. Regem conjurat, 511. capite damnatur. 512.
Moſcoviæ tumultus, 730. vide *Demetrius*.
Moſes Ciculorum Dux rebellis a Cæſareis profligatur, 206. aliquas urbes Cæſareis eripit, 378. trucidatur. 379.

N.

Namurcenſe Concilium, ejus decreta. 501.
Nepotismus, quando in Papa vituperandus ſit. 760
Newillus Henricus Eliſabethæ Reginæ juſſu carceri datur. 135.

O.

Operariorum piorum Congregatio recens instituitur. 760.
Oracus Joannes Jesuita, ejus opera & obitus. 415.
Orante Melchior Jesuita, non esse, de fide hunc hominem esse Pontificem propugnat, 171. carceri mancipatur, 171.
Ordo militaris B. V. Mariæ de monte Carmelo in Galliis erigitur. 525.
Ossatus Arnaldus Cardinalis, moritur, 489. ejus elogium & opera. 493.
Ostenda, ejus obsidio inchoatur, 83. Catholici incassum irruptionem tentant, 88. 158. vario Marte pugnatur, 366. diversæ machinæ excogitantur, 367. eam Catholici omnibus viribus oppugnant, 466. a Catholicis tandem expugnatur. 470.

P.

Paghius Franciscus in odium fidei ab Anglis trucidatur. 239.
Pamphilus Hieronymus a Clemente Papa Cardinalibus accensetur. 487.
Parisiensis Facultas circa licentiam excipiendi Confessiones quasdam damnat propositiones, 30. quædam lis inter Sorbonicam & Navarricam Scholas componitur, 240. duos libros proscribit. 760.
Parisiensis Senatus Jesuitarum reditum in Gallias præpedire nititur. 327.
Parmensis Dux tumultum Romæ excitatum componit. 572.
Pater Petrus a Matre Dei Carmelita Excalceatus Ordinis Equitum B. V. Mariæ de monte Carmelo institutionem Romæ promovet, 525. Leoni XI. morienti assistit. 588. 590.

P. Paulus Simon Carmelita a Clemente VIII. ad Miſſionem Perſicam ablegatur. 497.
Paulus V. ex Burgheſiana familia in Papam eligitur, 594. ejus elogium, 596. Molinæ cauſſam reaſſumit, 597. coram ſe Congregationes haberi præcipit, 633. priores Conſultores confirmat, 636. ejus Conſtitutiones. 697.
Pecelius Chriſtophorus, ejus opera & obitus. 545.
Pegna Franciſcus Congregationi a ſecretis, ejus cur Jeſuitarum odium in ſe concitarit. 54.
Perezza Martinus, Carmelita, ejus vita, mors, opera, & elogium. 532.
Perkinus Guilielmus, ejus opera, & obitus. 275.
Peronius Davinus Jacobus a Papa Purpura Romana decoratur. 486.
Perſarum Rex Carmelitas diſcalceatos tanquam Miſſionarios admittit, 496. Turcas cædit. 687.
Perſonius Jeſuita Anglos Sacerdotes durius habet, 73. ſuo contra Eliſabetham libro eam ad Catholicos divexandos concitat, 75. ab Angliæ Rege odio habetur. 465.
Peſtum a Chriſtianis occupatur, 210. ignave deſeritur. 479.
Peucerus Caſparus, ejus ſcripta, obitus, & elogium. 276.
Philippus III. Hiſpaniæ Rex ad definiendam controverſiam Pontificem urget, 11. 198. fruſtra Algerianos invadere tentat, 62. Hibernis Catholicis opem fert, 94. Papam ad dirimendam controverſiam de auxiliis ſollicitat, 171. 313. de conjuratione per Bironium conflata injuſte accuſatur, 228. ejus innocentia vindicatur, 230. Marchionibus Spinolis belli Belgici curam committit, 356. non ſine immenſis expenſis Oſtendam expugnat. 470
Philippus Ludovicus Neoburgi Dux diſputationem Catholicos inter & Lutheranos inſtituit. 98.
Pimenta Emanuel Jeſuita, ejus opera & obitus. 415.

Pighius Stephanus, ejus mors, opera, & elogium. 527.
Plumbinus Joannes Conſultor Molinæ dogmati favet, 7. & ſeqq. ejus propoſitionem eſſe probabilem cenſet, 187. ſæpe Molinam excuſat, 189. & ſeqq. cum Caſſiano quoad aliqua ſenſiſſe cenſet. 201.
Pontacus Arnoldus, ejus ſcripta & deceſſus. 748.
Pontus Thiardæus Cabillonenſis Epiſcopus, ejus vita & obitus. 743.
Poſſevinus Antonius Jeſuita alienis negotiis ſe immiſcet. 352.
Pragenſis Concilii decreta. 671.
Presbyteriani in Anglia ſeditionis rei, 131. Schisma inter eos, 131. Hierarchicos divexant, 152. contra Epiſcopales declamant in Hamptoniano colloquio, 448. acriter reprehenduntur a Rege, 449. tanquam ab Eccleſia ob pertinaciam ejiciendi, 453. multi e Regno excedunt, 454. a Brancrofto Archiepiſcopo vexantur, 455. 456. eos Jacobus Rex redarguit. 727.
Presbyteratus Ordo, dubium circa illius adminiſtrationem. 554.
Probabilismus noxiarum opinionum origo. 203.
Proteſtantes in Ratisbonenſibus comitiis ſuas querelas exponunt, 380. fœdus contra Catholicos ineunt, 381. Fridericum Palatinum Electorem in ſuum caput eligunt, 381. 383. Henricum IV. Franciæ Regem incaſſum ſollicitant, 382. ob interdictam ſectæ ſuæ libertatem in Tranſylvania rebelles, 472. Tranſylvani Botskaium in ſeditionis ſuæ caput eligunt, 474. in Styria ob denegatam Religionis libertatem motus concitant, 477. adverſus ſuum Principem tumultuantur, 503. Paderbornenſem Epiſcopum divexant. 504.
Pyramis probroſa in Jeſuitarum contemptum ob Regicidium erecta deſtruitur. 419.

R.

Radulus Valachus Turcas profligat. 474.
Rallegus Walterus conjurationem in Jacobum I. Angliæ Regem adornat, 368. incauta loquela se manifestat, 369. morti adjudicatur, 370. vitæ veniam obtinet ad perpetuos carceres damnatur, 371. ibidem librum conscribit, 372.
Ratisbonenſia Ordinum comitia 380.
Ratisbonenſe colloquium Catholicos inter & Lutheranos, 97. theses proponuntur, 102. de S. Scriptura & Ecclesiæ authoritate disputatur 104. agitur de Traditionibus 107. multi Lutherani ad fidem Catholicam redeunt 115. alterum ejusmodi colloquium 116.
Raymundus beatus Sanctorum fastis adscribitur, 38. ejus elogium. 39.
Razelius Olivarius natione Gallus Romana Purpura a Clemente VIII. decoratur. 485.
Recollecti litem habent contra Franciscanos, de Parisiis conventum exstruunt. 432.
Reidanus Everhardus, ejus opera, & mors. 275.
Remondus Florimundus, ejus mors, opera & elogium. 263.
Reusnerus Nicolaus, ejus scripta & obitus. 274.
Rhenoberga a Fœderatis capitur. 80.
Rivius Petrus Molinæ Præcursor. 436.
Rogerius Ludovicus S. J. ejus opera & obitus. 272.
Rosnius Marchio Hugonotta primo Jesuitis obsistit, postea in eorum reditum consentit. 328.
Rosenwurmius Hermanus Cæsaris Bellidux ob eædem capite plectitur. 677.
Rottomagenſe Calvinistarum conciliabulum. 666.
Rudolphus II. Imperator, ad recuperandam Transylvaniam Michaelem Wayvodam emittit, 23. Papam ad bellum contra Turcas sollicitat, 42. Cani-

Canisam irrito conatu obsidet, 47, a Protestantibus divexatur. 381. 383.
Rusticuccius Hieronymus Cardinalis, ejus vita & obitus. 398.

S.

S. Salesius Franciscus in Genevensem Episcopum inauguratur, 216. plures Calvinistas ad fidem Catholicam convertit. 483.
Salviatus Antonius Maria Cardinalis, ejus mors & elogium. 257.
Sanctorius Julius Cardinalis, ejus vita & obitus. 259.
Sannesius Jacobus ad Cardinalatus dignitatem a Clemente VIII. Papa evehitur. 486.
Saxus Lucius Cardinalis, ejus mors, & elogium. 487.
Sayerius Georgius, ejus vita, opera & laudes. 262.
Scherer Georgius S. J. ejus scripta, & obitus. 747.
Schultingius Cornelius, ejus scripta, vita & obitus. 537.
Schonerus Lutheranus Præco ob promulgatum Calvinismum a suis male mulctatur. 661.
Segola Jesuita Papam proposita Canisanæ obsidionis facilitate decipit. 44.
Servinus Regius Advocatus contra Romani Breviarii usum declamat, 254. contra Papam & Andegavensem Episcopum perorat. 430.
Sessæ Dux Hispani Regis Orator Papam de Regis sui patrocinio certum reddit, 13. ad definiendam controversiam de gratia Papam hortatur. 197.
Sigismundus Poloniæ Rex uxoris suæ defunctæ Sororem ducit. 734.
Simoncellus Hieronymus Cardinalis, ejus vita & obitus. 736.

Simonius Petrus, ejus vita & deceſſus. 744.

Sluſa urbs a Mauritio Naſſovio obſidetur ac capitur. 468.

Socinus Fauſtus, ejus vita, errores & obitus, 547. & ſeqq.

Sonthamptonius Comes ſeditionis in Angliæ Reginam concitatæ poſtulatus, 133. in carcere detinetur. 135.

Sollikowskius Joannes, ejus opera, elogium & obitus. 417.

Spinellus Philippus a Clemente VIII. Cardinalis creatur. 485.

Spinola Ambroſius belli Belgici curam in ſe ſuſcipit, militesque conſcribit, 357. in Belgium venit, 361. Oſtendanæ obſidioni præficitur, 367. Sluſæ obſidionem præpedire fruſtra nititur, 468. ad Oſtendanam obſidionem remittitur, 468. Oſtendam urbem expugnat, 470. Batavis varia loca eripit. 691.

Spinola Fridericus, ſtrenue contra Fœderatos ordines pugnat, 357. navali prælio trucidatur. 358.

Standenus Nobilis, ob literarum commercium cum Catholicis ab Angliæ Rege carceri mancipatur. 465.

Stifelius Iſaias, novæ ſectæ Author, ejus errores, 555. a Lutheranis includitur. 556.

Stiria, ibidem Proteſtantes ob denegatam ſectæ libertatem motus concitant. 477.

Strinius Richardus, ejus opera, mors, & elogium. 145.

Sulius Dux Jeſuitarum reditum in Franciam præpedire nititur. 327.

Surdiſius Franciſcus Cardinalis Burdegalenſis Archiepiſcopus, ejus contentio cum Senatu circa excom-

excommunicationem, 244. ſuam ſententiam revocare cogitur, 245. a Rege defenditur. 246,
Sylva - Ducis a Mauritio incaſſum obſidetur. 91. 363.
Sylvius Antonianus Cardinalis, ejus vita, mors, & elogium. 400.

T.

Taberna Franciſcus a Clemente VIII. Papa Cardinalis creatur. 487.
Talliavia Simon Cardinalis, ejus obitus & elogium. 494.
Tannerus Adamus Jeſuita contra Lutheranos Ratisbonæ diſputat. 99.
Targonus Pompejus pro obſidione Oſtendana varias machinas excogitat. 366. 368.
Tereſia Sancta Directore P. Dominico Bannez utitur. 535.
Tereſianæ Virgines Carmelitæ Pariſiis Conventum erigunt. 432.
Tereſiani, vide *Carmelitæ*.
Thuanus Jacobus Franciſcanorum cauſſæ favet. 66.
Toroncius Jeſuita de Benedictinis ad ſeveriorem diſciplinam revocandis vane gloriatur. 124.
Tranſylvaniæ motus, 24. 29. 204. rebelles profligantur, 378. Tranſylvani rurſus adverſus Cæſarem ſeditionem concitant, 473. exinde horrenda fames emergit. 478.
Tridentinum Concilium, qualiter in Galliis ſit receptum. 657.
Turcæ Caniſam egregie defendunt, 46. Albam Regalem non ſine clade amittunt, 50. a Mercurio profligantur, 52. Chriſtianorum claſſe in caſſum impetuntur, 60. Chriſtianos profligant 207. eorum Baſſa Budenſis capitur, 207. Albam regalem recuperant, 208. eorum perfidia, 210. a Melitenſibus clade afficiuntur, 234. 375. vario Marte in Hungaria certant. 377.

Transylvanis rebellibus opem ferunt, 472. Peſtum & Hatvanam urbes a Chriſtianis derelictas occupant, 479. Strigonienſem obſidionem ſolvunt, 480. pacem fruſtra expetunt, 482. alternante fortuna in Hungaria pugnant, 678. Strigonium occupant, 679. de pace cum Cæſare agunt, 681. a Perſis profligantur. 696.

Turrianus Ludovicus ob quamdam theſin carceri mancipatur. 171.

Tuſcus Dominicus Cardinalis, de eo in Papam eligendo agitur, 592. a Baronio rejicitur. 592.

Tycho Bracheus Mathematicus, ejus opera, vita, mors, & elogium. 146.

Tyræus Petrus, ejus opera, obitus, & elogium. 137.

Tyrennæ Comes Hugo in Hibernia Catholicos armis defendit, 94. cæditur ab Anglis, 95. auffugere cogitur, 96. in Angliam abducitur, 97. pro ſollicitanda fidei libertate ad Regem a Catholicis ablegatur. 374.

V.

Valens ſeu de Valentibus Erminius a Papa ad Romanam Purpuram evehitur. 486.

Valentia Gregorius Jeſuita Molinam defendit, 8. & ſeqq. longius ad parandas vindicias tempus ſibi concedi petit, 10. Molinæ doctrinam circa liberum arbitrium vindicat, 177. ſeorſum Molinæ propoſitiones cum D. Auguſtino conferri petit, ſed repulſam fert, 182. adverſariorum argumenta ſibi tradi poſtulat, 183. Molinam cum D. Auguſtino conſentire probat, 184. 185. 191. 192. 195. acrius cum Lemolio altercatur, 194. ægrotat, 196. capitis vertiginem patitur, 197. Neapoli moritur, 197. ejus opera. 415.

Vandeburgicus Comes incaſſum ſeditioſos milites compeſcere nititur. 361.

Vapicense Hugonottarum Concilium Præside Daniele Sciamiero celebratum, 384. ibidem calumnia de Papa Antichristo velut articulus fidei necessario credendus præscribitur. 387.
Varennus Flexiæ Gubernator Jesuitis oppido favet. 318.
Vasquez Gabriel, Jesuita, ejus mors, opera, & elogium. 530.
Ubaldinus Lælius, Leonis XI. Papæ Nepos, Carmelitarum excalceatorum Ordinem ingreditur, 589. vocatur Alexander a S. Francisco. 589.
Vega Gabriel S. J. ejus vita & obitus. 746.
Velascus Aloysius Bellidux obsessæ Sluisæ urbi suppetias ferre, ab Alberto Archiduce jubetur, 468. prævenitur a Mauritio Nassovio. 469.
Veneti opem contra Turcas ferre recusant, 43. ab Epirotis ad ferendam contra Turcas opem frustra sollicitantur. 57.
Vermadius Andreas, ejus opera & obitus. 415.
Vernolia Henrica Henrici IV. scortum Reginæ insultat, 510. in Regem conjurat, 510. capitur in monasterium detrudenda, 512. in Entraguium ejus Parentem mortis sententia decernitur. 512.
Vestonus Jesuita Anglos Seminaristas apud Papam accusat. 69.
Vichardus Liborius Paderbornensis Calvinista, ejus petulantia ab alio castigatur, 506. tanquam seditiosus morte mulctatur. 506.
Vieta Franciscus, ejus opera & obitus. 407.
Vignacurtius Melitensium Equitum Magister Turcas infestat, 234. eis plures urbes devastat. 375.
Vincentius Carmelita Excalceatus a Clemente VIII. Missionarius in Persidem ablegatur, 479. perbenigne a Rege Persarum excipitur 498.
Vivianus Antonius Jesuita, ejus opera & obitus. 414.
Vötterus Jesuita contra Lutheranos disputat. 118.

W.

Weiningerus Joannes ad fidem Catholicam revertitur. 115.

Witogiſtus Archiepiſcopus Cantuarienſis contra Puritanos agit, 448. abjecte Regi adulatur, 451. moritur, 455. ei Brancroftus Presbyterianorum hoſtis ſuccedit. 455.

X.

Xaabas Perſarum Rex Carmelitas Excalceatos tanquam Miſſionarios excipit. 496.

Xavier Hieronymus FF. Dominicanorum Generalis Molinæ ſententiam minus tutam eſſe affirmat. 180.

Z.

Zacchia Paulus Æmilius Cardinalis, ejus vita & obitus. 739.

Zamoſcius Joannes Poloniæ Cancellarius, ejus obitus & elogium, 674. ejus monita ad Filium ſuum. 676.

Zapeta Antonius a Clemente VIII. ad Purpuram Romanæ honores extollitur. 485.

Zarba Petrus Carmelita, ejus opera, mors, & elogium. 143.

ERRA-

ERRATA: *Sic corrige.*

Pag. 13	Apoſtolicæ		Apoſtolica
41	unacum	*addatur*	aliis
117	comparent		comparerent
203	eſſe oſtendit		tradidit

poſtea hæc ſunt addenda: uti ait Carolus Du Pleſſis Epiſcopus Tutellenſis tom. 3. collect. Judic. pag. 171. Suareſius enim, poſtquam Clemens VIII. hanc ſuam doctrinam in primæ editionis tomo quarto damnari noverat, aliam ejusdem tomi editionem adornabat, in qua, ut opinionem ſuam Apoſtolica cenſura minime perſtrictam demonſtraret, ſpecioſis expoſitionibus eam emollire ſtuduit: aſt detecto, quod adhuc latebat, laxæ doctrinæ venenc, rurſus, ne quidem diſſimulato ejus nomine, ejus doctrina damnata eſt, ſequenti decreto: *Feria V. die* 14. *Junii* 1605. *in generali Congregatione S. R. & Univerſalis Inquiſitionis habita Romæ in Palatio Apoſtolico coram S. D. N. Paulo V. ac R. R. D. D. Cardinalibus contra hæreticam pravitatem generalibus Inquiſitoribus: propoſita cauſſa P. Franciſci Suares Jeſuitæ, & conſideratis his, quæ ſcripſit, tom.* 4. *in* 3. *partem D. Thomæ ſect.* 4. *diſp.* 21. *interpretando decretum fel. rec. Clementis VIII. Papæ die* 20. *Junii* 1602. *qua damnavit hanc propoſitionem*: *LICERE* &c. *ac etiam mature diſcuſſis his, quæ idem P. Suares adduxit in defenſionem ſuæ interpretationis: auditis votis DD. Cardinalium, Sanctiſſimus decrevit, dictam interpretationem non ſubſiſtere, & ideo amovendam eſſe ab ejus libris, juxta decreta alias facta a fel. Rec. Clemente Papa VIII. de quibus in Actis S. Officii.* Adeo religioſe Pontifex ſanam de Confeſſione Sacramentali doctrinam omnino illibatam ſervari voluit: oppoſitam &c.

ERRATA: *Sic corrige.*

Pag.		
242	ex illis	ea illis
254	cognoſci, ne	cognoſci, ac
ibid.	inhibens, ac	inhibens, ne
438	propterea	pro parte
490	dignitatem	dignitatum
540	Regulas	*regulis*
580	ſolute	ſalute.
602	priores duos	priores duo.

Cetera levioris momenti menda corriget benevolus Lector.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

FLEURII
HISTORIA
ECCLESIASTICA.
TOM. LIII.

Th 53
5178

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN